lectione eterna intellectus agentis: qua per propriam sub-
stantiam scipsum intelligit. Illa enim est actio non comu-
nicans corpori: quia intellectus agentis: qui neque est
corpus neque virtus in corpore: vt in tertio ostenditur:
et est non existens in aliqua eorum: que sunt in corpore
idest a nullo corpore: vt ab obiecto dependens: ex quo
a fantasmatibus non dependet. Et quibus patet intellectus
illarum questionum quas mouet commentator: et etiam ca-
rum solutio. ¶ Albertus autem hic pernitentes propo-
sitiones. ¶ Prima est quod aliqua est operatio anime: que
communicatur corpori: patet de visione et alijs huiusmodi
¶ Secunda est quod aliqua est operatio anime que non
communicatur corpori: sed communicatur communicanti cor-
pori: patet de intellectione qua lapis vel lignum intelli-
gitur. Non enim communicatur corpori: quia non recipitur
in corpore: vt in subiecto vel instrumento: sicut recipitur
visio: sed communicatur communicanti corpori: pro quanto
a fantasmatibus dependet. vt ab obiecto: quod est indigen-
s corpore: vt subiecto vel instrumento. ¶ Tertia propo-
sio est quod aliqua operatio non communicatur corpori: ne-
que communicatur communicanti corpori: patet de intel-
lectione: quia anima intelligit se: aut aliquam intelligenti-
am abstractam per species elicita a fantasmatibus non de-
pendente: aut per lumen ab intelligentia sibi influxum:
¶ Et si contra ista adduceretur Aristoteles hic qui velle

videtur quod nulla sit operatio anime: ad quam nullo mo-
do concurrat corpus. Respondetur secundum Auerroem:
quod dictum Aristoteles sic habet moderari: videlicet
quod nulla sit operatio anime noua: vel que sit eius ope-
ratio vt corpori est vnita que aliquo modo a corpore non
dependeat: qualiter non est de intellectione ne eterna intel-
lectionis agentis. Secundu autem Albertu dici potest. Velle q:
anima sine nullo potentia operari: dum corpori est vnita: a qua
non possit prouenire operatio a corpore aliquo modo de-
pendentiam habens. Cum quo etiam concedendum est q:
ab alijs illarum prouenit potest operatio que a corpore nul-
lo modo dependet. vt patet ex dictis. Intelligendum se-
cundo. q: Ari. dicit. q: intelligere. aut est phantasia. aut non
est sine phantasia. capiendo fantasiam p operatione fantas-
tica. Loquitur. n. sub distinctione pp antiquos q dicebant ielle-
ctionem non differre a sensu seu fantasia. et ex istis intelligere
esse fantasiam. q: aduc non est manifesta differentia inter in-
tellectionem et sensum si ista manifestabit. Et ostendit q: ista intelliget
non sit fantasiam. in absq fantasiam esse non potest.

¶ Si quid igitur anime operum aut passionum
proprium: continget utiqz ipsam separari si vero
nullum est proprium non erit utiqz separabilis. sz
sicut recto inquantum reto multa accidunt: vt tan-
gere eneam speram fm punctum: non tamen tan-
git ab hoc separatum. rectum. In separabile eniz
liquidem semper cum quodam corpore est.

¶ Ostendit vtilitatem huius inquisitionis. Dicit q: ex
hoc apparebit an aliqua operatio anime sit abstracta vel
non: et hoc est questio quam homines maxime desiderant
scire de anima. q: ex hoc sciri potest. an anima sit a corpore
separabilis: aut non. Et loquitur conditionaliter quia hoc
magis apparebit in tertio dicens: q: si aliquod opus est
proprium anime: tunc illud opus est separabile idest sepa-
ratum anime competens et corpori non communicatum.
Si vero nullum opus anime sit sibi proprium: tunc il-
lud opus non est separabile. idest separatim anime com-
petens. Et hoc per exemplum declarat: quoniam sicut li-
nea recte multa accidunt. fm q: linea recta est. scilicet fm
esse quod habet in materia naturali. vt tangere eneam spe-
ram fm punctum et tamen linea recta non tangit eneam
speram fm punctum separatim. quin ad illum conta-
ctum concurrat corpus subiectum. quoniam fm esse naturale
nunquam inuenitur absq corpore. ita supple si anima sit
a corpore separabilis habebit operationem aliquam ad quam
non cooperabitur corpus. ¶ Si vero anima non sit a cor-
pore separabilis nulla erit eius operatio ad quam corpus
non concurrat. ¶ Intelligendum primo. q: commenta-
tor commento. xij. mouet dubium contra modum arguē-
di Arist. qui est talis. Si aliqua operatio anime est sibi
propria illa est separabilis. ergo si nulla est sibi propria nil-
la est separabilis. Videtur quod hic modus arguendi non
valeat. quoniam arguitur a destructione antecedentis. ad
destructionem consequentis. et sic arguendo consequen-
tia non tenet. sed committitur fallacia consequentis. ¶ Ad
hoc adducit commentator: responsionem themistij. qui di-
cit q: quando consequens possibile est esse cum anteceden-
te. idest accipitur vt possibile vel contingens sequi ex an-
tecedente: tunc licet arguere a destructione antecedentis
ad destructionem consequentis. vt si hoc visibile est ani-
mal. possibile est vt si homo. sed hoc visibile non est ani-
mal. ergo impossibile est vt si homo. Sed quando in p-
positionibus hypoteticis continuatis consequens necessa-
rio sequitur ad antecedens: tunc oportet arguere a destru-
ctione consequentis inferendo destructionem anteceden-
tis. Argumentum autem Ari. est in propositionibus existē-
tibus in dispo- ne prima. q: et c. ¶ Hec in solutio non est
sufficere. q: ista pdicionalis. Si aliqua operatio est ppa aie

Liber

illa est separabilis: aut est vera: aut non: si sic consequens sequitur de necessitate ex antecedente et per consequens oportet arguere a destructione consequentis ad destructionem antecedentis. si non tunc assumptum Arist. erit falsum. Ideo aliter respondet Egidius dicens q. quādo conditionalis est ex terminis convertibilibus. tūc utroque modo possumus arguere ut patet. et sic est in proposito. quia ista convertuntur operatio anime propria et operatio anime inseparabilis: quare et c. Et intelligendum secundū: secundū comētorē q. cū Arist. dicit q. linea recta non contingit cūeam speram separata a corpore. loquitur de contactu vero et naturali non de contactu mathematico. Et differunt isti contactus. quia in mathematicis que se tangunt continuantur et habent ultimū idē: Sed in naturalibus quibus ultima se tangentium sunt simul. sunt tamen diversa propter diversitatem formarū substantialiū diversa ultima sibi determinantium.

¶ Videntur autē et aīe passionē oēs cū corpore ēē: ira: mansuetudo: timor et misericordia: cōfidentia: adhuc gaudium: et amare: et odire: simul enim his patit aliqd corpus. Indicat autē hoc aduris qd et manifestis passionibus cōcideribus nihil exacerbari. aut timere aliquando: aut et parvis et debilib⁹ moveri quā accēdat corpus: et si sic se habeat quā irascitur ad hoc autē magis hoc manifestū. nullo. n. fribili imminente. in passionibus sunt his aliquid timentes.

¶ Hic declarat A. q. oēs passioēs aīe aliquo mō corpori cōmunicari l. vna sit magis cōmunicata altera. cū ad aliq. exi. gas physica alteratio et mor⁹ local. sic i. passionib⁹ aīe cōcupiscibilis. Ad aliquam vero erigitur solum alatio spiritalis. ut in alteratione sensus. Et dividitur in duas. quia primo facit hoc secundo infert duo correlaria. ibi secunda. Si autem sic. De prima dicit. q. omnes operationes et passiones anime videntur esse cum corpore. qd maxime patet in passionibus anime concupiscibilis. sicut sunt ira mansuetudo timor misericordia. et reliqua huiusmodi que non sunt absq. motu locali cordis dilatationis et constrictionis. et absq. physica alteratione: quod p. per signum. quia secundum q. homines sunt diversarum cōplexionum et differenter alterationem incurrunt in his passionibus differenter se habent: Sunt enim quidam q. fortibus et manifestis periculis supervenientibus nihil p. uocantur ad iram propter eorum flegmaticam complexionem frigidam et humidam ineptam ebullitioni. et alii in talibus nihil timent sicut qui multum sanguinis habēt et corda calida. Alii autem aliqui a parvis et debilib⁹ causis supervenientibus cito incitantur ad iram ut dum corpus est facilliter irascibile et fere ita dispositum ut in colericis accidit habentibus corda calida et sanguinem leuem. qui facile sursum mouetur. Et ad hoc hoc ē magis manifestum in his qui sunt timentes. quando nulla est causa timoris ut accidit in melancholicis qui sunt frigidi et siccipanci spiritus et modici caloris in corde in quibus propter vapores melancholicos nigros ascendētes fantasmatā. apparente terribilib⁹ sunt iducētes timorē.

¶ Si autem sic se habet manifestum quoniam passionum rationes in materia sunt quare termini tales. ut irasci motus. quidem talis corporis: aut partis: aut potentie ab hoc et gratia huius.

¶ Infert duo correlaria ibi secundum. Et propter hoc. ¶ Primum correlarium est. q. ex quo omnes passiones anime communicantur corpori. et ad eas cooperatur corpus manifestum est q. omnes hūc diffiniri p. corpus et p. materia: ut sibi diffiniantur. ira. dicemus q. est motus talis

corporis aut partis: ut cordis vel sanguinis aut talis potentie scilicet irascibilis. ad hoc quia ab apparenti parvipensione et gratia huius quia propter appetitum doloris in contrario. Sed propter appetitum pene in vindictam. ¶ Intelligendum q. i. hac diffinitione ire explicatur plures cause ipsius. ¶ Primo causa materialis. cum dicitur motus talis corporis quando sanguis accensus est partis: scilicet cordis quoniam ira i. cor primo mouetur constrigendo dum homo conturbatur: et postea dilatando dum querit punitionem: vel huius potentie: scilicet irascibilis pro quanto tali corpori vel parti existit unita. ¶ Secundo causa efficiens dum dicitur ab hoc: scilicet apparenti parvipensione. nam tunc aliquis irascitur dum videt se apparenter parvipendi. ¶ Tercio causa finalis dum dicitur gratia huius: quia propter appetitum pene in vindictam

Et propter hoc igitur iam pbifici est considerare de anima: aut omni huiusmodi.

¶ Secundum correlarium. Ad pbificum pertinet considerare de anima. Probatur ad eundem pertinet considerare operationem et illud cuius est operatio. sed passiones predicte sunt operationes anime et de illis considerat pbificus. ergo et de anima habet considerare. ¶ Itē ad naturalem pertinet considerare de passionibus quia in eorum diffinitionibus ponitur materia: ut patebit secundo huius igitur et cetera. ¶ Videndum est ergo utrum omnis anima sit actus et perfectio materie: aut non. Si sic naturalis habet considerare de omni anima si non naturalis habet considerare de omni anima que est huius scilicet perfectio materie. ¶ Intelligendum primo A. x. dicere: aut omni aut huius propter intelligentias super celestes: que a quibusdam dicuntur esse anime celorum de quibus quo ad propter quid et finem earum substantias non habet pbificus se intrinsecere: sed solum quo ad quia est et per comparisonem ad motum ex quo non sunt perfectiones materie aut corporis. nec finem esse: nec finem earum primas operationes. ¶ Intelligendum scō q. anima dupliciter potest diffiniri. Vno modo per intrinsecam tantum et talis diffinitio pertinet ad diuinum. Alio modo per extrinsecam ut per proprium subiectum aut per operationes eius: et talis diffinitio pertinet ad naturalem: ut in secundo huius patebit. ¶ Hic cadunt aliquę dubitationes.

¶ Prima dubitatio est quia A. x. videtur sibi contrarius. Nam superius in illa parte. Inquirimus autem. dixit q. passionum anime quedam sunt proprie et quedam communes. hic autem velle videtur omnes esse communes. Ar. guit enim sic: si aliqua operatio esset propria anime maxie est intelligere: sed intelligere non est operatio ei propria: quia intelligere aut est fantasia aut non est sine fantasia cum ergo fantasia sit operatio organica: non poterit fieri intelligere nisi corpus aliquo modo concurrat. ¶ Secunda dubitatio est q. si solum forme et operationes que sunt perfectiones materie sunt physice considerationis: ut hic inuit A. x. tunc sequeretur q. de intellectu non haberet pbific⁹ considerare vel se intrinsecere cum nullius corporis sit actus ut dicit A. x. in 3. huius et neq. sit virtus in corpore ut ibidē Auerois asserit: consequens autē est falsum ut p. 3. ¶ Respondet ad primā q. dupliciter aliqua operatio dicitur cōis aut propria. Vno mō illa operatio dicitur propria anime que in sola anima subiective recipitur: et illa communis anime et corpori que in composito recipitur: ut in subiecto. ppinquo: et hoc modo concessit A. x. superius aliquā operationem anime esse propriam: et aliquam communē. ¶ Alio mō dicitur aliqua operatio anime propria ad quam nullo modo concurrat corpus: sicut corpori tāq. subiectū ut organū aut tāq. obiectū. Et illa appellat cōis ad quā corpus siue corporum aliquo modo illoz modoz cōcurrit: et hoc mō vult hic Aristoteles nullam operationem anime esse propriam. q. ad intelligere de quo maxime videtur: q. si

Primus

operatio anime p[ro]p[ri]a tanq[ua]m obiectum concurrir fantas-
ma: quod est corpus siue corporeum et extensione organi
virtutis sensitue interioris extensum: et hoc intelligi debet
de anima et corpore est vnita. De anima autem intellecti-
ua secundum se accepta: s[ecundu]m Aueroy[m] aliter esset dicen-
dum, vt patebit in tertio huius. Et similiter post separa-
tionem eius a corpore secundu[m] catholicam fidem: tunc enim i-
telligit per species aut habitus in eo conseruatos: aut per
lumen ab intelligentia sibi inuisum absque concursu ali-
cuius corporei: vt alibi habet inquiri. Ad secundam du-
bitationem Aueroy[m] diceret q[uo]d licet intellectus non sit p[er]-
fectio materie quo ad esse sicut alie forme materiales: et ta-
men quo ad suam operationem prima[m]: et hoc sufficit vt d[icitu]r
ipso quo ad quid consideret p[er]physicus. Et si ideas autem ca-
tholica diceret ipsum esse perfectionem corporis per in-
formationem et quo ad esse: et non solum quo ad operari:
et q[uo]d est abstractus abstractione opposita extensioni et edu-
cationi de potentia materie et non aliter.

Differenter aut diffinitur p[er]physicus et dialeti-
cus unumq[ue]q[ue] ipso[rum] vt iram q[uo]d est hic
q[uo]d est appetitum rec[on]tristationis: aut ali-
quid huiusmodi ille autem feruorem sanguinis aut ali-
quid circa cor: horu[m] autem alius q[uo]d assignat materi-
am alius vero speciem et rationem.

Et descendit dyalecticum et p[er]physicum differenter se habet
in diffiniendo has anime passiones: et duo facit: quia pri-
mo ponit hanc differentiam: secundo separat naturalem
ab alijs artificibus: ibi secunda. Aut non est aliquis.
Prima in tres q[uo]d primo ponit differentiam illam: secun-
do ostendit diffinitionem naturalem esse magis comple-
tam diffinitione dyalectica: tertio distinguit diuersa gene-
ra diffinitionum: vt appareat que illaru[m] sit naturalis: ibi
secunda. Ratio quidem enim: ibi tertia. Sicut domus
De prima dicit q[uo]d p[er]physicus et dyalecticus diuersimode dif-
finient vnaquaq[ue] harum anime passionum. Vnde si des-
beat diffiniri ira dicit dyalecticus ipsam esse appetitum re-
contristationis et doloris in contrario. Naturalis autem
dicit eam esse feruorem sanguinis aut spiritus circa cor:
et naturalis sic diffiniendo diffinit per materiam: dyalecti-
cus vero per formam. Et intelligendum s[ecundu]m comentato-
rem commento. xvi. q[uo]d naturales diffinunt a disputatorib[us]
siue loycis in modo diffiniendi: quonia[m] disputatores diffi-
nendo dicunt formam tantum: naturales vero dicunt ma-
teriam: nam cum naturalis sit artifex realis considerat for-
mam s[ecundu]m esse reale et vt habet esse in materia: Ideo cam
per materiam diffinit: dyalecticus vero quia est artifex ra-
tionalis diffinit accipiendo solum rationem et formam abs-
que hoc q[uo]d in talibus diffinitionibus ponat materiam.

Ratio q[uo]d est hec species rei necesse est hanc esse
in materia alijsmodi si erit.

Declarat diffinitionem naturalem esse magis completam
diffinitione dyalectica: cum enim dixerit dyalecticum diffi-
nere per formam tantum et naturalem per materiam: sub-
dit q[uo]d ratio siue quidditas exprimens per diffinitionem est
species rei id est forma que est in re et in materia: et ne-
cesse est hanc si erit esse in huius materia id est in materia
sibi proportionata: et quia sicut aliquid se habet ad esse
ita ad cognosci et diffiniri. Ideo diffinitio de forma q[uo]d est
in materia nunquam erit perfecta nisi i co[m]ponat materia.

Sicut domus ratio quid quedam talis: q[uo]d co-
operimentum prohibens corruptiones auctis ym-
bribus et caumatibus: hec autem dicit lateres et la-
pides et ligna alia vero in his specie p[ro]p[ri]a ista que igitur
naturalis haru[m] vtriusq[ue] circa materiam rationem
ut ignoras autque circa rationem somnu[m] aut ma-

gis q[uo]d est ex vtriusq[ue] illor[um] at quis vterque:

Distingunt diuersa genera diffinitionum: vt ostendat
que est naturalis et que no[n] dicitur: q[uo]d est vna diffinitio domi-
data solum per formam quod est cooperimentum probi-
bens corruptiones a ventis humilibus et caumatibus.
Alia est que dicit solum materiam: vt q[uo]d domus est lapi-
des lateres et ligna. Tertia vero est que dicit speciem et for-
mam in his. i. in tali materia. q[uo]d lapidibus lateribus et lignis
et propter ista. i. propter talem finem. s. vt prohibeat cor-
ruptiones et c. Et tunc querit Ari. que istarum diffini-
tionum est naturalis. aut illa que dicit materiam tantum:
aut illa que dicit tantum formam. aut magis illa que dicit
vtriusq[ue]. scilicet tam materiam q[uam] formam. Et respondet
Ari. dicens q[uo]d vtriusq[ue] id est vtriusq[ue] diffinitionu[m] dicentium
materiam est naturalis. siue dicat materiam tantum. siue
materiam et formam diffinitio autem dicens solum formam
non est naturalis. Et intelligendum primo s[ecundu]m Egidiu[m]
q[uo]d Ari. illam diffinitionem appellat formalem que est de-
monstrationis principium et que imponit alijs necessitate[m]
illam vero materialem que est demonstrationis conclusio
et cui necessitas imponitur. Cum ergo finis imponat ne-
cessitatem agenti et agens forme et forma materie. sequitur
q[uo]d diffinitio data per causam finalem efficientem et forma-
lem. est formalis respectu diffinitionis date per materiam
quare Ari. loquendo de diffinitionibus non distinguit i-
ter finem et formam. et omnes datas per illas causas ap-
pellat formales. vnde appetitus vindicte est finis ire. et p[ro]-
hibere corruptiones a ventis et c. est finis ipsius domus et
tamen ab Aristote. dicuntur diffinitiones formales dicitur
etiam posse q[uo]d ille diffinitiones sunt formales q[uo]d dan-
tur per formam licet etiam dentur per finem quonia[m] for-
ma et finis coincidunt in idem vt patet per Aristote. s[ecundu]m p[er]p[hi]-
sico. Et intelligendum secundo secundu[m] comentato-
rem commento. xvi. q[uo]d qui accipit materiam in diffinitio-
ne et dimittit formam in diffinitione diminute accipit. qui
autem accipit formam et dimittit materiam extimatur q[uo]d di-
mittat aliquid non necessarium. sed non est ita. quonia[m]
forma debet accipi in diffinitionibus secundum dispositio-
nes in quibus existit. Philosophus ergo qui diffinit per
materiam et formam melius diffinit q[uam] loycus qui diffinit
per formam tantum tamen diffinitio loyci per formam ta-
tum est perfectior naturali que est per solum materiam.
Vnde vt secundo posteriorum habetur triplex est diffini-
tio. Vna que est principium demonstrationis et hec dicit
formam tantum. Alia est que est con[clusio] demonstrationis et
hec dicit tantum materiam. Tertia vero que est tota demo[n]-
stratio positione differens et hec dicit vtriusq[ue].

Aut non est aliquis qui circa passiones materie
non separabiles: sed p[er]physicus circa omnes quecum-
q[ue] huius corporis et huius materie opera et passio-
nes sunt circa quascunq[ue] autem non huius alius vt
de quibusdam quidem artifex est si contingat vt i-
structor aut medicus non separabilium quidem in
quantum autem non talis corporis passiones sed
ex restrictione mathematicis secundum aurem q[uo]d
omnino sepeperat primus philosophus.

Sperat naturalem ab alijs artificibus in modo co[n]-
siderandi de passionibus seu formis. et tria facit. Primo
q[uo]d dicitur est. Secundo q[uo]d disgressionem fecerat reuertit
ad principale propositum. Tertio continuat dicta dicen-
dis ostendendo qualiter de anima sit inquirendum. ibi
secunda. Sed redeundum: ibi tertia Intendentes autem
De prima dicit q[uo]d no[n] est aliquis q[uo]d consideret passiones et
operationes corporis p[er]physici inseparabiles ab eo inqua-
tum inseparabiles sunt nisi naturalis qui considerat om-
b

Liber.

nes passionis materie naturalis. fz q. sunt passionis ei⁹ a principio q. est natura. Passiones autē que insunt corpori naturali inseparabiliter fz q. inseparabiles sunt non q. de p principii q. est natura et ex necessitate. Sed p. arte et voluntate et contingenter considerat artifex mechanicus sicut instructor. i. carpentarius et medicus. s. cyrrugicus: qui considerat formā instrumenti manualis. Sed passioes nō separabiles a corpore naturali fz esse: fz solum fm diffinitionē considerat mathematicus. Ea autē que sunt separata a corpore seu materia tam fm considerationē q. fm esse considerat primus philosophus. ¶ Intelligendum q. naturalis differt ab artifice pratico mathematico et diuino in considerando quoniam naturalis considerat inseparabilia a corpore naturali et fm esse et diffinitionē sicut formā carnis aut ossis et fm q. sunt in corpore naturali a principio q. est natura. Artificer autem practicus considerat passionē a corpore naturali inseparabiles ut supra que ei insunt non a natura sed p. arte aut voluntate sicut formā domus aut alterius rei artificialis. Ad abstrahendum considerat formas et passionis inseparabiles a materia naturali fm esse separabiles tamē fm diffinitionē sicut sunt linea et superficies et reliqua huius: in quorū diffinitionibus fm q. de ipso considerat mathematicus non cadit materia sensibilis sed solum intelligibilis. Unde quis mathematicus abstrahat a materia sensibili i. non tamē abstrahat a materia intelligibili: nō. n. considerat circulum absq. semicirculis qui sūt partes eius quantitativē: et ex consequenti materia intelligibilis et quantitas de qua ē geometria respectu suarum passionum dicitur materia intelligibilis. Diuinus vero considerat abstracta a materia sensibiliū secundū esse q. fm diffinitionē et etiā a materia intelligibili: sicut deū et alias intelligentias separatas licet cum hoc consideret etiā materialia fm quiditates eorum.

Sed redeūduz ē vnde venit sermo. dicebam⁹ autem q. passionis anime nō separabiles a physica materia aialiu inquantū tales existunt furoz et timor: et n. sicut linea et planum.

¶ Reuertitur ad principale propositū dicens q. passioes anime de quibus fiebat sermo inseparabiles a materia physica animalium fz q. inseparabiles sunt sicut furoz et timor: idest sunt inseparabiles tam fm esse q. fm diffinitionem et non sicut linea et planū. i. superficies: hoc est nō sūt inseparabiles solū fz esse nō aut fz diffinitionem.

Antecedentes autem de anima necesse est simul dubitantes de quibus dubitare oportet: p. trāsēntes primorum oppositiones comprehendere quicūq. de ipsa aliquid enunciarunt: vt bene quidez dicta accipiamus: si vō aliquid nō bene vereamur. Principiū autē questionis apponere que maxime videt ipsi inesse fm naturam. Animatum igitur ab ianl mato in duobus maxime differre videtur: motu et sensu: accipimus autem et a progenioribus fere hec duo de anima.

¶ Continū ut se ad tractum dicens q. nos intēdētes de minimare de aia necesse est sūt dubitantes. i. dubia mouētes de quibus dubijs abundare o. per trāsēntes priorū anti quorum opinionones cōprehendere quicūq. aliquid d. ipa anima enunciauerūt: vt si qua fuerint ab eis benedicta d. anima ea accipiamus. Si vero aliquid non bene illud vereamur et renuamus. ¶ Ad hoc occurrunt aliqua dubia. ¶ Primū dubium est vtrum locus diffinitur solum per formam. Arguit q. non. p. sic. ¶ Ille qui diffinit per materiam non diffinit solum per formam: sed locus est hui⁹ igit. ¶ patet consequentia et maior: minor autem arguit

quia locus diffinit si logisimum per propositiones que sunt eius materia et similiter demonstrationem per prima vera et immediata: et ita d. alijs: quare. ¶ Secundo qui diffinit p. cōpositū ex materia et forma non diffinit p. solā formā: fz dyalecticus est huiusmodi cū diffinit hominē p. animal rationale et animal est quid cōpositum ex materia et forma q. re. ¶ Tertio q. diffinit per genus et differentia nō diffinit solum per formā cū genus dicat materiam et d. forma: fz locus est hui⁹ igit. ¶ Quarto si locus diffinitur solū per formā tūc non posset diffinire cōposita ex materia et forma consequens falsum et patet consequentia q. forma non predicatur de illo cuius est forma saltem in recto et diffinitio debet hoc modo de suo diffinito predicari: q. re. ¶ In oppositū est. ¶ In hac questione i. ueniuntur plures modi dicendi. ¶ Primus est Alberti ponentis talē diffinitionem de forma q. dupliciter sumit. Vno modo p. altera parte cōpositi que materiam ifor/ mat et perficit. Alio modo sumitur pro re sumpta sub quibuscūq. suis formalibus rationibus seu intentionibus cōmuni bus ab ea abstractis et forma diffinit sic sumpta est eadē res cū toto diffinito sumpta tamē sub ratione priorū et notiorū: vt fm q. ipotat cōceptū sui generis aut cōceptū sue d. partes. n. diffinitionis sunt forme. Vnde licet genus fm q. est pars speciei se habeat vt materia vt tamē dicitur tū se habeat vt forma et ē forma generalis et differentia d. forma p. p. ia. ¶ Tunc dicit q. locus nō diffinit p. formā p. modo sumptā vt probāt aliquę rationes super⁹ adducite. fz diffinit p. formā sumptā secūdo modo. s. p. genus et differentia. ¶ Sed tunc est dubiū quia cū metaphysicus ē diffinit p. genus et differentia tūc inter eos non erit differentia in diffiniendo. ¶ Respondet q. licet tā metaphysicus q. locus diffinit hominē p. aial rationale. differenter. n. considerat illam diffinitionē: quoniam metaphysicus considerat illā vt dicit quiditātē diffinit. locus vō vt est instrumentū ducēs intellectū innotitiam diffinit et considerat partes diffinitionis i. ordine ad intentiones secundas vt fm q. vna est genus et altera differentia. ¶ Secundus modus quē ponit Joannes Jandonus i. quibuscūq. suis questionibus vbi vult q. locus diffinit p. formā verā ipsius cōpositi: fz tū nō diffinit p. eā vt habeat rationē p. p. i. vt sub ea speculatur tota res cōposita q. vt sic habet rationē totius et ipotatur p. genus et differentia. Vnde fm cū forma substantialis dicit totā quiditātē cōpositi et mō nō est pars quiditatis ei⁹ fz solum ē differentia quiditātē p. quāto est subiectum in quo forma fundat et subsistat. ¶ Tertius modus fuit aliquorū dicentium q. tā naturalis q. locus potest diffinire per formā in et p. materiam in: et q. d. x. solum posuit differentias inter eos quāto ad diffiniendū anime passioes volēs q. dyalecticus illas diffinit solū p. formā physicus autem p. materiam: qd. patet p. verba d. x. dum dicit. Differenter autem diffinitur physicus et dyalecticus vniūquodque iporū. s. anime passionū vt irā. ¶ Quicūq. tamē sit mihi videt q. locus diffiniendo entia rationis aliquando diffinit p. materiam vt primū argumentū ostendit. sed diffiniendo entia realia diffinit solum per formā q. diffinit ea solū p. genus differentiam. Quare autem diffinitio data per genus et differentiam dicatur formalis tantum apparuit in questione q. liter diuersi id diuersimode exponunt. Ad rationes ad p. mam patet. ¶ Ad fm fm Albertus patet q. aial vt animal dicit totū solū sub simplici formali ratione acceptā. vnde oēs intentiones quinq. vniuersalium sunt simplices ex cepta intentione speciei. Secundum Joannem Jandonū aial dicit solam formā animalis: acceptā tamē vt habet rationē totius et sic quomodocūq. sumatur animal: vt aial aut est sub intentione generis: aut vt dicit solū quiditātē habentem rationem totius dicit solam formam et nō cōpositū ex materia et forma: licet tamē illa res que est animal

secundus

fit composita ex anima et corpore et non sit simplex. Et per idem patet responsio ad rationes sequentes. ¶ Secundo dubium est: utrum naturalis diffiniatur per materiam? Arguitur quod non: primo sic. Si naturalis diffiniatur per materiam: aut ergo per materiam intelligibilem: aut per materiam sensibilem per sufficientem divisionem. non per materiam intelligibilem: quia per illam diffinitur mathematicus: nec per materiam sensibilem: quia materia sensibilis est aggregatum ex materia et qualitatibus sensibilibus. Ideo si talis materia poneretur in diffinitione naturali: tunc substantia naturalis diffiniretur per aliquod accidens et ex consequenti per additamentum contra Ari. vij. me. thaphysice. Et patet consequentia. quia illa diffinitio dicitur dari per additamentum in qua ponitur aliquid quod est extra genus diffinitum. ¶ Secundo si naturalis diffiniretur per materiam: tunc que non habent materiam non possent diffiniri a naturali: consequens falsum: quia corpora celestia possunt diffiniri a naturali cum sint mobilia et sensibilia: et tamen non habent materiam: ut in pluribus locis asserit commentator. ¶ Tertio multe sunt diffinitiones naturales in quibus non ponitur materia ergo etc. patet consequentia et assumptum arguitur de diffinitione nature posita in se. unde philosophorum: quod est principium et causa mouendi: et quiescendi ergo etc. Et de diffinitione motus posita in tertio. quod est actus entis in potentia etc. Et de diffinitione temporis posita in quarto. quod est numerus motus etc. et pluribus talibus. ¶ Et confirmatur: quod materia diffinitur a naturali: quod est illud ex quo primo fit aliquid cum insit: et tamen non diffinitur per materiam. quia tunc idem diffiniretur per seipsum quare etc. ¶ Quarto illud quod ponitur in diffinitione rei naturalis debet esse notius ea cum diffinitio debeat ut notifficet diffinitum. ¶ Sexto philosophorum. sed materia non est notior re naturali: quia non quo ad nos: cum sit nobis re occultum propter eius potentiam. ut patet ex primo philosophorum neque etiam quo ad naturam cum sit minoris nobilitatis quam res naturales ut patet quare etc. ¶ In oppositum est Aristoteles. ¶ Ad dubium dicitur communiter quod naturalis diffinitur per materiam sensibilem. Quod sic argui potest. quia per illud diffinitur naturalis quod est proprium subiecti forme naturalis. sed illud est materia sensibilis ergo etc. patet contra cum minori et maiori est euidentius quod per illud distinguitur naturalis ab artificibus in diffiniendo. ¶ Secundo per illud diffinitur naturalis quod est principium essendi et cognoscendi rerum naturalium. et per quod distinguitur ab omnibus alijs. scilicet materia sensibilis est huius quare etc. ¶ Sciendum quod materia sensibilis potest capi dupliciter. Vno modo per materiam informantem qualitatibus sensibilibus. Alio modo largius per quodcumque per se et proprio diffinibili habente naturalem habitudinem ad motum vel quietem. ¶ Sciendum etiam quod naturalem diffinire per materiam sensibilem potest intelligi dupliciter. Vno modo quod materia sensibilis expresse ponatur in sua diffinitione. Alio modo quod materia sensibilis debeat intelligi per suam diffinitionem per quandam considerationem propinquam. Et tunc dicitur quod licet naturalis ut plurimum diffinitur per materiam sensibilem primo modo et secundum expressionem. non tamen semper. ut plura argumenta conuincunt. Sed tamen naturalis semper diffinitur rem naturalem per materiam sensibilem secundo modo aut secundum expressionem aut secundum quandam proximam considerationem. Et ratio est quia res naturalis ut sic includit aptitudinem ad motum et ideo debet diffiniri per subiectum motus et tale est materia sensibilis secundo modo. Et dicitur aut secundum proximam considerationem. quod licet in diffinitione naturali non semper ponatur expresse materia sensibilis. tamen datur intelligi ex propinquo ut patet in diffinitione temporis in qua per motum statim datur intelligi mobile

et ita de alijs. ¶ Quod autem hoc sit verum ostenditur inducitur. Nam rerum que a naturali diffiniuntur. quedam sunt substantie et quedam sunt accidentia. Et substantiarum quedam sunt perpetue ut corpora celestia. et talia sunt substantia motus circularis. Quedam autem sunt generabiles et corruptibiles. et harum quedam sunt simplices sicut materia et forma et quedam compositae ex illis. et constat quod materia est subiectum receptuum motus extendendo motum ad transmutationem substantialem. Et similiter substantia composita est subiectum motus vel quietis. quare hec omnia habent diffiniri per tale subiectum et ex consequenti per materiam sensibilem secundo modo sumptam cum per ipsam cognoscantur et distinguantur ab omnibus alijs. ¶ Similiter forma substantialis habet diffiniri per tale subiectum cum sit materia eius propinqua. Et ideo dicendum est de accidentibus per se et proprijs rerum naturalium sicut dicit Aristoteles. d. ira. et reliquis huiusmodi. ¶ Et per hoc respondetur ad rationes. Ad primam patet quod modo naturalis diffinitur per materiam sensibilem. Et cum postea inferatur quod substantia naturalis diffiniretur per additamentum. quidam hoc concedunt nec aliter diffinitur naturalis quoniam diffinitio quidditativa pertinet ad methaphysicum. Alij negant consequentiam dicentes quod materia sensibilis secundo modo est de intrinseca ratione substantie naturalis. nec omnis diffinitio que est per rem aliterius predicamentum est per additamentum. sed ultra hoc oportet quod non sit de primo intellectu diffinitum. quod non est in proposito. Ad secundum patet quod corpora celestia habent materiam sensibilem secundo modo sumptam vel ipsam sunt talis materia. Ad tertium patet quod per omnes illas diffinitiones datur ex propinquo intelligi mobile quod est materia sensibilis sumpta secundo modo. et hoc sufficit ut dicitur in questione. Et ad confirmationem dicitur quod non inuenitur aliquid accipi in sua diffinitione. modo tamen notiori quam ipsum diffiniatur. ¶ Ad quartam dicitur quod licet materia prima non sit notior re naturali tamen materia secunda est bene ea notior et per talem diffinitur naturalis. non autem per materiam primam immo materia simpliciter prima. ut sic non est de eius consideratione sed methaphysici neque enim considerant formam simpliciter. sed in ordine ad materiam sensibilem motum et transmutationem quare non diffinitur per formam simpliciter sumptam. sed si diffinitur per formam hoc est cum inclusione materie. Unde ut dicit Aristoteles. in secundo philosophorum consideratio naturalis de forma est sicut consideratio de simo quare etc.

Et sic fit finis huius problematis ad laudem omnipotentis Dei Amen.

Finis expositionis Baictani super problematum primi libri de anima.

Liber.

Edicunt enim quidam et maxime: et primo esse animam id quod est mouens: existimantes autem quod non mouetur ipsum non contingere mouere: alterum eorum que mouentur animam sic arbitrati sunt esse. vnde Democritus quidem ignem quemdam aut calorem esse dicit ipsam. In finitis igitur existentibus figuris et atomis que sunt speciei rotunde ignee et animam dicit: ut in aere moto que vocantur decisiones que videntur per portas in radijs: quarum omne semen elementa dicit Democritus totius nature: similiter autem Leucippus horum animam sphericam animam propter id quod maxime possunt penetrare per omne huiusmodi figure et mouere reliqua quam moueantur et ipsa arbitantes animam esse efficiens in animam motum.

Et vnde et viuendi terminum esse respirationem. Constringente enim eo quod corpora continet et extrudente figuras prebentes animalibus motum ex eo quod non est ipsas quiescere nullatenus auxilium fieri de foris ingredientibus alijs huiusmodi in respirando. prohibere enim has et que sunt animabus disgregari simul prohibens et constringens et comprimens et viuere autem quod diu possunt hoc facere.

Videtur autem et a pythagoricis dictum. eandem habere intelligentiam. Dixerunt enim quidam ipsorum animam esse que sunt in aere decisiones: alij autem has mouens. de his autem dictum est propter id quod continue videntur moueri: et si sit tranquillitas nimia. In idem autem feruntur et quicunque dicunt animam esse quid se ipsum mouens videntur autem omnes hoc existimasse motum maxime proprium esse anime: et alia quidem omnia moueri propter animam: ipsam autem a se ipsa: propter nihil videre mouens quod non moueat et ipsum.

Similiter autem et Anaxagoras animam dicit esse mouentem. et si alius alius dicit quod omne mouet intellectus: non tamen penitus sicut Democritus: ille quidem enim dicit simpliciter idem esse animam et intellectum: vix enim esse quod videtur. vnde bene facere Homerum quod Hector iacet aliud sapiens. non itaque videtur intellectus tanquam potentia quedam que circa veritatem sed idem dicit animam et intellectum.

Anaxagoras autem minus certificatus de ipsa. Multo tamen quidem enim causam eius quod bene et recte dicit esse intellectum. aliqui autem intellectum hunc esse animam. In omnibus enim ipsum inesse animalibus magnis et paruis et honorabilibus et inhonorabilibus. non videtur autem secundum prudentiam dictus intellectus omnibus similiter animalibus inesse: sed neque omnibus hominibus.

Quicunque igitur immoueri enimum aspexerunt: hi quidem maxime motum opinati sunt animam esse. Quicunque autem ad cognoscere et sentire ea que sunt: isti dicunt animam esse principia alij quidem facientes plura hec: alij vero vnum

hoc sicut Empedocles quidem ex elementis omnibus esse: et vnumquodque eorum animam dicens sicut terram quidem terra cognoscimus: aquam autem aqua: ethere autem ethera: sed ignem igne manifestum est: concordia autem concordiam discordia autem discordiam.

Eodem autem modo et Plato in timæo animam ex elementis facit cognosci enim simile similes res autem ex principijs esse: similiter autem et in his que sunt de philosophia dicta determinatum est. ipsum quidem animal ex ipsa vnius idea et ex prima longitudine et latitudine et altitudine alia autem simili modo.

Adhuc autem et aliter intellectum quidem vnius scientiam autem duo singulariter autem ad vnius plani autem numerum ad opinionem: sensum vero eum qui firmi. hi quidem enim numerum species et principia entium dicebant: sunt autem ex elementis. Iudicant enim res alie, quidem intellectus: alie vero scientia: alie autem opinio: anime vero sensus: species autem numeri hi res.

Quoniam autem et montium videbatur anima esse et cognoscituum siquidem complexi sunt et ex utrisque enunciantes animam esse numerum mouentem se ipsum. differunt autem et de principijs que et quot sunt. Maxime quidem corpore facientes et incorporea. his autem nascentes et ab utrisque principia referentes. differunt autem et circa multitudinem: hi quidem vnum: illi vero plura dicunt.

Consequenter autem his et animam assignant motuum enim secundum naturam primorum existimauerunt non irrationabiliter. vnde quibusdam visus est ignem esse: etenim hic in partibus subtilissimus est: et maxime elementorum incorporeum adhuc autem mouetur quia et mouet alia primo.

Democritus autem dulcius dixit enuncians vtrumque horum: animam quidem enim et intellectum idem. Istud autem primorum et indiuisibilium corporum esse: motuum autem propter subtilitatem partium et figurarum. Figurarum autem nobilissimam que spherica dicit: hoc autem intellectum esse et ignem. Anaxagoras autem videtur quidem alterum dicere animam et intellectum ut diximus prius. utitur autem utrisque sicut vna natura: veruntamen ponit intellectum principium maxime omnium solum: quia dicit ipsum eorum que sunt simplicem esse et immistum et purum: assignat autem vtrumque eidem principio et cognoscere et mouere dicens intellectum omne.

Et idem autem Tales ex quibus minimis motuum alij animam opinari si idem dixit lapide animam habere quam ferrum mouet Diogenes autem sic et alij quodam aere hunc opinans omnium subtilissimum esse et principium et per hoc cognoscere et mouere animam finem quod principium et hoc siqua cognoscere finem vero quod subtilissimum est motuum esse. Eracritus autem principium esse

secundus

dicit siquidem vaporem ex quo alia constituit et in corporalissimum autem et fluens semper. Quod vero mouetur motu cognosci: in motu autem esse que sunt et ille arbitratus est et multi. Similiter autem his et Alcmeon opinari visus est et anima: dicit. n. ipsam immortalem propter hoc quod assimilatur immortalibus: hoc autem inesse ipsi tamquam mote semper. Adoueri enim et diuina omnia continue semper lunam: solem: astra: et celum totum magis autem rudium et aquam quidam enunciauerunt: ut Hippo. suaderi. n. visi sunt ex genitura: quoniam omnium humida est: et namque arguit sanguinem dicentes esse animam quoniam genitura non est sanguis: hanc autem esse primam animam: alij autem sanguine quemadmodum Critias ipsum sentire anime magis proprium opinantes hoc autem esse per nam sanguinis. Omnia. n. elementa propter terram iudicem acceperunt: hanc enim nulli protulerunt: nisi si aliquis dixerit animam esse et omnibus elementis: aut omnia

diffiniunt autem omnes animam tribus ut est dicere: motu: sensu: et in corporeo horum autem unumquodque reducitur ad principia: unde et in cognoscendo diffinites ipsam: aut elementum: aut ex elementis faciunt: dicentes similiter inuicem preter unum. Dicit. n. simile cognosci simili: quoniam. n. anima omnia cognoscit constituunt ea ex omnibus principijs. Quicquid que quidem igitur unam aliquam dicunt causam: ut elementum unum et animam: unum ponunt: ut ignem: aut aerem: plura vero dicentes principia: et animam plura dicunt. Anaxagoras autem solum impassibile dicit intellectum et comune nihil nulli aliorum habere: huiusmodi autem quum sit quomodo cognoscit: et propter quam causam: neque ille dixit: neque per ea ex his que dicta sunt conspicuum est. Quicquid que autem contrarietates faciunt i principijs et animam ex prijs constituunt. Quicquidque autem alterum prius: ut calidum: aut frigidum: aut aliud huiusmodi aliud: animam sibi unum aliquid horum ponit: unum et nobis consequit: qui quidem calidum dicentes quod propter hoc: et vivere nominatum est qui autem frigidum per respirationem: et refrigerationem vocari animam. Tradita quidem de anima et per quas causas dicunt sic hec sunt. Considerandum autem primum quidam de motu. Fortassis autem non solum falsum est substantiam ipsius huiusmodi esse qualem aiunt dicentes animam esse quod est se ipsum mouens aut possibile mouere: sed unum quoddam et impossibilem inesse ipsi motum: quod quidem igitur non necesse sit mouens et ipsum moueri dictum est prius. Dupliciter enim mouetur omne: aut. n. secundum alterum: aut secundum se ipsum. secundum autem alterum dicimus quocumque mouetur et esse in eo quod mouetur: ut naute: non. n. similiter mouentur nauti. Nec quidem enim secundum se ipsam mouetur illi autem ex esse in eo quod mouetur.

Manifestum autem in partibus est propius quidem enim motus pedum ambulatio: hoc autem et hominum est: non inest autem nautis tunc. Dupliciter autem utique dicto moueri nunc intendimus de anima si per se ipsam mouetur et participat motu. Quatuor autem motus quum sint loci mutationis: alterationis augmenti: et de clementi: aut secundum unum horum mouebitur: aut secundum plures: aut omnes. Si vero mouetur non secundum accedens natura inest motus ipsi: si autem hoc: et locus. omnes enim dicti motus in loco sunt.

Si autem est substantia anime mouere se ipsam non secundum accedens moueri ipsi inest sicut albo et tricolori: mouent. n. et hec sunt accedens: cui. n. hec sunt mouetur illud corpus: unde non est locus ipsorum: anime autem erit siquidem natura motu participat.

Amplius autem: et si natura mouetur et violentia mouetur: et si violentia et natura: eodem autem modo se habet et de quiete: in quod enim mouet natura et in hoc quiescit natura: in quod autem quiescit in hoc violentia: quales autem violenti violenti motus anime erunt et quietes: neque fingere violentibus facile est reddere. Amplius autem siquidem sursum mouebitur ignis erit. si vero deorsum in terra. Motum. n. corporum motus huiusmodi autem ratio et demedijs.

Noniam autem videtur mouere corpus rationabile est his mouere motibus quibus et ipsa mouetur. si autem hoc et conuertentibus dicere verum quod secundum

quod corpus mouetur hoc et ipsa. corpus autem mouetur secundum loci mutationem: quare et anima mutabitur secundum corpus: aut tota: aut secundum partes translata. Si autem hoc contingit et exiit iterum ingredi: ad hoc autem sequitur resurgere mortua animalium. Adotum autem secundum accedens si ab altero moueatur depelletur enim utique violentia animal: non oportet autem cui a se ipso moueri inest in substantia hoc ab alio moueri nisi secundum accedens: sicut neque quidem igitur secundum se bonum: aut propter se ipsum: hoc quidem propter aliud esse: hoc autem alterius causa. Animam autem maxime dicit aliquis utique a sensibilibus moueri siquidem mouetur: at vero et si mouet ipsa se ipsam et ipsa mouebitur utique: quare quoniam omnis motus ex distantia est eius quod mouetur secundum quod mouetur: et anima utique distabit a substantia ipsius secundum se ipsam nisi secundum accedens se moueat: sed est motus ipsius substantie per se.

Quidam autem et mouere animam dicunt corpus in quo est sicut ipsa mouetur: ut Democritus similiter dicens Philippo comediarum Dial. colo: ait. n. Bedalu fecisse mobile lignum venerem infundens argentum fusile. Sibi autem et democritus dicit: motas enim inquit in diuisibiles supas: per id quod apte nate sunt nusquam manere contrahere et mo

Liber.

uere corpus omne: nos autem interrogabimus si
 et quiescere facit hoc idē. quomodo autē faciat dif-
 ficile aut impossibile dicere. omnino autem non
 sic videtur anima mouere animal sed per volunta-
 tem quandam et intellectum. **E**odem autē mo-
 do et Timeus physiologizat animam mouere cor-
 pus in eo enim quod est moueri ipsam: et corpus mo-
 uet propter id quod complexa est ad ipsum: consti-
 tutam enim ex elementis: et dispartitam secundū
 armonicos numeros quatenus cum naturalē
 sensum armonie habeat: et ut omne feratur secun-
 dum consonantes motus aspectu rectum in circu-
 lum reflexit: et diuidens ex vno in duos circulos
 dupliciter coordinantes. Iterum vnum diuisit
 in septem circulos tanquam essent celi motus ani-
 me motus. **P**rimū quidem igitur non be-
 ne dicitur animam magnitudinem esse. eam enī
 que omnis talem esse vult qualis est aliquando
 vocatus intellectus. Non enim velut sensitua
 est neque ut desideratiua harum enim motus nō
 circulatio est. **I**ntellectus autem vnus et con-
 tinuus est sicut intelligentia autem sicut intelli-
 gibilis. Nec autem eo quod consequenter vnum sicut
 numerus: sed non sicut magnitudo: propter quod
 quidem neque intellectus sit continuus: sed haud
 impartibilis aut non: sicut magnitudo aliqua con-
 tinuus est. Qualiter enim intelliget magnitudo
 cum sit quamlibet partium ipsius parte autem
 aut secundum magnitudinem aut secundum pun-
 ctum si oportet et hoc dicere partem. siquidem igitur
 secundum punctum hec autem infinita: mani-
 festum est quoniam nequaquam pertransibit.
 Si vero secundum magnitudinem multotiens
 et infinities intelliget idem videtur autem et semel
 contingens. si autem sufficiens quamlibet parti-
 um tangere quid oportet circulo moueri: aut et
 omnino magnitudinem habere. **S**i autem ne-
 cessarius est intelligere tangentem toto circulo
 quis est partibus tactus amplius quomodo intel-
 liget partibile impartibili: aut impartibile parti-
 bili. necessarium autem intellectum esse circulum
 hunc. **I**ntellectus quidem enim motus intelligē-
 tia: circuli autem circulatio. si igitur intelligentia
 circulatio et intellectus utique erit circulus cum
 huiusmodi circulatio intelligentia sit: semper au-
 tem aliquid intelliget siquidem perpetua circula-
 tio. **P**racticarum quidem enim intelligentiarum
 termini sunt: omnes enim alterius causa sunt: spe-
 culatiue autem rationibus terminantur similiter
 Ratio autem omnis diffinitio est aut demonstra-
 tio. Demonstrationes vero et a principio sunt: et
 habent quodammodo finem syllogismum aut con-
 clusionem. si autem non concludantur sed non
 reflectuntur iterum in principium accipientes se-
 per medium et extremitatem recte procedunt: sed
 circulatio iterum in principium reflectit. **D**iffini-

tionēs autem omnes finite sunt amplius autem si
 eadem circulatio multotiens est operabit multo-
 tiens intelligere idem. **A**dbuc autem intelligentia
 assimilatur cuidam quieti et statui magis quam mo-
 tui: eodem modo et syllogismus. **A**mplius autē
 quā dicim⁹ armoniā i duo respiciētes maxie qdēz
 propria magnitudinū i habētib⁹ motū et positionē
 et cōpositionē ipsoz quz sic pgruat vt nullū cōge-
 nēū pretermittat. hic autē et eoz q miscenr ratio-
 nē neutro qdē igit mō rationabile ē. cōpositio autē
 partiū corporis mltū uestigabilis ē mltē. n. cōpo-
 sitioēs ptiū et mltipliciter sūt. cui⁹ igit et quō con-
 gruit accipe itellectū cōpositionē eē: aut et sensiti-
 uū et appetitiuū. **S**imiliter autē et icōueniens et
 rationē misionis: eē aiaz. nō. n. eandē hēt rationē
 cōmissio elenētōz s; quā caro: et s; quā os. **A**cci-
 det igit mltas aias habere et s; oē corpus: siquidē
 oia ex elemētis cōmissis sūt: cōmissiois aut ratio ar-
 monia et aia. **I**nuestigabit autē hoc utiqz aliqs
 ab **E**mpedocle vnūquodqz. n. hoz ratioē quadā
 dicit eē: vtz igit hec ratio aia ē. aut magis alterū
 aliqd quz sit i pti⁹. **A**mpli⁹ autē vtz cōcordia cu-
 iuslibet misionis causa aut ei⁹ q s; rationē: et hoc
 vtz ratio ē: aut aliqd pter rationē. **N**ec qdē igitur
 habēt huiusmōi dubitatioēs. si vō altēz ē a mi-
 sione aia: qd igit similis carnis esse iterini⁹ et ali-
 is pti⁹ aialis. **A**dbuc at siqdē nō vnaqueqz ptiū
 hēt aiaz: et si nō ē aia ratio cōpositionis qd ē ppf
 qd corrupit aia deficiente. **Q**uōd qdē igit nō ar-
 moniā possibile ē eē aiaz neqz circulariter moueri
 manifestū est ex dictis. s; aut accōs moueri sicut
 diximus est et mouere se ipaz: vt moueri qdēz in
 quo ē hoc aut moueri ab aia: aliter aut nō est possi-
 bile moueri s; locū ipsā. **R**ationabilius autē du-
 bitabit utiqz aliqs d ipā tanq̄ que mouet i huius-
 mōi cōsideras dicim⁹. n. aiaz trīstari gaudef cōsi-
 derf timere. ampli⁹ aut irasci et sentif et itelligere.
 hec aut oia motus eē vident: vñ opinabif aliqs
 ipsā moueri. **H**oc aut nō ē necesse: si. n. et maxie
 gaudef: aut dolere: aut itelligere mor⁹ sūt: et vnū
 quodqz moueri aliqd. moueri aut ē ab aia vt ira-
 sci aut timere i eo quod corpus quodamō mouet. **I**n-
 telliger aut forsitā huiusmōi ē altēz aliqd. **H**oz
 aut accidūt alia qdē s; loci: mutationē quorundam
 modoz: alia aut s; alterationē. qualia aut et quō al-
 terius rationis ē. **D**icet aut: irasci aiaz simile ē
 et si aliqs dicat eā texef et edificaf. **A**ideli⁹ aut est
 fortassis si dicet aiaz misereri: aut addiscef: aut itel-
 ligere: sed hōiez aia: hoc aut nō tanq̄ motu in illa
 existēte: s; aliqn qdēz vsqz ad illā: aliqn aut ab illa
 vt sensus qdēz ab his: remniscentia vō ab illa: mo-
 tus qdem sunt in sensibilib⁹ organis aut getes.
Intellect⁹ aut videt i fieri substantia qdā existēs
 et nō corrupi. maxie at corrupet utiqz ab ea q ei senio-
 rilitate. nūc at fortassis quēadmi⁹ i sensitiuis ac-
 cidit. **S**i. n. accipiat senior oculū iuuenēz videbit

secundus

utiq; sicut et iuuenis: quare seniu non est i sustinendo aliquid aiaz: s; i quo sic i ebrietatib; et ifirmitatibus. **I**ntelligere autem et considerare marcescunt alio quodam interius corrupto. ipsum autem impossibile est intelligere autem aut mare et odire non sunt illius passiones: sed h; hntis illi fm q; illi h; quare et h; corrupto n; memoriae n; amat. n. n. illi erat s; coif q; qd obstruunt e: intellect; at fortassis diuinu aliquid et ipassibile: qd qd igitur non possibile moueri animam manifestum est ex his. si autem penitus non mouetur manifestu quonia neq; a se ipsa. **A**mplius autem his que dicta sunt in rationibus dicere animam esse numeru mouentem se ipsum insunt. n. his impossibilia primo quidem ex ipso moueri accedentia. propria at ex eo q; dicunt ipsam esse numerum. Quomodo. n. o; intelligere unitate mota: et a quo et quo ipartibile et idifferere existet. si naq; e mota et mobilis differre o; **A**mplius autem quoniam dicunt lineam motam facere planum: punctu autem lineam: et unitatum motus lineae erunt. punctus. n. est unitas positionem habens. numerus at anime iam alicui est et positionem habet. Amplius autem a numero si auferat quis numeru: aut unitate relinquitur alius numerus. plante autem et animalium multa diuisa viuunt. et videntur eandem animam habere. **V**idebitur autem utiq; nihil differre dicere unitates aut corpora parua. Et namq; ex democriti speris si fiant puncta maneat autem solum quantitas erit aliquid in ipso: hoc quidem mouens: illud autem quod mouetur sicut in continuo. non. n. propter hoc quod e magnitudine differre: aut paruitate accedit quod dictu e. s; q; quantu. vnde necesse e aliquid esse motiu unitatum. Si autem in aiali mouens anima et in numero: quare non mouens et quod mouetur e anima: s; mouens solu. **C**ontingit autem hanc unitatem quodammodo esse. oportet enim quandam inesse ipsi differentiam ad alias. puncti autem solitarij que utiq; differentia erit nisi positio. Siquidem igitur sunt altere in corpore unitates et puncta: in eodem erunt unitates: obtinebit enim locum puncti: et tamen quid prohibet in eodem esse si duo sunt et infinitas quorum enim locus indiuisibilis est et ipsa. **S**i autem in corpore puncta numerus anime: aut si quis eorum que in corpore punctorum numerus anima: quare si non omnia habent animam corpora puncta enim in omnibus videntur esse infinita. Amplius autem quomodo possibile est separari puncta et absolui a corporibus nisi diuidantur lineae in puncta. **A**ccidit autem sicut diximus si quidem idem dicere corpus quoddam subtilium partium ipsam ponentibus. sic autem sicut Democritus moueri dicit ab anima proprium inconueniens. Siquidem enim est anima in omni eo quod sentit corpore: necesse est in eodem duo esse corpora si corpus aliquod anima. Numerum au-

tem dicentibus in vno puncto: puncta multa: et omne corpus animam habere nisi quidam numerus differens fiat: et alius ab his qui in corpore punctorum. **A**cciditq; animal moueri a numero: sicut et democritum diximus ipsum mouere. Quid est enim differre dicere speras paruas: aut unitates magnas: aut omnino unitates ferri. utrobique enim est necesse moueri animal in eo quod mouentur ipse. **C**omplectentibus igitur in vnum numerum et motum hec quidem accidunt et multa alia huiusmodi. Non enim solum diffinitione anime huiusmodi impossibile esse: sed et accidens. Manifestum autem si quis argumentauerit ex ratione hac reddere passiones et opera: ut cogitationes: sensus: leticias: tristitias: et quaecunq; alia huiusmodi. sicut enim diximus prius: neq; diuinare facile est ex ipsis. **T**ribus autem modis traditis secunum quos diffiniunt animam. Alij quidem motu enunciauerunt maxime in mouendo se ipsas. Alij autem corpus subtilissimum: aut incorporealisimum aliorum. **H**ec autem quas dubitationes et subcontrarietates habent praeteriuimus fere relinquatur autem considerare qualiter dicitur ex elementis ipsam esse dicunt. enim quatenus sentiat ea que sunt et vni quodq; cognoscat. **N**ecessarium autem est accidere multa impossibilia ratio ni ponunt. n. cognoscere simile simili: tanquam ac si animam res ponentes: non sunt autem hec sola: multa vero et alia. magis autem fortassis infinita numero que sunt ex his. **E**x quibus quidem igitur est vni quodq; horum cognoscere animam et sentire: sed compositum non cognoscet: neq; sentiet: ut quid est deus: aut homo: aut caro: aut os. similiter autem quodlibet aliud compositorum. Non enim quolibet modo se habetia elementa horum vni quodq; s; rone quadam et positioe: quae admotus dicit Empedocles: os et terra. q; hum; coaptata i amplis diffusionibus duas ex octo partibus sortita e: quattuor autem vulcano dederunt: ossa autem alba facta sunt: nihil igitur profectus elementa i aia esse nisi et rationes ierunt et positio. **C**ognoscet. n. vni quodq; simile. os autem aut hoicem nihil: nisi et hec inerunt. hoc autem quod impossibile sit nihil o; dicere quis. n. dubitabit si inerit i anima lapis aut ho. similiter autem bonum et non bonu: eode modo et de alijs. **A**mplius at quia multipl; dicat id quod e: significat. n. aliud quid e hoc aliquid: aliud quantitate: aut qualitate: aut et quoddam aliud diuisorij predicamentorij: vix et oibus erit aia aut non: s; non videtur coia oium elementa esse. Si igitur quaecunq; substantiarum sunt ex his solu. quomodo igitur cognoscet et aliorum vni quodq; aut dicit vni cuiusq; generis elementa esse et principia propria ex quib; aiam constare. erit ergo qualitas et quantitas et substantia: s; impossibile e: ex quantitate elementis substantiam esse et non quantitatem. dicentibus itaque ex oibus hec et huiusmodi alia accidunt

Liber

¶ Hoc autem latuit sic opinantes. si vero ex ele-
mentis animam facere oportet: nihil oportet ex om-
nibus. sufficiens enim est altera pars contraricta-
tis seipsam diiudicare et oppositam. Recto enim
et ipsum est obliquum cognoscimus. Iuxta enim
vtrorumque canon est recto: obliquum autem neque
superius: neque recti. Et in toto autem quiden

¶ Ad idem autem et in plantis anima principium quoddam esse hanc nescimus communicant et animalia et plantae et ipsa quidem separatur a sensibili principio. sensum autem nullum sine hac habet.

secundus

Incipit expositio Bactani super secundum de anima
Aristotelis.

ne quidem ^{a prioribus}
^{tradita sunt}
de anima dicta sunt. Iterum autem
tanquam ex principio redeamus:
tentantes determinare quid est aīa
et que utique erit communissima

ratio ipsius.

¶ Istāquā Aristō. in primolibro determinauit de
 anima: Fini opinionēs antiquorū: nunc de ea de-
 terminat secundum opinionem propriā. ¶ Di-
 uiditur autē hic liber secundus in quatuor tractatus.
 In quorum primo Aristoteles inuestigat diffinitiones
 animę. ¶ In secundo determinat de eius potentij: ostē-
 dendo qualiter ab eis fumantur diuersi gradus animato-
 rum. ¶ In tertio determinat de potentia vegetatiua a q̄
 sumitur primus gradus animatorum. scilicet vegetatiuū
 In quarto determinat de potentia sensitīua a qua sumit̃
 secundus gradus animatorū: videlicet sensitīuus. ¶ In
 duobus autē tractatibus libri tertij: in quo complur
 sermo de anima determinatur de potentia intellectiua: et de
 potentia secundum locum motiua: a quibus alij duo gra-
 dus animatorum sumuntur. scilicet intellectuus: et secun-
 dum locum motiuum. Secundus tractatus incipit ibi
 Potentiarum autē animę. Tertius: ibi. ¶ Necessari-
 um autē debentem. Quartus: ibi Determinatis autē
 his. ¶ Prim⁹ tractatus continet duo capitula: in quorū
 primo inuestigatur diffinitio communissima ipsius animę
 In secundo inuestigatur diffinitio eius ppria: ibi. Pro-
 priam autē certissimē. ¶ Primum capitulum diuiditur
 in duas partes. In quarum prima Aristoteles continuat
 se ad pcedentia pmittendo intentionem suam. In
 secunda psequitur de intento: ibi Dicimus vtrique. De
 prima dicit q̄: que de anima tradita sunt ab antiquis sunt
 dicta scilicet a nobis in primo libro. Nunc autē redea-
 mus ad determinandum de anima itaq̄m ex principio
 et ac si nihil de ea sit dictum ab antiquis: quod contineat
 veritatem: tentantes ostendere quid ipsa sit: et que sit eius
 ratio idest diffinitio communissima. ¶ Intelligendum se-
 cundum conuentionem commento primo q̄ in tractando de
 anima primo debemus inuenire diffinitionem que ē ma-
 gis vniuersalis omnibus partibus eius cognitio. enim
 vniuersalis semper debet pcedere propriam. Sicut et
 q̄ anima communiter sumpta est nobis prius nota quam
 aliquę species eius: ita oportet prius assignare diffinitio-
 nem animę communissimam nobis notiorē q̄ assignet
 diffinitio propria alicuius suarū specierū.

Terciusus itaque vnus quoddam genus eorū que sunt substantiam. huius autē aliud quidem est sicut materia que secundū se quidem non est hoc aliquid aliud autem formam ⁊ speciem secundū quam iam dicitur hoc aliquid: ⁊ tertiam que est ex his. Est autem materia quedam potentia. species autem est endelechia: ⁊ hoc dupliciter: hoc qui dē sicut sciētia: illud autē sicut considerare.

Tercio pfecto de iis: q. duo facit: x. pmo inuestigar ptes ponendas i diffinitione aie p via visiois: scdo ex dictis illis concludit: ibi necesse e ergo. ¶ Prima ad huc in duas: q. primo inuestigar ptes ponendas in diffinitione loco generis secundo inuestigar ptes ponendas in ea loco dicit ibi. ¶ Substantie autem maxime. ¶ De prima Ari. ponit tres diffinitiones: fm q. ira ponunt in diffinitione aie ex pte generis se tenentia. videlicet actus substantialis prima. ¶ Prima diuisio e entis i. x. p. ed. camenta: puta substā

hā quantitatē q̄litate ⁊ c. ex qua vult hēre q̄ aia ē substantia. ¶ Secunda ē diuisio substantie in materiam ⁊ formā ⁊ p̄positū: q̄ mā nō ē b̄ aliqd. i. ēs actu p̄ se. s̄ cōfusi pura potentia. f̄ forma autē illud per quod aliquid ē hoc aliquid. s. ipsū in diuiduū: ⁊ c̄l endelechia. i. actus s̄ iue perfectio. Tertiū est cōpositū ex his: ⁊ ex ista vult habere quod anima est actus. ¶ Tertia est diuisio actus in primum ⁊ secundum: vnde forma que est principij operationis est actus primus: sed operatio ab ea p̄ueniens est actus secundus: sicut scientia est actus primus respectu considerationis: ⁊ cōsideratio actus secundus. Ex ista vult habere q̄ anima est actus primus nō secundus.

¶ Intelligendum primo finem. Egidium: q. in diffinitionibus sustinetur: copositas: q. non sunt per additameta: materialia se habet ut genus: et formale ut dicitur: ut patet in hac diffinitione hominis animal rationale in qua animal est materiale: et est genus: et rationale est formale: et est differentia contra autem et in diffinitionibus formarum substantialium et accidentium: que sunt per additamentum et per aliquid: quod est extra essentiam distincti ut puta per ipsum substantiam: quoniam in talibus formale se habet ut genus: materialia vero ut differentia. Unde si diffinitur finitas: q. est cavitatis nati: cavitatis que est formale pro genere ponitur et natus qui est materialis pro differentia. quoniam licet omnis finitas sit cavitatis: non tamen omnis cavitatis est finitas. sed solum illa que reperitur in naso. et talis est diffinitio inuestiganda de anima: ut apparebit. ¶ Intelligendum secundo: finis commentato: rem commento secundo: q. est quasi manifestum: q. anima collocatur in genere substantiali. Et subditur

Ponere enim animā accidens est in opinabile: fin q̄
dat nobis prima cognitio naturalis. qm̄ ad sensum perci-
pimus aliquas operationes ab anima provenientes: que
ad nullum accidens possunt reduci tanquam ad causā
sufficientem principalem: sicut sunt nutritio augmentatio &
omnem diametrum sensatio: & reliqua huiusmodi. **P**ro-
feca dicit. **P**rimam enim q̄ substantia est nobilior acci-
dente: & q̄ aia est nobilior oibus accidentib⁹ cūctis⁹. **E**t
post accedit. **Q**uā autē ē forma ē. & cū hoc ē substantia nūc
stī: ē. n. q̄ comprehendit sensu. **E**st autē substantia: quia est
pars substantie: & similiter pars huius substantie cum
aufertur: aufertur individui substantia. **E**x quibus
colliguntur due rationes ad probandum q̄ anima non
est accidens. **P**rima est. illud quod est nobilior om-
nibus accidentibus non est accidens: sed anima est no-
bilior omnibus accidentibus igitur. **S**ecunda ratio illū
quod est pars substantie non est accidens: sed anima est
pars substantie igitur. **P**ars consequentia ē maior. quia
substantia non fit ex non substantiis p̄ uno **P**hysico: &
mīdo: arguitur quia anima est pars compositi animati
que cum aufertur: ipsum animatum aufertur. quare &c.

¶ Et nota q^d Commentator dicit q^d anima comprehendit sensu quod verum est per accidentia aut quia habet habitudinem ad aliquid per se sensibile: vt phantasma quantum ad intellectum: aut quia habet operationem sensibilem: quantum ad vegetatiuam et sensitiuam. Potest etiam verificari per se saltem de anima materiali ponendo eam propriam speciem multiplicare: vt quidam posuerunt de qualibet forma substantiali perficiente materiam quod tamen non creditur. ¶ Intelligendum tertio q^d forma dicitur forma pro quanto materiam informat. dicitur aut species pro quanto dat indiuiduum specificum esse. ¶ Intelligendum quarto q^d commentator per actum primum intelligit formam actus crescentem sed non operantem. ¶ Per actum autem secundum intelligit formam actus operantem sed de hoc latius infra commento quinto

¶ Substantie autem maxime videntur esse cor-
pora

Liber

¶ Inquirunt particulas ponendas in diffinitione anime ex parte differentie se tenentes. et duo facit. primo hoc. secundo probat quod anima non est corpus. ibi. Quoniam autem est corpus. **¶** Prima in tres sicut tres particulas inuestigat. ibi secunda. Et horum physica. ibi. Tertia. **¶** Physicorum autem. **¶** De prima dicitur quod de numero substantiarum corpora maximè videntur esse substantie. **¶** Intelligendum quod hoc dictum Aristoteles diuersimode exponi consuevit. **¶** Dicit sanctus Thomas quod Aristoteles hic comparat substantias corporeas substantias incorporeas et quod substantie corporee sint magis substantie secundum famositatem et apparentiam sensualem quam substantie incorporee. quoniam substantie corporee percipiuntur per sensum quod non contingit de substantiis incorporeis sicut sunt intelligentie celestes. non tamen sunt magis substantie secundum veritatem immo est e converso quod substantie abstracte ex quo sunt maioris nobilitatis et perfectionis quam substantie corporee sunt eis magis substantie. **¶** Propterea dicit Aristoteles. videtur. et non dixit sunt. **¶** Burleus autem vult quod ibi comparantur substantie compositae ad materiam et formam inque prius diuisa fuit substantia. et quod Aristoteles intendebat quod ex illis tribus substantia composita est magis substantia secundum famositatem et apparentiam secundum sensum: licet scilicet veritate forma substantialis sit magis substantia: cum sit perfectior materia et etiam substantia composita. **¶** Et hoc fuit mens commentatoris commento tertio: et prima colligit in principio commentum dum dicit. Cum demonstrauit nobis: scilicet. A. et. numerum substantiarum: incipit declarare nobis quod carum sit magis digna ut habeat hoc nomen. scilicet. substantia. **¶** Secunda pars colligitur ibi dum dicit quod corpora composita habent hoc nomen substantia magis proprie secundum quod est magis famosum. **¶** Tertia vero pars non habet hic expresse sed colligitur infra commento. vij. dum dicitur: hec enim nomina vnum et ens: licet predicantur pluribus modis: tamen prima perfectio in omnibus istis. scilicet. modis entis et vnius. scilicet. forma materia magis digna est ut habeat hoc nomen vnum et ens quas illud quod est congregatum ex materia et forma. **¶** Congregatum enim non dicitur vnum nisi per unitatem existentem in forma. materia enim non est hoc nisi per formam. **¶** Idem vult commento. viij. et. liij. physicoz commento 4. et 8. methaphysice.

¶ Et horum physica: hec enim aliorum principia.

¶ Ad inuestigandum aliam particulam dicens quod de numero corporum corpora physica. idest naturalia sunt maxime substantie: et maius quam corpora artificialia: quod probat: quia corpora naturalia sunt principia corporum artificialium. cum ergo corpora artificialia sint substantie solum ratione corporum naturalium que sunt eorum principia: sequitur quod corpora naturalia sunt eis magis substantie. **¶** Intelligendum secundum **¶** Egidium quod corpora naturalia. sunt magis substantie propter duas causas. **¶** Prima est quam Aristoteles tangit in littera. scilicet quia corpora naturalia sunt principia artificialium nam sicut ars presupponit naturam ita corpus artificialiale presupponit corpus naturale. sic cultellus ferrum. quare magis substantia erit ferrum quam cultellus. **¶** Secunda causa est quia forme artificiales sunt accidentia ut habetur secundo physicoz et tota substantia rerum artificialium est eorum materia corpora autem naturalia non solum sunt substantie ratione materie. sed etiam ratione forme. ergo sunt magis substantie.

¶ Physicorum autem: alia quidam habent vitam: alia autem non habent. vitam autem habere dicimus id quod per se ipsum alimentum et augmentum et decrementum: quia omne corpus physicum

participans vitam substantia erit: substantia autem sic sic ut composita.

¶ Inquirunt tertiam particulam dicens quod corporum naturalium. alia habent vitam et alia non habent vitam. Vitam autem habentia sunt que per seipsa habent alimentum idest nutritionem augmentum et decrementum. ex quo infertur quod cum corpora naturalia sint magis substantie quam artificialia et inter ea connumerantur corpora habentia vitam. quod omne corpus physicum habens vitam est substantia non quidem simplex sed composita. **¶** Intelligendum primo quod per primam particulam in qua dicebatur quod corpora videntur esse maxime substantie vult habere Aristoteles quod anima est actus corporis. **¶** Per secundam vero ubi dicebatur quod corpora physica sunt maxime substantie: vult habere quod anima est actus corporis non cuiuscumque sed physici. **¶** Per tertiam autem ubi dicebatur quod corporum physicorum quedam habent vitam: et quedam non vult habere quod anima est actus corporis physici non cuiuscumque sed vitam habentis. **¶** Intelligendum secundo Aristoteles dicere quod illud corpus habet vitam quod per seipsum habet alimentum: et cetera. Et commentator dicit essentialiter: quia per habere alimentum et. per seipsum vel essentialiter: intelligere debemus a principio intrinseco Animata enim ab intrinseco nutriuntur augentur et. quia ab anima cum calore naturali. que sunt eis intrinseca: quod dicitur ad differentiam quorundam inanimatorum: que ab intrinseco augeri videntur: licet in parte et per solam iuxta positionem: sicut lapides et reliqua huiusmodi. Unde commentator commento tertio sic dicit. **¶** Et dicit essentialiter: quia inuenitur extra viuum aliquid quod assumitur augmentato et diminuto et non est viuum.

¶ Quoniam autem est corporis et huiusmodi vitam habens: neque utique erit corpus anima. non est enim eorum que in subiecto corpus: magis autem sicut subiectum et materia est.

¶ Ad probandum quod anima non est corpus dicens. quod cum aliquid sit corpus: quod non est corpus simpliciter sed habens vitam: quod oportet esse tale per principium existens in eo quod est anima quod quidem principium in alijs corporibus vitam continentibus non inuenitur. Ex quo sequitur quod anima non est corpus: quod sic arguitur. Nullum corpus est in subiecto sed magis est aliorum subiectum sed anima est in subiecto: quod est subiectum in corpore viventis in quo operatur ergo anima non est corpus.

¶ Intelligendum secundum **¶** Commentatorem commento quarto quod Aristoteles non probat quod anima non sit materia: quia hoc est per se notum. Ex quo vltius potest sic argui: anima est substantia et non materia neque composita. ergo est forma substantialis. **¶** Dubitatur vtrum substantia que est genus predicatur de materia et de forma. Arguitur quod non. **¶** Primo nullum genus predicatur de suis principijs: sed materia et forma sunt principia predicamentis substantie. ergo et. patet consequentia et maior: quod principia generis non sunt in genere sed ante genus: et per consequens de ipsis non predicatur genus. minor etiam est nota: quia materia et forma sunt principia substantie compositae. **¶** Secundo genus est quoddam totum. ergo non predicatur nisi de toto. Si ergo substantia que est genus predicatur de materia et forma: cum etiam predicatur de substantia composita: sequitur vnum totum esse plura tota. **¶** Tertio licet analogia secundum magis perfectum et minus perfectum non tollat rationem generis: tamen analogia secundum causam et causatum tollit rationem generis: sed substantia que predicatur de materia et de forma predicatur de illis secundum causam et causatum: cum materia non sit in actu et substantia: nisi per formam secundum commentatorem: ergo et.

secundus

¶ Propter has rationes dicit Egidius q substantia generica non predicatur de materia & de forma in recto cum non sit per se in genere substantie sed solum per reductionem tanq illius principia sicut punctus & unitas se habent ad genus quantitas. Unde non dicitur Aristoteles q materia vel forma sit substantia: sed dicit q sunt ipsius substantie quod verum est: quia sunt illius principia. Si ergo substantia predicatur de materia & de forma illa est analogica: & non substantia predicamentalis. ¶ Hanc opinionem asserit Albertus dicens q diuisio substantie in materiam formam & compositum est diuisio analogica in suos modos. Et idem tenet Bualterius Burleus volens q per se existere & subsistere accidentibus sit modus omnium que sunt per se de genere substantie: sed materia & forma non per se existunt: igitur etc. ¶ Alij tamen moderniores tenuerunt q non solum substantie per se existentes sunt per se de genere substantie: sed etiam forma substantialis: dicentes vterius q deus & materia prima sunt principia predicamenti substantie: quod non requirit compositionem ex materia & forma: sed ex actu & potentia quali compositione forma substantialis est composita. ¶ Et ex hoc possunt solui due prime rationes superius adducte. ¶ Ad tertiam si argueretur de forma & composito sicut de forma & materia arguebatur: dicunt quod substantia non predicatur de forma & composito secundum causam & causatum: sed secundum prius & posterius: & ad istud tendunt dicta commentatoris. ¶ Sed sine dubio ista responsio non est sufficiens: q vult commentator q si cut forma est causa q materia est ens actu & substantia: q ita est causa q compositum est ens actu & substantia: & p consequens substantia predicatur de forma & composito secundum causam & causatum: sicut predicatur de materia & forma: quare sequitur cum compositum sit per se in genere q forma in illo genere non est per se collocanda: patet itaq q prima opinio est verior & magis tenenda.

¶ Necessesse est ergo animam substantiam esse sicut speciem corporis physici potentia vitam habentis. Substantiam autem actus huiusmodi igitur corporis actus

¶ Concludit ex dictis diffinitionem anime: & duo facit: Primo hoc: Secundo ostendit eam esse convenienter assignatam: ibi vniuersaliter quidem igitur. ¶ Prima in duas quia primo concludit diffinitionem anime. Secundo eam declarat ibi. Hoc autem dicitur dupliciter. ¶ De prima dicit q cum ita sit ut dictum est superius necesse est ergo animam esse substantiam sicut speciem id est formam corporis physici habentis vitam in potentia. Unde anima est substantia que est actus cum non sit materia neq compositum & est actus talis corporis scilicet physici habentis vitam in potentia. ¶ Intelligendum primo secundum commentatorem commento quarto q forma substantialis & forma accidentalis in hoc conueniunt q ambe sunt in subiecto: & propter hoc quidam crediderunt omnem formam esse accidentem. quia omnis forma est in subiecto: sed errauerunt. Et est duplex differentia inter formam substantialem & formam accidentalem. ¶ Prima est quia accidentem non est pars substantie compositae. sed forma substantialis est pars substantie compositae. ¶ Secunda differentia est quia esse in subiecto dicitur equivoce de forma substantiali & accidente. quoniam subiectum accidentis est compositum ex materia & forma & est aliquid existens in actu non indigens in suo esse accidente: subiectum autem forme est materia que non est actu nisi per formam & ea indiget ut sit in actu. & maxime primum subiectum quod non denudatur a forma omnino. ¶ Intelligendum secundo quod commentator per habens vitam

in potentia intelligit habens formam per quam est in potentia ad operationes vitales. & sic corpus positum in diffinitione anime est corpus compositum ex anima & corpore. nec inconuenit idem diuersimode sumptum diffinire se ipsum. ¶ Egidius autem per habens vitam in potentia intelligit corpus quod est subiectum anime: quod licet habeat actu vitam capiendū pro actu primo seu pro esse viuientis non tamen ponitur in diffinitione anime: ut habet actu vitam sic sumptam sed ut de se est in potentia ad eam. Et est etiam tale corpus in potentia ad vitam sumptam pro actu secundo. scilicet pro operatione vitali cum non semper actu operetur huiusmodi operationes que sibi se secundo debentur & anime principaliter.

¶ Sic autem dicitur dupliciter: alius quidem sicut scientia alius quidem sicut considerare manifestum est igitur quod sicut scientia inexistere eniz alaz & son & vigilia est proportionale autem vigilia quidem ipsi considerare: somnus autem ipsi habere & non operari.

¶ Sic declarat diuisionem & diuiditur in duas. quia primo facit hoc. secundo remouet dubium ibi. Unde non oportet. ¶ Prima in tres quia primo declarat diffinitionem quantum ad id quod se tenet ex parte anime: & qd ponitur loco generis. Secundo quantum ad id quod se tenet ex parte corporis & quod ponitur loco differentie. Tertio concludit hanc diffinitionem anime esse communis simam. ibi secunda. Tale autem quodcumque ibi tertia. Si autem aliquod comune. ¶ De prima ostendit Aristoteles qualis actus sit anima dicens. quod cum duplex sit actus. Vnus sicut scientia & actus primus. Alius sicut considerare & est actus secundus manifestum est q anima est actus sicut scientia: id est primus & non secundus cuiusmodi sunt operationes ab ea prouenientes: sicut somnus & vigilia que in existunt corpori animato p ipsam animam. Harum tamen operationum quedam est simul scientie secundum quam quis habens non operatur sicut somnus in quo fit vacatio ab operationibus sensus & motus. Quedam autem est similis ipsi considerare: sicut vigilia in qua sensus sunt in exercitio & membra motiua. in eodem tamen scientia est prius via generationis q considerare & vniuersaliter actus primus q actus secundus: Ex quo patet q anima est actus primus corporis physici potentia vitam habentis. ¶ Intelligendum secundum commentatorem commento quinto q cum prius sit animam esse in corpore animato q operari saltem via generationis q anima qua quis habens non operatur est actus primus. Et enim actus primus prima perfectio a qua non prouenit actio que innata est prouenire. Anima autem operans est actus secundus cui actus secundus sit postrema perfectio a qua prouenit actio que innata est prouenire sicut est de scientia in ordine ad actum considerandi. Quia ergo ad hoc q corpus sit animatum oportet eam operantem esse. Ideo benedictum est q anima secundum esse physicum quod requirit in corpore naturali est actus primus & non secundus. Et q dictum est q non oportet animam esse semper operantem & in postrema perfectione. intelligi debet quantum ad sensum & voluntarium motum. non autem quantum ad nutritionem quia anima nutritiua in animatis semper inuenitur in postrema perfectione. nisi quis ponat q sunt quedam animalia q aliquando non nutriuntur. sicut rane magne & quidam serpentes que non thesaurizant. & tota bycine in lapidibus latet. Unde si hoc ponatur tunc perfectio siue actus dicitur vniuersaliter anima nutritiua & sensitiva. si vero si dicitur equivoce siue analogice & sufficit ut diffinitio inuestigata sit pueniens ad eam.

Liber

¶ Sed tunc dubitatur primo si anima nutritiva semper sit in actu, secundo quomodo respectu eius describi debeat actus primus. **¶** Secundo quod videtur quod secundum descriptionem superius datam de actu primo quod anima sensitiva actu operans non sit anima quod tunc non est actus primus: ut patet ex illa descriptione: quare et cetera. **¶** Ad primum dici posset quod actus primus respectu anime nutritive sic posset describi quod est prima perfectio: a qua aliqua actio non puenit: puta nutritio futura aut possibilis ab ea produci: nec inconueniret eandem formam dici actum primum respectu operantis, si eadem et actum secundum respectu scientis ut constaret. **¶** Ad secundum dici posset quod illa anima fuit actus primus quod sufficit per diffinitionem vel quod intelligitur in actu vel aptitudine. **¶** Intelligendum secundum albertum quod anima in hyeme in cauernis latens: et non thesaurigantia sicut sunt visigiles et alia plura: quibus non sumant cibum ab extra: tunc tamen nutriuntur ex humiditate plegmatica viscosa in eis congregata tempore estiuo: in quo voratiora redduntur propter calorem eorum debilem ex calore coactis vigorari: vide ab eo quod pulcherrima dicitur.

¶ Tale autem quodcumque organicum. organa autem plantarum partes sunt: sed penitus simplices ut folium fructiferi cooperimentum: fructiferum autem fructus. radices vero orisimiles sunt utraqque enim trahunt alimentum.

¶ Declarat quale corpus physicum sit illud cuius anima est actus dicens tale esse corpus organicum: et quod hoc est manifestum in animalibus et latet in plantis: scilicet ostendit partes plantarum de quibus minus videtur. cum sint simplices et homogenee: et animalium eterogenee organicas esse et ad diuersa opera a natura esse ordinatas. Unde solum ordinatum est ut sit cooperimentum fructiferi. i. partis in qua fructiferum autem factum est grana fructus. et radices similes ori in animalibus trahunt nutrimentum. medulla autem cordis per portionem. cito de sanguine. **¶** Intelligendum quod non est tanta distinctio organorum in plantis sicut in animalibus. quia anima perfectionis sunt plurimum operationum perfectionum et magis differentium productiva: propter quod indiget pluribus organis et magis diuersis quam plante. **¶** Plante et ex simili causa indigent partibus organicis: quibus non indigent corpora animalia: et tu hoc totum declara.

¶ Si autem aliquod commune in omni animato. Potest dicere: erit utriusque actus primus corporis organici physici.

¶ Ostendit diffinitionem datam omni anime conuenire dicens quod si aliqua sit diffinitio communis anime maxime erit ista: quod est actus primus substantialis corporis physici organici. scilicet habitus vivus in potentia. et sic superaddita est una particula quod deficiebat in eius diffinitione ad eius complementum. videlicet organici. **¶** Intelligendum secundum commentatorem: pimento septimo. quod Aristoteles dixit sub conditione excusando se a dubitatione quod accidit in partibus anime fere de putat equiuocationem ut post declarabitur. ideo dixit quod si fuerit cessu quod anima habeat sermonem vltimem comprehendentem omnes partes eius ille sermo erit iste hoc commentator.

¶ Unde non oportet querere si vnum est anima et corpus: sicut neque cera et figura neque finino vniuscuiusque materia et id cuius est materia. hoc enim vnum et esse quod multipliciter dicantur quod proprie est actus.

¶ Remouet vnam dubitationem dicens quod non oportet querere neque dubitare utrum ex anima et corpore fiat vnum: sicut neque quodendum est utrum ex cera et figura fiat vnum. et vltius ex forma et materia cuius illa deest forma. Nam cum ens et vnum multipliciter dicantur illud quod proprie et vere est ens: et vnum est forma.

¶ Intelligendum quod hanc partem aliter introducit Albertus

et alius pmentator: et plures eius sequentes. Albertus vult Aristoteles dicere quod non est dubitandum utrum anima sit idem quod corpus sicut nec est dubitandum an figura sit idem quod cera: que tamen ad invicem sunt magis propinqua: quia forma et materia nunquam coincidunt in eandem rem. Unde cum ens et vnum secundum analogiam dicantur de substantia et accidente: et substantia diuidatur in materiam et formam et compositum. inter hec tria nihil est primo et proprie ens nisi forma: quia materia non habet esse actu nisi a forma: similiter compositum. Ideo impossibile est quod forma sit materia: et quod anima sit corpus. materia enim non est ad dandum esse sicut forma: sed solum ad subsistentandum esse et indiuiduandum: quorum nullum est principaliter esse. **¶** Commentator autem dicit Aristoteles velle quod non est querendum nec dubitandum utrum anima et corpus fiant vnum: siue constituent vnum sicut de cera et figura.

¶ Et egidius hoc declarando dicit quod cum queritur utrum ex anima et corpore fiat vnum. Questio potest tripliciter intelligi. Primo quantum ad modum vniionis. Et tunc dicitur quod sicut agens coniungitur passio: secundum eius virtutem actiuam a qua egreditur operari: quod vnum et idem est agentis et patientis terminus physicorum: sic forma vnitur materie secundum essentiam. et anima corpori a qua egreditur esse quod est vnum: et idem forme et materie et anime et corporis: quare ex anima et corpore per talem vniionem secundum essentiam fit vnum esse: quod est ipsum compositum animatum. Secundo potest intelligi questio quantum ad causam extrinsecam: et tunc dicendum est quod motor qui producit animam in corpore cum vnitur corpori: et facit vnum ex eis: et hi duo modi non sunt ad propositum Aristoteles.

¶ Tertio potest questio intelligi quantum ad causas intrinsecas: videlicet utrum sit aliqua causa intrinseca corpori animato alia ab anima et corpore que vniat animam corpori.

¶ Et huic questioni Aristoteles respondet dicens quod non debemus querere aliquam talem causam: aut aliud simile que vniat animam corpori. et que se habeat ut ligamentum ligans et coniungens vnum eorum reliquo. Ideo frustra esset querere tales questiones: cum non sit aliquod intermedium inter animam et corpus vniens ea ad invicem: sed ex hoc solum quod anima est actus et corpus quid in potentia: ideo ex eis fit vnum. **¶** Sed contra hoc aliqui instant: quoniam prime qualitates et dispositiones corpus preparantes ut recipiat animam sunt quoddam medium per quod anima corpori vnitur. **¶** Propterea dicunt Aristoteles velle quod inutile esset querere: utrum ex anima et corpore fiat vnum quoniam scito quod anima est forma substantialis: et corpus animatum est materia sua propria statim sicutur ex doctrina primi physicorum: et primi de generatione. que istam procedit quod anima corpori vnitur: et ex eis fit vnum.

¶ Posset tamen responderi quod egidius intelligit de causa principali: et essentiali corpori animato et non tantum preparatiua: ut sunt ille dispositiones. **¶** Intelligendum secundum commentatorem commento septimo: quod si materia et forma esset ut in composito existentia in actu. tunc compositum non diceretur vnum nisi sicut dicitur de rebus quod sunt vnum secundum contactum et ligamentum. **¶** Ex quo haberi potest quod ex pluribus existentibus in actu non fit proprie vnum. sed oportet vnum esse in actu et alterum in potentia. ut ex eis fiat vere vnum compositum tamen non dicitur ens aut vnum proprie nisi per formam. quare forma est magis digna habere hoc nomen ens et vnum quam congregatum: a multo magis quam materia que est ens in potentia: nec est hoc scilicet existens in actu nisi per formam. Sed contra quod est perfectius est magis ens. sed compositum est perfectius forma. cum ultra perfectionem forme addat perfectionem materie. **¶** Et sic quod est vnum per se est magis vnum quam quod est vnum in alio. sed compositum est vnum

secundus

per se quia seorsum existit: et forma est una in alio quatuor: et
Responsio patet intelligenti.

Universaliter quidem igitur dictum est quid sit
anima: est. n. substantia que secundum rationem
hoc autem est quod quid erat esse huiusmodi cor
poris: sicut si aliquod organorum physicum

esset corpus: ut dolabra. erat quidem enim dolabra esse
substantia ipsius et anima hec: diuisa autem hac non utique
amplius dolabra erit: sed autem equiuoce: nunc autem
est dolabra non autem huiusmodi corporis quicquid est
esse et ratio anima: sed physici huiusmodi corpo
ris habentis in se ipso principium motus et statum.

¶ Ostendit diffinitionem anime esse convenienter assi
gnatam. ¶ Primo ex parte generis. scilicet ex parte diffi
rentie ibi: Est autem non abiciens animam. ¶ Secundo in du
as secundum quod dupliciter declarat vniuersaliter animam esse ac
tum primum substantiale ibi: ¶ Considerare autem in parti
bus. ¶ De prima dicitur quod vniuersaliter dictum est quod anima
est per diffinitionem eius communissimam et quod est substantia se
cundum rationem. id est a qua sumitur ratio. et quod quid erat
esse. id est quidditas siue essentia corporis animati. Et quod
anima sit actus substantialis primus corporis animati a quo
sumit specificum esse et diffinitionem declarat Aristoteles. per ex
emplum in artificialibus. quod sunt quo ad nos notiora quam
naturalia. dicens quod sicut si dolabra que est corpus artifici
ale esset corpus naturale. tunc forma dolabra esset forma
eius substantialis. quod probatur. quia. remota sua forma
non amplius erit dolabra nisi forte equiuoce. quod non
esset nisi illa forma esset substantia. ¶ Illud enim per cu
ius remotionem remouetur substantia est substantia. sic
quia anima est forma corporis naturalis sequitur quod ipsa est
forma eius substantialis. et per consequens actus eius sub
stantialis primus. ¶ Nunc autem quia dolabra est corpus arti
ficiale forma eius non est forma substantialis. quia forma sub
stantialis et vltima anima non est forma nisi corporis naturalis ha
bentis in se principium motus et status. Ideo non oportet quod
remota forma dolabra remoueat dolabra. quantum ad id quod
de substantia participat nec oportet quod remota forma artificiali secu
ris remoueat ferrum: quod est tota eius substantia: et ita de reliquis. Et
quod per vniuersaliter anima est actus substantiale primus corporis
animati. eo quod vniuersaliter ipsa remota a corpore anima
to ipsum remouetur secundum nomen et diffinitionem. ¶ In
telligendum secundum commentatorem commento octauo. quod differen
tia est inter formas naturales et artificiales quoniam naturales
sunt substantie et artificiales sunt accidentia. ¶ Ex hac dif
ferentia plures alie sequuntur. ¶ Prima est quod compositum
artificiale non est substantia nisi secundum materiam
que est tota eius substantia. sed compositum naturale est sub
stantia secundum materiam et formam. ¶ Secunda differentia est quod
cum auferatur forma artificialis non propter hoc auferit sua ma
teria. ut cum remouetur forma securis non propter hoc remoue
tur ferrum: Ideo tunc dicitur remanere securio: scilicet secundum
sua substantia licet non remaneat ut quod artificiale. sed cum
remouetur forma naturalis remouetur eius materia scilicet
propria et non remanet aliquid nisi equiuoce. ¶ Tertia dif
ferentia est quod cum auferit forma naturalis tunc auferitur indi
uiduum substantie et amittit nomen et diffinitionem. quia tunc au
feruntur genus et differentia. ut si auferatur anima sensitua a
carne non remanet caro nisi forte equiuoce. sed remota
forma artificiali remanet indiuiduum substantie nomine et dif
finitione ut remota acutis securis adhuc remanet ferrum
et etiam dicitur remanere securio. quia nomen rei artificialis pri
mo significat materiam: et secundario compositum. et contra
nomen rei naturalis primo significat formam et compositum
secundario. quia sicut compositum naturale non est in actu nisi
per formam et eius materia habet esse per suam formam: sic com

positum artificiale non est in actu nisi per suam materiam et si
militer eius forma. quia ipsa est accidens: et accidens capit
esse a suo subiecto. Deinde subdit commentator quod indui
dum substantie non est hoc. scilicet aliquis in actu nisi per
suam formam. cum eius materia sit ens in pura potentia: et in
diuiduum artificiale non est hoc aliquid in actu scilicet substan
tiale nisi per suam materiam que est substantia naturalis composi
ta: non autem per suam formam cum illa sit accidens.

¶ Considerare autem in partibus oportet quod dictum
est. Si. n. esset oculus animalis anima utique ipsius vi
sus esset: hic. n. substantia est oculi que est secundum
rationem. oculus autem materia visus est quo deficiet
te non est adhuc oculus nisi equiuoce: sicut lapide
us aut depictus. Oportet igitur accipere quod est
in parte in toto vivente corpore. proportionaliter
namque se habet: sicut pars ad partem totus sensus
ad totum corpus sensitivum secundum quod huiusmodi.

¶ Idem ostendit per partes ipsius anime: quoniam eadem
proportio partis anime ad partem corporis et totius anime
ad totum corpus: sed ita se habet pars anime ad partem corpo
ris quod ipsa est eius actus substantialis primus ergo cetera
probatur minor. quod dato quod oculus esset animal et quod visus
esset anima eius: tunc visus esset forma substantialis oculi
dans sibi diffinitionem et specificum esse: quod patet quia re
moto visu non amplius remanet oculus nisi forte equiuo
ce: sicut lapideus vel depictus. ergo sequitur quod oculus ha
bet esse per visum tantumque per eius formam substantialem et actum
primum: et ita est de toto corpore in ordine ad totam animam: pa
tet igitur quod anima est actus substantialis primus. ¶ Sed
hic posset quis dubitare: quia videtur quod non oportet remo
to visu non remanere oculum. quoniam visus est accidens oculi
quia potentia eius visiva: sed non oportet remoto accidente
quod non remaneat substantia que est eius subiectum: sicut non
oportet quod remoto auditu non remaneat auris: igitur etc.

¶ Ad istud potest dupliciter responderi. ¶ Primo quod
Aristoteles supponit quod oculus sit animal: et quod visus sit anima
eius: et ubi sic esset indubie ad remotionem visus sequeretur
remotio oculi: sicut dicebat de forma dolabra: et dolabra
dato quod esset corpus naturale. ¶ Secundo dici potest quod
oculus potest dupliciter considerari. ¶ Uno modo secun
dum substantiam suam. ¶ Alio modo ut est membrum organi
cum et officiale. Si consideretur primo modo non oportet re
moto visu oculum remoueri: et hoc probatur argumentum. Si
autem secundo modo bene oportet quod oculus ut membrum
visuum includat naturalem potentiam ad videndum: cum anima non
possit esse immediatum principium operationis: quare remo
ta visiva potentia non remanebit oculus inquantum est mem
brum organicum et officiale.

¶ Est autem non obijciens animam potentia ens ut vi
uat sed quod habens. Semen autem et fructus poten
tia huiusmodi corpus est. sicut quidem igitur icisio et
visio sic et vigilantia actus: ut autem visus et poten
tia organi anima. corpus autem quod potentia sed sicut
oculus pupilla et visus et ibi anima et corpus anima.

¶ Ostendit diffinitionem positam esse sufficientem ex parte
corporis positi in ea scilicet habentis vitam et potentiam osten
dendo tale corpus esse in potentia ad vitam pro actu secun
do: quia ad operationes vitales non autem pro actu primo
Et diuiditur in duas: quia primo facit hoc: secundo isert
quid ex predicta diffinitione sit manifestum: et quid imma
nifestum ibi. Quod quidem igitur. De prima dicitur quod quod
dictum est quod anima est actus corporis habentis vitam in
potentia: quod tale corpus cuius actus est anima non est abij
ciens animam sed corpus animatum actu habens animam
est tamen potentia ens ut viuat. id est ut exerceret operatio

Libet

nes vitales. Semen autem animatum et fructus plantarum non solum sunt in potentia ad opera: sed etiam ad animas. Ideo non sunt corpora actu animata sed solum potentia: quare nec eorum actus est anima. Et quia fecerat mentio nem de operationibus et potentijs. Dicitur quod sicut incisio est operatio gladii et visio oculi sic vigilantia est operatio a nime sensitiva: et sicut visus est potentia organi: sic anima est potentia corporis et ipsum corpus animatum est illud quod est in potentia ad operationes: habens tamen animam et actum primum. Unde sicut oculus est pupilla et visus: sic animal est anima et corpus: quod intelligendum est in predicatione causa li. id est ex anima et corpore. Et intelligendum quod differētia est inter corpus animatum et semen in habendo vitam in potentia seu in essendo in potentia ad operationes vitales: quoniam semen est in potentia remota ad operationes vitales: et in potentia abiciente actu et forma que debet esse illarum principium: videlicet animam. Ideo est in potentia tam ad actum primum quam secundum. vite: et propterea non est actu animatum. Sed corpus animatum est in potentia propinqua ad operationes vitales: quia licet non operetur habet tamen animam et formam que debet esse illarum principium. Ideo illius anima dicitur esse actus. Corpus igitur cuius anima est actus non habet vitam in potentia remota: nec caret anima que est primum principium vite: sed habet vitam in potentia propinqua: quia habet animam que est principium operationum vitalium. Et per vigilantiam non intelligit Aristoteles vigilantiam proprie sumptam: sed operationes anime sensitivae que ut plurimum in vigilia exercentur. Et si quis instaret quod corpus animatum nunquam sit in potentia ad operationes vitales: cum semper exerceat eas. Respondet dicitur quod licet sit in actu respectu illarum quas facit tamen respectu fiendarum: aut fieri possibile est in potentia.

Quod quidem igitur non sit anima separabilis corpore: aut partes quedam ipsius si partibiles apta nata est: non immanifestum est: quarundam enim actus partium ipsarum: at vero secundum quasdam nihil prohibet propter id quod nullius corporis sunt actus. Amplius autem immanifestum si sit corporis actus anima sicut nauta navis. Figuraliter quidem igitur sic determinetur et describatur de anima.

Nunc infertur quid ex predicta diffinitione sit manifestum: et quid immanifestum: dicens quod ex predicta diffinitione est manifestum quod anima non est separabilis a corpore: aut saltem aliquae partes eius: sive potentie. Sunt enim aliquae partes eius de quibus est manifestum: quod sunt perfectiones corporis: et quod sunt a corpore inseparabiles: licet etiam aliquae eius partes: de quibus posset aliter videri quod sint a corpore separabiles. propter id quod nullius corporis sunt actus. Sed utraque anima vniat corpori per inherentiā et informationem aut non: sed solum ut motor mobili et nauta navi: ut plato opinabatur hic in manifestum: nec ex predicta diffinitione et eius manifestatōne est hoc sufficienter et exquisitè determinatum. Deinde de epiloga dicitur quod anima sic figuraliter. id est superficialiter et in univocali describatur et definitur. donec in sequentibus eius definitio magis propria et sufficiens inveniat. nam semper communia debent precedere propria et specialia. Et intelligendum quod anima secundum aliquas suas partes est a corpore inseparabilis. ex eo quod sunt organice et perfectiones materie sicut anima seu potentia vegetativa sensitiva et secundum locum motuam. aliqua tamen pars sive potentia anime ut intellectiva. que quia nullius corporis tanquam organi est actus dicitur a corpore separari sic quod nec illa potentia est in organo corporeo. nec operatio eius: et secundum fidem licet homine vivente anima eius intellectiva suum corpus informat et eius operatio ab aliquo corporeo ut ab obiecto dependat. ut

men post mortem eius remanet anima a corpore nullo modo dependens. nec in essendo nec in operando. sed de hoc latius in tertio dicitur. Et intelligendum etiam quod licet sit aliquantulum manifestum quod anima corpori vniatur per informationem saltem illa que est perfectio materie et non solum ut motor. quia tamen in sequentibus hoc magis manifestabitur. ideo dicitur hic esse immanifestum. **Dubatur verum diffinitio assignata de anima sit sufficiens.** Arguitur quod non primo. Illud quod est potentia passiva non est actus. cum de ratione potentie passive sit passivitas vero agere sed anima est potentia passiva saltem sensitiva et intellectiva ergo etc. Secundo quod est accidentis non est actus substantialis. sed anima est accidentis cum adveniat enim in actu. scilicet corpori organico physico igitur etc. Tertio actus secundus non est actus primus cum distinguatur secundum commentatorem. sed anima est actus secundus cum ab ea semper proveniat actio scilicet nutritio. quoniam cessatio huius actionis est mors. ut vult commentator. octavo quod est actus corporis organici igitur actus materie non est actus corporis cum materia non sit corpus: sed anima est huiusmodi: quod est forma substantialis et omnis forma substantialis est perfectio materie quare etc.

Determinat de augmentatione dicens quod est alter et esse et altera ratio seu diffinitio ipsi alimentum ut est nutritivum et ut est augmentativum. nam nutritivum alitur: et alter augmentat, quoniam secundum quod alimentum est aliquid quantum est animatum augmentativum. secundum autem quod est hoc aliquid et substantia est congrua nutritioni. Alimenti enim saluat substantiam nutriti donec nutritum possit sumere alimentum eo alatur. Intelligendum secundum in commento xlvj. quod aliquid esse nutritivum aut nutritivum aliud est ab esse augmentativum. Aliter dicitur secundum quod conservat substantiam rei nutritibilem ne corrumpatur, dat enim ei aliquid loco dissoluti, et ideo permanet in esse dum nutritur, et cum cessat nutrimentum corrumpitur. Est vero augmentativum secundum quod perficit quantitatem eius naturalem: quod diminuitur in principio propter necessitatem. Ex differentia ergo quam habet alimentum in eo quod alitur et in eo quod augmentatur: ut quantum potest patet quid est nutritio et quid augmentatio: ut quod nutritio est conversio nutrimenti in substantiam aliam, sed augmentatio est deductio viventis de minori quantitate ad quantitatem maiorem.

Et generationis autem factum naturam quod alitur sed quale id quod alitur: nam enim est ipsa substantia generat autem nihil ipsum se ipsum: sed saluat.

Determinat de generatione dicens quod factum generationis, scilicet potentia vegetativa non est eius quod alitur, sed talis quale est illud quod alitur, quoniam potentia generativa non est principium generationis illius quod alitur seu illius in quo est: sed alterius quod est tale quale est illud in quo est et sibi simile in specie. Et quia ut patet quia substantia quod alitur et que generat est, quod autem generat non est: quare nihil generat seipsum: sed aliquid bene saluat et nutrit ipsum ideo potentia vegetativa in potest nutrire et saluare illud in quo est. Intelligendum secundum in libro et Egidium quod quantum ad alitur quid alimentum convertitur in alitum: et quantum ad aliquid transit in semen. Illud quod convertitur in alitum: facit ad individuum conservationem, sed illud quod transit in semen: facit ad conservandum speciem. Semen ergo est superfluum alimentum quia est superfluum inditum: duo in quo est, sed non est superfluum speciei ad cuius conservationem ordinatur: quare semen non ordinatur ad generationem illius in quo est sed alterius similis sibi in specie. Et ex hoc patet quare tunc dicitur superfluum ultimum alimentum, est enim superfluum quia fit ex parte nutrimenti que superfluit ultra illam que transit in nutritionem et augmentum: et est velle per generationem et est velle alimentum: quia alimentum velle digestionem digesti, sed de hoc amplius alibi.

Quare huiusmodi anime principium potentia est possibilis. Suscipiens ipsam in quod est huiusmodi alimentum autem preparat operationem, unde prima tum alimentum non potest esse. Quoniam autem sunt tria quod alitur: et quo alitur: et alens. Alens qui dicitur est prima anima, quod vero alitur est habens hanc corpus quo vero alitur: alimentum.

Nunc determinat de potentia vegetativa, et dividitur in duas secundum quod dupliciter notificat tam ibi secunda. Quoniam autem a fine. De prima notificat potentiam vegetativam per actum nutritionis dicens quod potentia vegetativa quod est principium in ista immutabile anime vegetabilis est potentia que potest saluare habens cum secundum quod habet. Alimenti autem preparat operationem: id est materiam preparat operationi huius potentie. Unde prius alimentum non potest esse id est diu inesse durare. Deinde subdit tria concurrentia ad nutritionem scilicet alens quod alatur: et quo alatur. Alens est prima anima et magis dicitur, scilicet vegetativa et et

Secundus

potentia quod alitur est corpus animatum: et quo alit est nutrimentum. **I**ntelligendum secundum primum commento. xxxviii. q. iste actiones. scilicet an ne vegetatiue sunt diuerse secundum diuersitatem suorum finium licet subiectum sit idem. scilicet nutrimentum. Et est necesse ut iste actiones sint attributae alicui virtuti anime. et cum ita sit necesse est ut hoc principium anime. scilicet virtus nutritiua sit virtus que potest conservare ens in sua forma secundum dispositionem etc. Et ex quo legitur quod diuersitas istarum operationum non est ex diuersitate sui obiecti malis: sed ex diuersitate suorum finium. propter quod et suorum obiectorum formalium superiorum. Unde quia nutritio augmentatio et generatio habent fines diuerfos: ideo distinguuntur. nam finis nutritio est restauratio deperditi: et finis augmentatio est augmentatio quantitatis perfecte. finis vero generatio est peruenio speciei.

Quonia autem a fine appellari omnia iusta est. finis autem est generasse quale ipsum erit utique prima anima generatiuum quale ipsum

Describit seu notificat potentiam vegetatiuam per actum generationis. et diuidit in duas quia primo facit hoc. secundo distinguat de agentibus concurrentibus ad nutritiones: ibi. Est autem quo alit. De prima dicitur quod quia iustum est omnia a fine denotare et finis potentie vegetatiue est generare: ideo prima anima vel potentia. scilicet vegetatiua est generatiuum talis animi quale est ipsum in quo est anima vel potentia. **I**ntelligendum ut superius dicebatur quod tres sunt actus potentie vegetatiue. scilicet nutritio augmentatio et generatio et secundus est perfectior primo et finalior: et tertius primo et secundo. Unde sicut potentia nutritiua ordinatur in augmentatiuam et ambe in generatiuam sic est de actibus ipsarum que sunt ab anima principaliter et a suis potentijs instrumentaliter secundario: et propterea simul loquitur anima de anima de potentia. Sed tunc posset quis dubitare quare anima diffinitur potentiam vegetatiuam ab ope nutriendi et ab ope generandi et non diffinitur ipsam ab ope augmandi: cum in augmentatio sit operatio perfectior et finalior nutritione. Respondetur quod cum aliqui potentia habet plures operationes si diffinitur per unam et non per aliam hoc est duplici causa potest contingere. Prima si una illarum operationum inest illi inseparabiliter et alteri non. Secunda si una illarum operationum est ceteris perfectior et finalior: propter primam causam diffinita est potentia vegetatiua per nutritionem que illi inseparabiliter inest et non per augmentationem que aliqui non inest. Propter secundam causam diffinita est per generationem que est ceteris perfectior et finalior: ut dictum est: non per augmentationem. quare etc.

Est autem quo alitur dupliciter sicut et quo gubernatur et manus et themon. hoc quidem mouens et motum illud autem mouens solus. De autem alimentum necessarium est decoqui. operatur autem decoctionem calidum. Unde omne alimentum habent calorem figuralem iter qui dem igitur alimentum quid sit dictum est. Certificandum autem est posterius de ipso in propriis rationibus.

Distinguit de agentibus concurrentibus ad nutritionem dicens quod sicut illud quo gubernatur nauis est duplex. scilicet manus et themon. et manus est mouens non motum. themon autem est mouens motum. sic duplex est principium quo aliquid aliud. scilicet anima que est mouens principale et non motum et calidum naturale: quod est mouens motum et instrumentale. Et quod calidum sit instrumentale in operando circa alimentum probatur anima. quia omne alimentum necessarium est decoqui si debet transire in operationem alimentis. sed non potest decoqui nisi a calore: ut patet. ergo necesse est omne alimentum habere calorem. postea epilogat dicens: quod figuratim et superficialiter sic dictum sit quid sit alimentum. posterius autem certificandum est de ipso in propriis rationibus. **I**ntelligendum secundum primum commento. id quod declaratum est hic quod anima nutritiua est primum mouens in cibo: et quod agit in cibo per calorem per quem fit digestio. **U**trum autem operetur quod moueat et non moueatur a

primo motore: hoc declaratum est in sermonibus vltimis. id est octavo physico. declaratum est enim illic quod omnis primus motor si fuerit corporalis componitur ex motore non moto et motor moto secundum quod componuntur res ex materia et forma. Nam ista propter omnia primus motor corporalis componitur etc. non est vera nisi in motu locali. Unde in motu alterationis non quod primum alterans corporeum primo alteret se: et ita componatur ex alterante non alterato et ex alterante alterato: sicut in motu locali omnia primus motor corporalis mouet se. et ideo componitur ex mouente non moto et ex mouente moto. Et igitur motus perueniens ab anima nutritiua in nutrimentum sit motus alterationis non videtur quod per illam propositionem que non est vera nisi in motu locali possit declarari quod primum mouens in alteratione non moueatur: et quod alter sit mouens motum. **P**roterea exemplum anima de manu et themone est in motu locali: quare non videtur esse ad propositionem cuius hic sit sermo de motu alterationis. **A**d hoc respondetur primum dupliciter. Primo declarando aliter quod actus nutritiui complet per duos motores: quorum unus est immobilis et alius mouens motus assumit pro manifesto quod propter quod alterans nutrimentum est corpus calidum et viterius quod ipsum non sufficit ad causandum actionem alterationis: terminatam. nisi sit illic aliqua virtus que non est corpus sed in corpore. Et ex hoc sequitur quod corpus quod est primum alterans corporeum componitur ex alterante: quod non alteratur. scilicet anima: et ex alterante alterato. scilicet ex naturali calore. et sic patet qualiter actio nutrimenti completur per motorem non motum: et per motorem motum. Et secundum hanc responsionem non indigemus illa propositione declarata in octavo physico. scilicet omnia primus motor corporalis componitur etc. **A**lter respondetur primum declarando quod in actu nutriendi est talis duplex motor. scilicet non motus et motus in se quando illud quod in principio dicebatur de propositione declarata in octavo physico: dicendo quod calor naturalis si alterat cibum nisi primo moueatur in loco: quoniam motus localis antecedit alios motus et maxime motum alterationis terminatum: quo scilicet res aliquando alteratur et aliquando non: ut est in proposito. Unde si spiritus generatur in corde debet alterare nutrimentum distans ab eo oportet quod prius transmittatur ad ipsum quod fiet per motum localem. Spiritus enim non solum alterat sed attrahit et expellit cibum. quia ergo hic motus alterationis presupponit motum localem: patet quod propositio anima octavo physico: que est de motu locali erit conueniens ad propositum declarandum. quia si corpus quod alterat prius mouetur localiter aut a se aut ab alio. Si a se: ergo componitur ex motore etc. Si ab alio cum non sit procedere in istum: erit deuenire ad primum motorem corporeum: qui mouet se motu locali: qui etiam est primus motor corporeus in motu nutritionis. et talis componitur ex motore non moto et motore moto. quare etc. **A**d illud autem quod dicebatur de exemplo dicitur primum. quod exemplum est largit acceptum: quoniam manus non est primus motor in gubernatione nauis sed gubernator. et potest dici motor non motus: non quia non moueatur. sed quia non mouetur a motore extra in se. Nec inconuenit ad declarandum aliquid in motu alterationis adducere exemplum in motu locali.

Intelligendum secundum primum. eodem commento per propositionem illius partis. Certificandum autem est posterius de ipso in propriis rationibus quod sermo de nutrimento et augmento non perficitur nisi in pluribus libris. In libro autem de generatione et corruptione determinatur est motus augmenti et diminutionis. In meteoris autem determinati sunt modi colorum et modi actionum ut decoqui et assari. et etiam in hoc libro declaratur est primum motor in illis moribus. et in libro de animalibus determinatum est quod sit in ista istius virtutis in vno quod animi

et quomodo completur actio per ipsam in vnoquoque eorum et per quot membra etc. Multum igitur patet quod in multis libris natura rationis determinat de nutrimento et augmento: sed diversimode quoniam de illis determinat in libro de generatione et corruptione per comparationem ad motum ostendendo quod nutritio et augmentatio est verus motus vel mutatio. In libro de anima per comparationem ad animam ostendendo quod sunt principaliter ab anima et non ab aliquo elemento. In libro meteororum per comparationem ad calorem naturalem ostendendo secundum diversos modos caloris diversas fieri digestiones: ut elixationem assationem etc. In libro autem de animalibus determinat de illis per comparationem ad membra ostendendo nutritionem et augmentationem esse per membra tanquam infra deservientia anime in operando: et quot sunt illa membra et qualiter proportionantur in tali operatione. Alii autem per proprias rationes intelligunt librum de nutrimento et nutritio. In quo dicitur Aristoteles tradidisse per proprias rationes de ipso alimento. sed hic liber ad nos nondum pervenit. Dubium est utrum nutritiva augmentativa et generativa sint diversae potentiae anime. Arguitur quod non. Primo ille potentie sunt eadem et non diversae quare est idem actus. sed nutritiva et generativa est idem actus. ergo etc. per propria et maiorem et citius minor autem declarat quoniam sicut nutritiva equi generat carnem vel os de alio ex nutrimento sic facit virtus generativa. ut per propria etc. Secundo nutritiva et augmentativa sunt eadem potentia. ergo etc. per propria et assumptum per bar: quia eadem potentia que generat plus de carne quod facit rursus potest generare tantum per se et minus. sed generatio plus est augmentativa: generando autem tantum per se aut minus est nutritiva. ergo etc. 3^o ad id facit ista Aristoteles. dicit in principio huius capitulo quod eadem potentia anime est nutritiva et generativa. In oppositum arguitur quia ille potentie sunt diversae que habent operationes diversas. sed nutritiva augmentativa et generativa sunt huiusmodi: cum operatio nutritiva sit convertere nutrimentum in substantiam nutritivam: et operatio augmentativa sit deducere ipsam ad debitam quantitatem et operatio generativa sit sibi sibi generare: ut superius fuit ostensum. quare etc. Pro quoniam dicendum quod potentia nutritiva augmentativa et generativa etiam in eodem vivente sunt potentie ab invice specie distinctae: quod probatur potest et argumeto fieri adducto. Sed per ultimum declarationem sciendum quod dupliciter sumitur virtus generativa. Uno modo per virtutem quod anime que est in corpore vivente que ex superfluo nutrimento modo superius ostendo generat semen. et hoc solum in animalibus perfectis habet organum determinatum. scilicet membra generativa. Alio modo sumitur virtus generativa per virtutem quandam in semine producta a virtute generativa per modo accepta que speciali nomine dicitur virtus formativa per quem semen in non sit formaliter animatum est omnia membra in potentia activa. et est productum talis animatum quale est illud a quo fuit semen deductum si transmutat ad locum debitum per generationem cum debitis circumstantiis. Hoc solum declarat primo quod nutritiva et augmentativa sunt virtutes diversae ex qua duplici differentia inter eas reperitur ut hic refert Albertus. Prima differentia est quia nutritiva generat substantiam et inducit formam nutritivam in materia nutrimenti. sed augmentativa generat quantitatem viventi convenientem ad debitas operationes. vel solum post nutrimenti conversionem membra extendit ad maiores dimensiones. Secunda differentia est quia nutritiva quantum est de se equum nutritum in omni diametrum: vel si inaequaliter magis nutritum secundum latitudinem. sed augmentativa magis augmentat secundum longitudinem secundum quam maxime attendit corporis magnitudo. Tertia differentia est quia augmentativa videtur fortiori calido quam nutritiva: quoniam augmentativa habet extendere membra dura: sicut ossa cartilaginea etc. et facere nutrimentum penetrare ad ipsa ad que fortius requirit calidum quam ad convertere nutrimentum in substantiam nutritivam est opus nu-

tritive: ut satis est notum. Quarta differentia est quia nutritiva semper nutrit deperditum restaurando. augmentativa autem non semper augmentat. sed habita convenienti quantitate que per augmentativam in tali vivente intendebatur quod ante mortem contingit cessare augmentativa ab opere suo. Sicut posset ostendi quod nutritiva a generativa que est in corpore vivente: quoniam nutritiva immediate inducit animam in materia nutritiva. Generativa autem que est in vivente immediate inducit formam seminis que non est in anima in materia nutrimenti. Differet etiam a virtute formativa que est in semine. quia virtus nutritiva est subiectiva in corpore animato: sed virtus formativa non. Secundo virtus nutritiva non producit animam: per se existens eiusdem speciei cum nutritio. unde virtus nutritiva equi non producit equum: sed producat carnem vel os. virtus formativa sic. quoniam virtus formativa seminis equi non solum producit carnem vel os sed equum totalem. Et ex hoc solvuntur rationes ante oppositum adductae. Ad primam per de generatione quod distinguuntur a nutritiva. et similiter formativa que est in semine habet operationem diversam a nutritiva. scilicet producit individuum totale etc. Ad secundam de quod virtus nutritiva transmutat nutrimentum in substantiam nutritivam. tunc tempore augmenti per solam conversionem nutrimenti nunquam fieret augmentatio nisi membra extenderent secundum partes antiquas et novas: quod sit per virtutem augmentativam. et quo per has partes esse distinctas. Ad auctoritatem autem Aristoteles dicitur fuisse in principio capitulo qualiter intelligi habet. quare etc.

Terminatis autem his dicamus contra et sensu. Sensus autem in moveri aliquid et pati accidit: sicut dictum est. Videtur enim quedam alteratio esse. Autem autem quidam et simile a simili pati. Hoc autem quomodo possibile aut impossibile: dictum est in universalibus omnibus de agere et pati.

¶ Iste est quartus tractatus huius secundi continens. xj. capitula. in quorum primo determinat universaliter de potentia sensitiva. in secundo ibi dicendum autem est. Determinatur de sensibili sensibili videri. in tertio ibi dicitur quid est. De terminat specialiter de visibili et visu et suis actibus. in quarto ibi dicitur quid est prima. Determinatur eodem modo de auditibili et auditu. in quinto ibi de odore autem et olfactibili. Determinat sicut de odore et olfactu. in sexto ibi de gustabili autem. Simili modo determinat de gustabili et gustu. in septimo ibi de tangibili autem. Determinat pariter de tangibili et tactu. in octavo ibi de potestate autem. Declarat quedam coia de sensibus particularibus. in nono ibi dicitur autem non sit sensus. Ponit numerum et sufficientiam sensuum particularium. in decimo ibi dicitur autem sensitivus. Determinat de sensu communi. in undecimo ibi dicitur autem duobus. Determinat de phantasia. Ex quibus omnibus debetur sufficienter determinatio de secundo quod adu animarum videtur de sensibus. Primum capitulum dividit in duas partes: in quarum prima ostendit quod sensus est potentia passiva. in secunda ponit distinctionem de potentia et actu ibi dividendum autem. Primum in tres: quia probatur quod sensus est potentia passiva. Secundo ostenditur quod sensus dicitur duobus modis et similiter sentire scilicet in actu et in potentia. Tertio declaratur modus secundum quem sensus in potentia efficiatur in actu ibi secunda. Quoniam autem sentire ibi tertia. Primum quidem intelligitur. Primum in duas secundum quod tripliciter ostendit sensum esse potentiam passivam ibi secunda. Habet autem dubitationem. De prima dicit quod determinatis his que dicta de vegetativo dicantur communiter de omni sensu quod sensus id est sentire accidit sibi in ipso moveri aliquid et pati: ut dictum est. libro philosophiae corporum. Ex quo videtur quod sentire sit alteratio quedam. et ex hoc sequitur quod sensus sit virtus passiva cum omni illa potentia sit virtus

passiva cuius operatio in ea recipitur cum suo pati et alterari. Et quia locutus fuerat de passioe: subdit quod ad autem si sit a fili pati. quod quod sit possibile vel impossibile dictum est in roib. vltimus de agere et pati positus in p de gnatione et inferius ostendit. Intellegendum secundum primum. comento. li. q. sentire sit per aliquam passionem et motum in sensibus a sensibilibus non per actionem sensum in sensibilibus. Hoc enim est primum considerandum de sensu. scilicet ut sit numeratus in virtutibus actibus aut passivis. Vult igitur primum. q. sensus passivus a sensibilibus et quod non agat in sensibilibus: cuius oppositum dicitur per philosophum. per philosophum. necesse est fieri extra mutando. et hoc est principium considerandum in sensu quod est potentia passiva.

Constat autem dubitationes propter quid sensuum ipsorum non sit sensus: et quare sine his que sunt extra non faciunt sensum in emite igne et terra et alijs elementis: quorum est sensus per se aut secundum accidentia. Ad id ad idem igitur est quod sensum non est actu sed potentia tantum. unde non sentiunt: sicut combustibile non comburitur ipsum a seipso sine combustione. combureret enim seipsum et nihil indigeret actu igne etc.

Secundo probatur sensus esse potentia passiva per solutionem duarum dubitationum: quare prima est quare sensus non est sensus ita quod sensus sentiat seipsum. Secunda est quare sensus non sentiunt sine extrinsecis sensibilibus cum habeant sensibilia eis coniecta sicut sunt ignis et terra et alia elementa in suis organo: necesse est enim que sunt sensibilia per se aut secundum accidentia ipso. Has dubitationes soluit dicens manifestum esse sensum non esse in actu de se: sed in potentia tantum. ideo sensus non sentiunt seipsum neque aliud non currere exteriori sensibilibus a quo moueantur et ad actum ducentur: sicut combustibile non comburitur a seipso non currere extrinsecis combustione. aliter combureret combustibile igne non comburent: quod non est verum. Ex hac solutione patet expressum quod sensus est potentia passiva. Intellegendum prout secundum primum. comento. li. q. sensum quod attribuitur in sua compone vnicuique elementorum: et illa sunt sensibilia. Vult itaque primum. ut de sensu et sensato quod attribuitur organo sensus appropriat secundum dominum aliquid quatuor elementorum. Unde in organo visus passivus. in organo auditus aer in organo olfactus ignis. in organo gustus et tactus terra. Cum igitur illa elementa sint sensibilia tunc remanet secunda dubitatio superius mota quare sensus non sentit elementorum: quod dicitur in suo organo: ut visus aqua. et ita de alijs. hoc dubitatio infra soluetur magis complete. ubi assignabitur causa quare sensibile positum supra sensum non facit sensationem. Et similitur prima enuacuabitur in ca. de sensu ceteri ubi ostendit quod nulla potentia organica est supra se conuersiva. Intellegendum secundo secundum primum. comento. per allegato quod sensus non est virtutibus actibus que agunt ex se absque eo quod indigeant in actione que puenit ab eis motore extrinseco. sed ex virtutibus passivis que indigent motore extrinseco: et ideo non sentiunt ex se quemadmodum combustibile non comburitur ex se absque motore extrinseco. scilicet igne. Et quemadmodum combustibile si est combustibile ex se tunc possibile esset ut combureret sine igne extrinseco in actu. sic sensus si sentirent ex se secundum se sunt virtutes actives: tunc possibile esset ut sentirent absque extrinseco. Et de hoc scire quod non est prima dicitur quia virtutes actives differunt ab inactives et est principium considerationis de intellectu et de alijs virtutibus. Virtus autem nutritiva manifestum est ex predictis quod est virtutibus actibus. Eloquentum est dicitur. Sed dubitatur circa textum per quod dicitur quod elementa sunt sensibilia per se. hoc autem videtur falsum. quia sunt substantie et substantia est sensibilibus per accidens: ut patebit in sequenti ca. Secundo quod dicitur videtur velle quod si sensus est potentia activa quod sentiret se aut sentiret non concurrere sensibili extrinseco. hoc in sequenti non videtur valere. quia combustibile est in potentia activa ad co-

burendum et tamen non comburit se nec potest comburere extrinseco combustibili deficiente. Respondetur ad primum quod aliquid est sensibile per se et dupliciter. Vno modo quod per se agit in sensum et isto modo elementa non sunt sensibilia per se. sed solum sensibilia per se et coia ut in sequenti ca. apparebit. Alio modo quia est per se subiectum alicuius quod per se agit in sensum: et sic elementa dicuntur sensibilia per se. ideo notat dicitur dicitur. loquens de elementis quod eorum est sensus per se aut secundum accidentia his etc. Ad secundum dicitur quod si ab aliquo non potest puenire actio aliqua nisi concurrat extra in seculum hoc contingit propter alteram duarum causarum. Prima si actio illa transeat in materiam exteriori. secunda si illud cuius dicitur illa actio non sit in potentia activa respectu illius: sed solum passiva. Ex hoc patet quod si sensus esset in potentia activa respectu sensationis cum sensatione recipiat in eo et non transeat in obiectum extrinsecum quod necessario sensus sentiret et non concurrere extrinseco: quia neque tanquam actio neque tanquam passio. Exemplum autem quod adducit non est simile: quoniam combustibile si recipitur in combustione sicut sensatio in sensuum. sed in extrinsecum transit. quare etc.

Quia autem sentire dicimus dupliciter. potentia enim audiens et videns audire et videre dicimus: et si forte dormiens: et quid iam operans dupliciter utique dicitur et sensus. hic quidem sicut potentia: ille vero sicut actu. similiter autem et sentire quodque potentia ens: et quod actu.

Ostendit quod sensus dicitur duobus modis: scilicet sentire. scilicet in actu et in potentia. vnde dormiens dicitur videns et audiens in potentia. sed actu operans dicitur videns vel audiens in actu et sensus non operans dicitur sensus in potentia respectu sentire. sed sensus actualiter sentiens dicitur sensus in actu. Intellegendum secundum primum. comento. li. q. q. est videns in obscuro est videns in potentia. sed illa potentia est per se: per se actus quod potentia que est in visu dormientis. vterque igitur utroque est in potentia per se ad actum videndi. sed in per se per se est ille qui est in obscuro quia facilius potest videre cum non indigeat nisi lumine ut vidat. sed dormiens indiget lumine et ex per se actio.

Primum quidem igitur tanquam sit idem pati et moueri: et agere et mouere dicimus. et namque motus est actus quidam: imperfectus tamen sicut in alteris dicitur est. Ad id autem patitur et mouetur ab actio et actu etc. unde est quidem tanquam a simili pati: est autem ut a dissimili sicut diximus. patitur quidem enim quid dissimile: passum autem simile est.

Ostendit quoque sensus in potentia efficiat sensus in actu per mittendo per declaratis 3^o physicorum quod idem motus est agere et pati mouere et moueri respectu duorum. motus enim est actus imperfectus qui est a motore immobili. et secundum quod est a motore dicitur mouere et agere. et secundum quod est immobili est moueri et pati. Sensus igitur hic modo reducitur ad potentiam ad actum quod vult transmutari ab obiecto sensibili in eo imprimente speciem suam et permutare ipsum de potentia sentiendi ad actum sentiendi: vnde omnia que patiuntur ab aliquo tunc in actu mouentur. et id quod patitur quodammodo patitur a simili et quodammodo a dissimili. nam passum dicitur patitur est dissimile agenti. sed postquam passum est simile est illi. Intellegendum per quod primum. textum comento. li. q. translatiois antiquae aliter introducit. vult enim dicitur ostendere dicitur esse inter sensum esse potentiam actiuam et ipsum esse potentiam passiuam. et ponit duam differentias inter esse actiuum et esse passiuum. Prima quia esse passiuum est esse in actu imperfecto per mixtum cum potentia. Sed esse actiuum est esse in actu perfecto. Secunda quia passiuum secundum quod passiuum non habet esse nisi ab actu: quia si actu non esset: non esset passiuum. sed actiuum habet esse ex se. Intellegendum secundo secundum comento. quod passiuum antequam patiatur est contrarium agenti: et dum patitur est admittitum

et simile et contrario. non enim cessat dum mouetur corrupti in
eo parum contrarij et fieri pars similis etc.

C Dicendum autem de potentia et de actu nunc
enim simpliciter dicimus que habemus de ipsis.
Est quidem enim sicut sciens aliquid: sicut si dica
mus hominem quoniam homo scienti et habentibus
scientiam. Est autem sicut iam dicimus scientem
habentem gramaticam. Utrique autem horum non eo
dem modo possibilis est. Sed hic quidem quoniam
genus huius et materia est. Ille autem quia volens
possibilis est considerare nisi aliquid prohibeat exteri.

C Ponit distinctionem de potentijs et actu. Et diuiditur in
tres: quia primo ponit distinctionem potentie. secundo ponit
distinctionem ipsius pati de quo prius fuit locutus. tertio
facit summam eorum que dicit in hoc capitulo de potentia et
pati ibi secunda. Non est autem simpliciter ibi tertia. Nunc autem
tanti. Prima in duas quia primo ponit distinctionem
potentie. secundo declarat differentiam inter membra distin
ctionis ibi. Jam autem considerans. De prima dicit id
videndum esse de potentia et actu: de quibus nunc simpliciter
id est vniuersaliter dicamus ut proposito spectat quod dupliciter
aliquid dicitur in potentia puta sciens vel aliud tale. Vno
modo dicitur sciens in potentia sicut ignorans et carens habitu
scientifico qui ideo dicitur potentia sciens quia est de numero ho
minum qui ordinantur in scientiam. Alio modo dicitur sciens in
potentia homo habens habitum scie puta gramatice: sed non posside
rans per se. et isti non sunt eodem modo in potentia. Nam ignorans
dicitur in potentia sciens: quia genus suum. scilicet genus hominis est huius
scilicet hominis sciam et est materia scie receptiva. sed alius sic est poten
tia sciens quia cum vult potest considerare nisi aliud exteriorem pro
hibeat.

C Jam autem considerans actu ens per se et pro
prie sciens hanc litteram a. Ambo quidem igitur pri
mi secundum potentiam scientes sunt. sed hic quidem per
doctrinam alteratus est: et multotiens ex contrario
mutatus habitu. hic autem ex eo quod habent sen
sum aut gramaticam non agere aut in agere alio modo.

C Declarat differentiam inter scientem in potentia primo modo
et secundo modo dicens. quod actu considerans per habitum scie que
habet in hanc litteram a in grammatilibus est actu et proprie sciens
sed ambo primi. scilicet ignorans et habens habitum. non considerans sunt
scientes solum in potentia sed differentes quoniam ignorans non efficit
actu sciens nisi sit alteratus per doctrinam et sciam quam acce
pit et multotiens mutat? ex habitu scie acqisite. sed habens
habitu et non considerans non alteratur per doctrinam neque sciam ac
cipit. et efficitur considerans: sed solum mutat de non agere in age
re et de non considerare in considerare per habitum quem prius habebat
et hoc est alio modo mutari ab illo quo mutat ignorans in habens
acqisitione. Intelligendum secundum comentatorem cometo. lvi. quod
sciens grammatice considerans in ea est sciens secundum ultimam per
fectionem et tale dicimus sciens in rei veritate. ex quo sequitur
primo quod sciens in actu non est magis perfecte sciens quam sciens in
bitu tantum. secundum omnia. non operatio unita perfectioni modo se habet quod dicitur
est absque operatione. Segit secundo quod sicut duplex est potentia. scilicet re
motiva sicut ignorantia et propinqua sicut habitus habitus et non consi
derantis: ita duplex est actus sive perfectio. vbi actus primus et
actus secundus sive perfectio prima et perfectio ultima. secundum omnia
est prima perfectio. sed operari ab ea pueniens est perfectio ultima
vel videtur superius secundum. forma non operans est prima perfectio. scilicet
operatio unita est perfectio ultima. Intelligendum secundo secundum
secundum. eodem cometo quod ignorans mutabitur ex potentia in actum
cum alterabitur per doctrinam et mutabitur multotiens ex habitu
ad disponentem sciam et ex disponente sciam ad habitum quousque habitus
fit firmus et fixus. Et intendit per bitum formam scie: et per dispo
nentem sciam ignorantiam. Vbi aduerte quod duplex est ignorantia. scilicet

negatiua et disponsio. prima iuenit in non habentibus bitum scie ne
errorem illi oppositum. secunda autem iuenitur in habentibus erro
rem scientie: quare etc.

C Non est autem simpliciter neque agere neque pa
ti: sed aliud quidem corruptio que a contrario: ali
ud autem salus magis est quam potentia ab eo quod
est actus. Et simili sic: sicut potentia se habet ad actum
speculans enim fit habens scientiam quod vere non
est alterari. in ipsum enim additio est et in actum:
aut alterum genus alterationis est.

C Ponit distinctionem ipsius pati et innetres partes. In
prima facit quod dicitur est. in secunda ostendit quod transiens de igno
rantia ad bitum scie non vere alteratur sive patitur sicut nec transiens de
habitu ad actum considerandi. in tertia quod dicitur sunt in bitum quod spe
cant ad intellectum adaptat ad ea que spectant ad sensum ibi. secun
da. Vbi non bene ibi tertia. Sensum autem. De prima dicit quod
neque agere neque pati est simpliciter in vno modo tantum sed multipliciter.
Vbi vno modo dicitur pati de passione corruptiva: quia quod patitur a
suo principio accreditur forma aliqua cum obiecto forme illi. Scie
Allo modo dicitur de passione perfectiva que est salus et receptio alicuius
perfectio absque deperditione alteri? ab aliquo ente in actu non
est sed sicut illi in quo fit receptio sicut potentia se habet ad actum
Vbi speculans per bitum quem prius habuit non vere alteratur neque
patitur primo modo cum non transmutetur a principio aliud dependendo sed
solum accipit et sicut per deductum in actum considerandi. aut si patitur est
alter? genus passionis corruptiva que est salus et receptio alicuius
perfectio forme illi. Intelligendum per secundum cometo. lvi. quod
hoc nomen passio non significat eandem intentionem simpliciter
sed quodammodo passio que est corruptio patientis a principio a quo patitur
passio calidi a frigido et humiditatis siccitatis. cum. n. calidum agit in fri
gidum corruptum frigidum et fit calidum. Alia autem est passio que est
cuiusmodi eius quod est in potentia et ab eo quod est in actu. et huius duplex
est quia vel est euasio a non esse ad perfectionem prima sicut in puero
qui non habet bitum aut est euasio a prima perfectione in hanc sicut dum
bitum formam prius non operans postea operatur: et nulla istarum est vera
passio sed solum passio per modo supra. Intelligendum hoc quod licet
potentia et actus opponantur relative: cum dicitur actus. quod actus est
mutat potentiam quod est illi pueniens et proportionatus. quod. n. aliter
ornat et perficit sicut actus se habet ad potentiam illi est conue
niens et proportionabile.

C Unde non bene habet dicere sapientem cum
sapiat alterari: sicut neque edificatorem cum edi
ficat. In actum quidem igitur ducens ex poten
tia ente secundum intelligere et sapere non doctrinam: sed
alteram habere denominationem iustum esse. Ex
potentia autem ente addiscens et accipiens scien
tiam ab actu ente et didascalico: aut neque pati dicens
dum sicut dictum est: aut duos esse modos altera
tionis: et eam que in priuatiuas dispositiones mu
tationem: et eam que in habitus et naturam.

C Ostendit quod transiens de ignorantia ad bitum scie non vere alteratur
seu patitur. d. quod non bene dicitur sapientem alterari cum sapiat et ad ha
bitum scie transmutetur: sicut non bene dicitur edificatorem alterari dum
permutatur ad actum edificandi. Sicut ille qui prius habuit bitum scie sed
fuit oblitus. si iterum ex se veniat in actum secundum intelligere aut scire
non dicitur doctrinari: sed iustus est talis mutationem aliam denota
tionem habens. scilicet rememoratio. sed ille qui ex ignorantia accepit
sciam a bitum aliquo actu ente et didascalico. i. magistro bene secundum doc
trinatorem mutat: sed videtur dicitur est non vere patitur seu alteratur. Aut
italia pati dicatur: tunc duos modos alterationis ponamus. scilicet alie
rationem que est mutatio in disponentes priuatiuas que si sunt propria
positiua: et hec est alteratio perfectiua: et alterationem que est
in habitum et naturam id est in formam habentem contra
rium posituum: et hec est alteratio corruptiua.

Intelligendū circa illam partē. Accipiens scientiā ab aliquo actu ente et didascōlo q̄ dupl̄r aliquis pōt acq̄rere sciām aliquā. vno modo magistro docente ipsum et p̄ doctrinā. alio modo lumine intellectus agentis et p̄ intētiōnem et quocūq̄z acquirat semper acquirat cā ab aliquo ente actu tali quale est addiscens in potentia. et hoc formalit̄ et virtualit̄. vnde magister ē formalit̄r actu talis p̄ habitū sciē quē h̄t. Intellectus autē agens est actualis solū virtualit̄r p̄ quanto in virtute luminis eius sunt nobis manifesta. omnia p̄ncipia per se nota in quibus virtualit̄r continent̄ oēs p̄sonas. Et h̄t in vtrāq̄z acquisitionē fiat eo dē modo p̄cessus de p̄ncipiis ad conclusionē et ens in potentia reducitur ad actū ab aliquo ente actu: q̄ tñ hoc ē magis manifestū in acquisitionē sciē per doctrinā: ideo solum de illa ex. dedit exemplū. Idē tñ dubitat p̄ q̄a exēplū de edificatore nō videt cōueniens quoniam edificare ē agere. sed recipere scientiā est quoddā pati. ideo nō sequitur edificator dū edificat nō alteratur nec patit̄. q̄ nec recipies sciām patitur vel alterat̄. Sed quia qd̄ h̄c d̄r videtur cōtrariari ei qd̄ sup̄ius dicebatur vbi assererat ex. illum q̄ agnoscit habitū sciē esse alteratū per doctrinā et multoties mutātū ex hab̄ in contrario. Tertio q̄a videt̄ q̄ aliqua acq̄sitiō sciē sit vera alteratio et passio corruptiua vti q̄si aliquis habuerit habitū cōtinentiā et p̄ rōnes ad oppositū factas acq̄sitiū h̄t habitū scientifi cōtinentiā illi et erroneū amittit.

Ridet ad primā q̄ h̄t exēplū nō sit oīno sile: tamen in hoc est accipienda similitudo: qd̄ sicut edificator dū trāsit ad actū edificandi nihil deperdit: sic nec acquirēs habitū sciē merito h̄t aut transiens ad actū considerādū p̄pterea nullus illorū vere patit̄ aut alteratur. Ad scdm̄ dicitur q̄ d̄r. vult h̄c q̄ acquirēs sciām nō alterat̄ alterationē corruptiua. sup̄ius aut̄ vult q̄ alteratur ip̄sope et p̄fectiue et ista nō repugnant. Ad tertiu d̄r q̄ transiens de ignorantia negatiōis ad sciām nihil deperdit. transiens autē de ignorantia dispositiōis bene pōt aliquid deperdere sed tñ illa nō erit passio. p̄p̄ia sed ip̄sope et corruptiua. Ad hoc enī q̄ esset passio. p̄p̄ie corruptiua plus requireretur q̄ q̄ forma habitū corruptatur. regreteretur enī q̄ corrupta forma adueniente que sit illi contraria et incōpossibilis q̄n tum ad simul esse in eodem subiecto qualiter nō est de habitibus duorū. Sed d̄r. nā duo d̄r. p̄p̄ia p̄t simul esse in eodē intel̄ lectu nec sunt opposit̄a quantum ad esse in sil: sed solum quantum ad representationē et quantum ad cor: assensus cum idem intellectus non possit simul duobus assentire neq̄z habitus vtrius corrupti habitū falsū: sed si i aduentu vnius corruptiū alter hoc ē ex alia cā. s. p̄pter defectū. cōseruantis: vti quia intellectus ip̄suz respuit nec s̄m ip̄m amplius considerat: sed eius oppositū firmū adberet. quare habitus ille continue ad euancē scientiā tendit donec ex toto amibetur.

C Sensitiui autem prima quidem potentia mutatio sit a generante. cū autem generatum est habet iam sicut scia: et sentire. quod aut s̄m actum similiter dicit ipsi considerare. Differt autē quia butusmodi actiua opationis extra sūt visibile et audibile. Similiter autē et reliqua sensibilia.

C Adaptat ad sensum que dicta erant circa scientiam et intellectum: et continet duas partes quia primo ostendit q̄ si cut circa intellectum est dare primam perfectionem et secundam: ita p̄porcionabiliter circa sensum: ponendo tamen differentiam inter mouens intellectum de prima in perfectione in secundam et mouens ipsum sensum. Secundo dat cām illius differentie ibi Causa autem. De prima dicit q̄ prima mutatio sensitiui per quam acquirat primam perfectionem est a generante ipsum tribuente ei virtutem sensi

tiuiam. sed cum sensitiuum generatū est habet sicut scientiam: ita q̄ potentia sensitiua est primus actus sensitiui sicut scientia est primus actus intellectiui. Sentire vō qd̄ est s̄m actum dicitur similiter ipsi considerare. quia sicut considerare est actus secundus scientis: ita sentire est actus secundus ipsius sentientis. Est tamen differentia in hoc q̄a que mouent sensum de prima perfectione in secundā videlicet operationem sunt ei extrinseca: vti visibile audibile et reliqua sensibilia. sed que mouent habentem habitū ad actum considerandi sunt intrinseca sibi. Intelligendum primo s̄m comentatore comento. l. ix. q. prima transmutatio sentientis que est similis transmutationi hominis de ignorantia ad scientiam per doctorem est transmutatio q̄ fit per agens: quod educit virtutes sensitiuas de potentia materie generantis animal et non a sensibilibus: et innuit differentiam inter primam perfectionem factam in sensu et ultimam. Opinatur enī q̄ prima perfectio sensus sit ab intelligentia agente: vti declaratur in libro animalium. Secunda autem perfectio sit a sensibilibus. vult itaq̄z comentator q̄ prima perfectio sensus sit virtus sensitiua que tribuitur animali ab intelligentia agente aut tan q̄z ab agente vniuersali: aut quia tribuitur a virtute formatiua que est in femine: vti declaratur in libro de animalibus: que ideo appellatur intelligentia agens quia occulte et mirabiliter operatur in productione animalis sicut intelligentia. Secunda autem perfectio sensus est species sensibilibus vel sensatio que tribuitur animali a sensibilibus. Intelligendū secundo s̄m comentatorem comento eodem q̄ prima perfectio sensus differtur a scientia scientis quando non considerat actū in hoc q̄ mouens primam perfectionem in sensu et extrahens eam in secundam sunt extrinseca sensata vti visibilia. sed mouens scientem de prima perfectione in secundā est aliquid copulatum cum anima copulatione in esse. Illud ergo quod deducit sensum ad actum sentiendi est sensibile extrinsecum imprimendo sensui speciem suā sed illud quod mouet intellectum possibilem habentē habitum ad actum considerandi est aliquid copulatum anime s̄m esse vti declarabitur in parte immediate sequenti.

C Causa aut quoniam singularium quidem s̄m actus sensus: scientia autem vniuersaliū. hec enim i ipsa quodammodo sunt omnia. vnde intelligere ipsa est cum velit. Sentire autem non est in ipsa. Nec cessariū est autem esse sensibile. Similiter autem et hoc se habet in scientijs sensibilibus: et p̄pter eādem causam quia sensibilia singularia sunt: et exterioꝝ. Sed de his quidem certificare tempus fiet et in rursū.

C Declarat causam quare mouens sensum in secundam perfectionem est extrinsecum: mouens autem intellectum est intrinsecum dicens q̄ causa est. quia operatio sensus ē circa singularia que sunt illi extrinseca. sed scientia que est operatio intellectus est circa vniuersalia que sunt quodāmodo in ipsa anima. propter quod anima habituata pōt intelligere quodcūq̄z voluerit. sed sensus siue anima nō potest sentire quodcūq̄z voluerit: cum ad actum sentiendi oportet sensibile presens esse. Vnde etiam in scientijs sensibilibus propter consimilem causam idem contingit scilicet q̄ anima non potest de illis scientiam habere nisi in eorum presentia: sed de his certificare tempus fiet in posterum. q̄ in sequentibus huius libri. Intelligendum primo secundum comentatorem comento. l. ix. q. sensus in actu non mouetur nisi motu qui dicitur comprehendere a rebus particularibus sensibilibus. et iste sūt extra animam Intellectus autē mouet ad ultimā p̄fectionē a rebus visibilibus et iste sūt i anima. Et dicit et iste q̄s sūt i anima q̄ post declarabit

q̄ ea que sūt de p̄ma p̄fectione intellectus sūt quasi sensibi-
lia de p̄ma p̄fectione sensus. s. in hoc q̄ambo mouent
et sunt intentiones imaginabiles et ille sūt vniuersales po-
tentia l̄ non actu: et ideo dicit et isti quasi sūt in aia a non
dicit sūt: quia intentio vltio nō aia ab intentione imagina-
ta. Et quibus p̄ q̄ sensus mouet ad actū sentiendi a sen-
sibilibus: et per consequens q̄ nō oportet dare sensum
actū in intrinsecū aia cuius oppositū aliqui ponūt. Intel-
lectus aut mouet ad actū considerandi siue intelligendi
tanquā a motore p̄pinq̄o a rebus vniuersalibus l̄ mo-
tor p̄ncipalis intellectus possibilis sit intellectus agēs vt
post ostendit. Patet vterius q̄ vniuersalia que mo-
uent intellectū ad vltimā p̄fectionē sūt intentiones ima-
ginatę: que quia nō sunt actu vles sicut species intelli-
gibiles que sūt abstracte sed solū potentia: cū et ipsis lumie
intellectus agentis abstractant spēs intelligibiles actu vni-
uersales. ideo nō sunt in aia. s. intellectiva sed sūt quasi in
aia q̄a sūt in sensu interiori intellectui de seruiente ad actū
intelligendi. Et ex hoc p̄ q̄ mouentia intellectū ad postre-
mā p̄fectionē sunt copulata cū anima copulatione in esse
quoniam sūt esse vniunt aie sensitiue. et ista sūt intentiones
imaginabiles ut dictū est. Intelligendū secūdo q̄ com-
tator mouet dubitationem circa illud q̄ dictū est sensibile
mouere actū sentiendi. illud enī non apparet vix: q̄a esse
ctus spūalis debet habere agens spūale cū effectus assimi-
letur agentī. sed sensatio est spūalis forma sensibilis ma-
terialis. quare tē. Ad hoc ponit comentator duas r̄-
siones. Prima est q̄ sensatio est spūalis non rōne agen-
tis sed rōne materie in qua recipit: quia enim recipitur i
sensu qui est spūalis vnde sic dicit. Et p̄t aliquis dicere
q̄ sensibilia nō mouent sensus illo modo quo existūt extra
aiam. mouent enī sensus sū q̄ sunt intentiones cū in ma-
teria non sint intentiones in actu sed in potentia. Se-
cūda responsio est q̄ sensibile pducit sensationē tanquam
agens instrumentale: et q̄d est dare agens spūale extrinse-
cū a sensibus aialū a sensibilibus p̄ncipaliter pducēs sen-
sationē et ab illo caput sensatio suam spūalitatem sicut enī
fuit necesse in intellectu quoniam phantasma quia ē mate-
riale nō p̄t vigore p̄prio pducere in intellectu possibili
speciē abstracta. quare ōz ad illius pductionē concurrer
intellectū agentem qui est abstractus. Ap̄. aut hoc tacuit
in sensu quia latet cū sit virtus organica et magis appa-
ret in intellectu qui est virtus abstracta. Vnde comenta-
tor eodē commento r̄nuendo p̄mā responsionē sic dicit.
Et non p̄t aliquis dicere q̄ ista diuersitas accidat p̄p̄
diuersitatem subiecti ita q̄ sūt intentiones p̄pter mate-
riam spūale que est sensus non p̄pter motorem extrinse-
cū. Ad id est enī existimare q̄ causa in diuersitate mate-
rie est diuersitas formaz: non q̄ diuersitas materie sit cā
diuersitatis formaz. et cū ita sit necesse est ponere motorem
extrinsecū in sensibus aialū a sensibilib⁹ sicut fuit necesse
in intellectu. Vltio est igit q̄ si concederimus q̄ diuersi-
tas formaz ē causa diuersitatis materie q̄ necesse erit mo-
tori extrinse cū esse. sed Ap̄. tacuit hoc in sensu quia latet
et apparet in intellectu et tu debes hoc p̄siderat q̄si idiget
p̄scrutatione. Et quibus verbis apparet comentatores
non ponere sensum agentem inexistentez aie sensitiue vt
aliqui dicūt cū voluisse sed potius extrinsecū a sensib⁹ que
plures putant esse quendam intelligentiam speciez sensi-
bilū et sensationū p̄ncipaliter producti. nā sicut dicit enī
de intellectu agente respectu speciez intelligibilū et intel-
lectionem.

Cū autem tantum sit diffinitū: quoniam cū
non simpliciter sit q̄d potentia dicitur. Sed aliud
quidem sicut si dicamus puez posse militare. Ali-

ud autem sicut in etate existentem sic habent sen-
sitium.

Cū facit summā eoz que dicta sūt de potentia et de part
ostendendo qualiter se habeant ad sensum. Et continet
duas p̄ces. quia p̄mo reassumit que dicta sunt de potentia
secūdo de alterari seu pati ibi Quoniam aut innotata. De
p̄ma dicit q̄ nūc si tū dictū de potentia quod non dicit sim-
pliciter et vno modo sed multipliciter. quoniam aliquid
dicitur in potentia p̄pinq̄a sicut in etate p̄fectus habēs
artem militie et non opans sū cam est in potentia ad mi-
litandū. Sic similiter est de sensitio q̄d aliquando est in
potentia remota ad sentire aliquando p̄pinq̄a ut supius
dicebatur. Animal enī est in potentia remota ad sentire. sed animal
actu nō operans sū sensum est in potentia p̄pinq̄a.

Cū quoniam aut innotata est ipsoz differen-
tia determinatū est aut de his quoniam altera et quo
modo altera. vti autem necesse est ipsa pati et alte-
rari tanquā p̄p̄is nominibus. Sensitiuū autem
potentia est: quale iam actu sensibile sicut dictum
est. Patitur quidē igitur non simile eno: passum
autem assimilatum est: et est quale illud.

Cū reassumit quod dictū fuit de pati et alterari ipsoz
sensus dicens q̄ alteratio seu passio que fit in sensu nō ha-
bet propriū nomen impositū tamen ē altera ab alteratione
et passione p̄pria et corruptiua. et iam ostensum est supra q̄
sunt altera et quō sūt altera. Nūc aut determinando d̄ sen-
su necesse est vti ipso pati et alterari sensus ac si ista sint p̄-
pria noia ipsoz. Et tunc describendo sensitium dicit ipso
essetale in potentia quale est sensibile in actu vt prius est
ostensum. Vnde sensitium dū patit a sensibili nō est simi-
le illi: sed postq̄ passum est assimilatum est tale quale est il-
lud. Intelligendū q̄ sensitium anteq̄ recipiat speciē et
intentionē quam in eo imprimat forma sensibilis non ē si-
mile illi sed potius dissimile: sed postq̄ recipit eam factū
est simile ei. ideo dicit q̄ sensitium est tale in potentia q̄le
est sensibile in actu. et nō dicit q̄ sensitium est potentia sen-
sibile in actu: nam sensitium nō recipit sensibile: ideo non
efficit sensibile sed recipit intentionē sensibilis per quaz
efficit simile illi et tale quale est illud. vnde si color recipit
in visu et non intentio coloris: tūc idē esset esse coloris in
aia et extra aiam. sed esse coloris extra aiam nō est comp̄-
hensio. ergo esse coloris in aia siue in visu nō ē comp̄-
hensio: q̄d tamē est falsum. Et hoc ponit p̄m. comēto. l̄ij
sub talibus verbis: Manifestū est igit ex hoc q̄d dixim⁹
q̄ sciens simpliciter est illud q̄d est in potentia ad intentio-
nem quā determinauimus de potentia p̄ intentionem rei
ex hoc contingit q. ille sonus secundus qui dicitur echbon est similis primo. unde cum dicitur q. echbon fit cum ab aere vno etc. per aerem vnum intelligere debemus aerem terminatum et inclusum in corpore a quo continetur et prohibetur ab exitu siue ab ulteriori processu. et illud est obstaculum reflectens ut patet ex dictis. et hoc est alia expositio huius prius ab illa que prius posita fuit. Et quibus euidenter colligi potest comitatores velle q. sonus echbon est alius numero a sono ipso precedente cui assimilatur quoniam sicut motus quo aer primo mouetur versus obstaculum non est idem motus numero cum motu secundo quo obstaculo reflectit. imo illi motus sunt oppositi et reflecti. inter quos necessario cadit quies media. et octauo physicoz colligitur. sic nec sonus primus qui consequitur motu primu erit idem numero cum secundo sono qui se- cundus motu consequitur: nec cum eo continuabit. s. erunt diuersi soni q. vnus scilicet quod ad alium cum pausatione inter media. Vnde autem sint eiusdem speciei vel non ad prius non est opus determinare. Et hoc qd dicit comitator verus est quia echbon est realis. vnde de tali intelligendus est dum dicitur q. echbon est iteratio soni conservando suam figuram. Et quod dum auditur echbon auditur idem sonus iteratus. i. similis quasi respondens prius. Sed quando echbon est intentionaliter dicitur. nam tunc echbon est idem sonus numero cum prius auditus. contingit. n. eundem sonum numero ab eodem audiri bis prius recte et postea reflecte. et dum audit reflecte est echbon intentionaliter. sicut etiam idem visibile potest ab eodem vidente videri duabus visionibus. vna recte et alia reflecta mediante speculo aut aliquo tali. Et q. simile patet in sono sic declarat. quia ponamus q. fiat fortis sonus intra cauernam montis vel aliud tale. sic tunc q. circulationes aeris in quo est sonus exclusiue terminent ad illam cauernam ita q. non prederent ulterius dato q. illic nullum esset obstaculum. tunc non fiet repercussio illi aeris ab obstaculo ut motus est. et sic non causabitur sonus reflexus sed solum rectus. species tamen illius soni recti ab obstaculo reflectent versus locum prime percussiois. Ideo homo illic existens illum sonum bis audiet. prius per species recte multiplicatas. deinde per illas species ab obstaculo reflectas. et sic illi erit echbon intentionaliter in quo precise sonus primus audietur. Intelligendus secundo q. simile est de reflectione soni et de reflectione luminis. nam reflectio luminis aliquando est fortis et ut si reflectat lumen ab ere vel marmore terro et polito et ex tali reflectione causat quidam splendor ita lucidus sicut locus quem aspicit sol. Aliquando autem talis reflectio est debilis ut si fiat ab aere vel ab alio reflectente debiliter. et ex tali reflectione fit umbra in qua est lumen diminutum. aliter in ea non possemus videre. unde lumen intensum terminat ad locum umbræ. Similiter est in soni reflectione q. aliquando fit fortis reflectio ex forti aeris percussione. et tunc fit echbon manifestus. Aliquando autem fit debilis sic q. non percipitur echbon. s. solum sonus ex recta fractione causatus. Et dicit comitator qd licet sonus secundum figuram speciem pducatur. Illa tamen figura non est precise specieratio. quoniam sonus fortis et maiorem distantiam multiplicatur et audit secundum differentiam positionis ad quam tendit aeris impulsio siue refractione quam secundum positionem oppositam illi. sicut si corpus speciei haberet vnam medietatem lucidam et aliam opacam si multiplicaret lumen specierat circa se. sed intentius et ad distantiam longinquiorē ad latius prius lucide quam prius opposite. quare multiplicatio illa non esset perfecte specieratio.

Vacuum enim recte dicitur proprius audiendi: videtur. n. esse vacuum aer: hoc autem est faciens audire cum moueatur continuus et vnus: s. p. id qd frangibilis est non sonat nisi leue sit qd p. cutit: tunc aut vnus fit: simul enim propter planum: vnu enim

est lenis planum. sonatius quidem igitur: quod motum unius artis continuitate usque auditus.

Quod determinat de medio audiendi sonus. Et dividitur in duas. quod primo determinat de huiusmodi medio. ostendendo quomodo inuenit a sono. In secunda idem facit de organo ipsius auditus: ibi scilicet. Auditus autem conaturalis.

De prima dicit quod vacuus. i. aer ab antiquis sic appellatus recte dicitur. proprium medium audiendi sonus. aer. n. videtur esse vacuus quia non est visibilis: et aer est faciens audire cum moueatur continuus et vnus qui per hoc quod frangitur. i. facit diuisibilis non sonat nisi corpus quod in eo percutitur sit lenis. i. planum: tunc enim fit in eo vnus sonus quia simul sit. propter planum. i. quia superficies est plana. nam planum. i. superficies corporis lenis est vnus. Et quod quod superficies corporis percussus est vna et regularis omnis percussio aeris vna: percussione simul et vniformiter refringitur et sonus fit sonus. Ideo dicitur A. x. quod sonatus corpus est quod est motus vnus aeris conaturalitate usque ad auditus.

Intelligendum primo secundum commentatorem comento. lxxij. quod necesse est in faciendo sonum quod percussus sit lenis. quia vnus sonus non fit nisi ab vno motu qui corpus percussus fuerit lenis. tunc ergo motus qui sit in aere sit ab vna percussione. qui in simul expelluntur partes aeris a superficie eius quam superficies rei lenis est vna quapropter et percussio erit vna quod propter et sonus erit vnus. superficies autem aspera non est vna sed plures superficies: quapropter percussio erit plures. quapropter non fiet illic vnus sonus omnino propter diuersitatem et vniformitatem earum. et quod vna earum non sufficit in faciendo sonum nec omnes in simul sunt vna percussio. comento. lxxij. et satis clare ex dictis superius.

Secundo intelligendum secundum commentatorem comento. lxxij. quod necesse est ex hoc quod declarauimus ut agens sonum sit motus vnus aerem motu vno continuo quousque perveniat ad audiri. Et intendit per hoc quod dicitur vnus non vnus. propter distinctionem ab alijs partibus aeris. sed vnus. propter vnus motum continuus. Ex dictis A. x. ibi sonatum quidem igitur. et commentator hic putat aliqui eos velle quod si sonus debet audiri oportet quod aer frangatur et quod sonus producat motu continuo a corpore sonante usque ad auditum. quod ego verum esse non puto. quoniam sonus campanae nullo flante vento ad tantam distantiam auditur ad quantam non sufficeret campana aerem mouere.

Voluerunt ergo A. x. quod commentator ex dictis eorum nullus esse vna proprium medium audiendi sonum sicut aer quia nullum aliud est quod sit ita natum frangi motu continuo ad longinquam distantiam. et usque ad auditum sicut ipse sed in voluerunt quod hoc sit necessarium. Vel dicatur et melius quod ipsi voluerunt quod necesse est aerem motum continuo moueri usque ad auditum non simpliciter ut sonus audiat. sed ut sonus audiat. sicut et dixerunt oportere corpus percussus esse planum ut fiat sonus quod non est verum simpliciter. sed solum ut bonum. sicut intensus fiat sonus.

Auditus autem conaturalis est aeri: propter id autem quod in aere est: motu exteriori quod infra mouetur: propter quod quidem non ubique audit aial: neque ubique transit aer. Non enim ubique habet aerem mouenda pars aialum. sicut pupilla humidum.

Nunc ostendit quomodo organum auditus a sono immutetur. Et dividit in duas quia si facit quod dictus est. scilicet ostendit quomodo sit aer exterior. aer interior et percussio auri contentus qui est organum audiendi ibi. Per se quidem igitur. De prima dicit quod auditus est conaturalis aeri. i. huiusmodi conaturalis sive corpus aeris a dominio. propter organum. et propter id quod sonus est in aere exteriori motu quod est intra. i. aer conaturalis in concavo auri existens ab illo aere exteriori in motu mouetur. propter quod non ubique audit aial neque ubique

netrat aer exterior. quod non ubique pars mouenda a sono: et ipsum aialum huiusmodi aerem conaturalis sicut humidum quod est in pupilla non est ubique in aiali. sed solum in parte determinata. scilicet in oculo. Intelligendum propter secundum commentatorem comento. lxxij. quod sensus auditus copulatur cum sono. quod in eo existit aer continuus cum aer extrinseco. quod si non esset ibi sentiret. Post subdit. Et quod necesse est ut in hoc sensu sit aer continuus cum aer extrinseco in quo cadit percussio. ideo aial non potest audire in omni loco. sed in locis in quibus nihil dividit inter aerem percussus et aerem in sensu auditus neque ex omni membro proprio audit. sed ex omni. membro in quo transit aer: scilicet auri. Adhuc post subdit. Et sicut est dispositio videntur in coparatione ad humorum glacialis. scilicet quod visio non aperitur nisi per membra in quo est humor dyaphanus aptus ad recipiendum colores. Verbi gratia humor glacialis etc. Ex quibus verbis apparet commentatorem velle quod sicut organum tactus et gustus est de natura terre et organum olfactus de natura ignis et organum visus de natura aque. sic organum auditus est de natura aeris: et appellatur aer conaturalis: non quod sit aer sed quod est corpus aerum a dominio. et est a quibus subtili pellicula circumdatum miringa vocata: quod huiusmodi conaturalitatem cum nervo ad concavum auri a cerebro transmissus. Albertus tamen vult quod organum auditus non sit talis aer. sed potius nervus per concavum auri et passus. Intelligendum secundum Albertum. quod licet auri non sit organum auditus. tamen deseruit auditui. Et fecit natura lacera auri dura ut percussus ab aere in quo est sonus bene percipiant organum auditus. Et fecit eius foramen tortuosum ut aer interior prohibeatur exire et corpora extrinseca ingredi prohibeantur. que auditus organum consumpere possent. vel saltem auditum impedire. Fecit et natura per aures purgationem capitis a quidam superfluitate colerica. que sui caliditate et siccitate auditus tympanum et lacera auri in siccitate et duritie huiusmodi conservare. ut illic melior fiat impressio soni: sicut pellis tympani et chorde musicorum melius sonat extense quam remolue.

Per se quidem igitur insonabilis aer propter id quod facile cessabilis est. Lix vero prohibeatur defluere huiusmodi motus sonus est. Hic autem est in auri bus edificatus: cum hoc quod immobilitas sit: quatenus certe sentiat omnes differentias motus. Propter hoc autem et in aqua auditus: quoniam non ingreditur ad ipsum conaturalis aerem. Sed neque in auri propter reflectiones ipsius. Cum autem hoc accidat: non audit. Neque si miringa: sicut que in pupilla pellis laborat.

Ostendit qualis sit aer exterior: qui est medium auditus: et qualis sit interior: qui est auditus organum. et dividitur in duas. quod primo facit hoc. secundo ostendit per signum quod aer conaturalis huiusmodi motus sibi proprium. ibi signum. De prima dicit quod aer exterior per se est insonabilis propter id quod facile est cessibilis. scilicet facit est diuisibilis. sed cum prohibeatur defluere humor motus sonus est. i. in humor motus fit sonus tanquam in materia semi-propinqua. huiusmodi aer qui est in auribus edificatus est. scilicet in auribus cum hoc quod immobilis est quatenus certe sentimus. i. ut sentiamus omnes differentias motus sive sonorum consequentium motus factos in aere exteriori. Et propter hoc quod auditus per tales aerem edificatum in auribus: accidit quod auditus in aqua. quoniam non ingreditur aqua ad ipsum aerem conaturalis destruedo ipsum. immo neque ingreditur aqua in aures propter reflectiones id est tortuositates auri: vel repulsionem factas ab aere conaturali motu continue motu ei proprio. sed cum accidat aqua ingreditur in auri non audit aial neque etiam audit si miringa laborat. sicut non videt si laborat sensum infirmum pellis que est

Secundus

in pupilla. Intelligendū primo scdm comentatorem co-
mentis. lxxij. q. sicut aer exterior non habet ex se aliquē
sonum ut possit oēm sonū recipere: sic aer cōnaturalis q
est in auribus nō habet aliquē motum ut possit sentire p
fecte oēs modos motus factos in aere extrinseco. Juxta
qd advertendū est q. sicut organū tactus nō ē denudatū
simpliciter ab oibus qualitatib⁹ tangibilib⁹. sed solū ab
excellentijs quas habet percipere. sic organū auditus nō ē
denudatū ab omni i. oī cū habeat motū sibi propriū. ut
dicit comentator in commento sequenti. ē tamē denudatum
ab omni motu simili motui facto in aere exteriori. et hoc
sufficit ut oēs illos motus possit percipere. et hec est intentio
comentatoris hic. Intelligendū scdo q. sicut homo amit-
teret visum si ppter infirmitatē pellis pupille amitteret
humidū aquē oculi qd ē organū visus. sic homo amit-
teret auditū si perderet aerem cōnaturalem ppter fractio-
nez miringe pūctis ipm ex introitu aque vel aeris ipe-
tuose moti aut alio modo. Comentator tū per miringaz
intelligit pelliculam cooperiētem cerebrū: et tenendo aerē
cōnaturalem esse organum auditus. qd hic dicitur est fa-
ctis notū. qm ut dicit comentator animal carēs istis instru-
mentis caret istis sensibus. Sed tenendo viā Alberti q.
organum audit⁹ sit nerv⁹ cū pāsus ad pcam auri hoc ē
difficilius. Attamen dici potest q. ad auditū requiritur talis
aer. q. licet nō sit organū auditus ipse tū auditus ē adeo
cōnaturalis aeri q. nō pōt immediate moveri. nisi a sono vī
eius spē in huius. i. aere ab aere exteriori pducta. Idē
semus ē dicere mediū quodaz modo q. organū audi-
tus est aer cōnaturalis quia aggregatū ex miringa pellicu-
la auditui descēdente et corpore aereo in ea incluso. sed
tū non sit auditio nisi in nervo per illā pelliculam disse-
minato scdm partem q. cū illo nervo cōtinuatur sicut ocu-
lus est organū visus: et tū non sit visio nisi i humore gla-
ciali saltem inchoatū qd dico ppter illos q. volunt q. vi-
sio pfiat i crinitatē nervoz opicoz a cerebro ad oculos
descendentium. h. de hoc alibi est ingrendū.

¶ Sed signum est audiēdi: aut non sonare sem-
per aurem sicut cornu. Semp. n. quodaz proprio
motu aer movetur in auribus: h. sonus extraneus:
et non proprius ē. et propter hoc dnt audire vacuo
et sonanti: q. audimus in hūte determinatū aere. ¶
Probat per signū q. aer cōnaturalis h. quēdā mo-
tū. p. p. dicens q. signū est audiēdi aut nō audiēdi
per talem aerem cōnaturalem p. p. motū motu p. p. no
aurem sonare sicut cornu. i. supposita manu vel alio den-
so vel duro. quod accidit qm semper aer cōnaturalis q. ē
in auribus movetur qdam motu proprio: sonus tū quem
percipimus ē extraneus huic aeri et nō proprius. cum sit
subiectus i aere q. est ante ipm et non in eo. Et propter h.
dicunt antiqui nos audire vacuo. i. aere exteriori tanqz
medio et sonanti. i. aere intraneo quē sonantium dicebāt
tanqz organo. qm audimus habentes talē determinatum
aerem organicū in cōcauo auri. Intelligendū q. si
manus superponat auri auditur sonus ad modum cor-
nu. qd accidit q. aer cōnaturalis continuo movetur motu
inundationis: aut a natura sua aut a colore naturali auri.
ut dicit Albertus. q. continuo agit aerem qui est i au-
re ante s. qui p. b. itus exire ab obstaculo repercussit i la-
teribus auris et in eo fit sonus. Comentator: tamen comē-
to. lxxij. aliter introducit hāc partem. Dicit enī q. d. x.
hic probet per signū q. datur talis aer organicus in cōca-
uo auri p. signum est hoc q. habentes auditum acutum
semper audiunt quēdā tinnitū in auribus ut medici di-
cunt. sicut fit dum q. apponit cornu ad aurem. talis autē
tinnitus nō potest esse nisi in aere qui est in aure. Et

causa eius est quia aer qui est i aure semper movet motu
proprio. ad quem motus sequitur ille tinnitus. et quia ille
motus est p. p. illi aeri cōnaturalis. et distinctus a moti-
bus exterioribus qui sūt extranei ipi organo auditus. Jō
iste motus organi auditus non impedit motus fiendos
in eo a motibus et sonis exterioribus. Dubitatur vtrū
sonus sit motus aeris. et videtur q. sic per d. x. in l. i. d. i.
centem q. cum p. b. beatur aer diff. lucere huius motus so-
nus est. In oppositū arguitur q. nullum sensibile p.
p. nūm est cōc. ut patuit supra. sed sonus est sensibile p.
p. nūm auditus: et motus aeris ē sensibile cōmune. ergo et.
Item illa non sunt idem quoz non sunt eodem differen-
tie. sed sonus: et motus sunt huiusmodi. igit. et. Idet. cō-
sequens cum maiori. et mi. nō declarat. quia differentie
soni sunt acutum et grave. differentie aut motus sunt ve-
lor et tardum: modo acutum et grave nō sunt veloci et tar-
dum. sed ex eis causant. Unde ex velocitate motus aeris
causatur acutum in sono et ex tarditate motus aeris causa-
tur grave in sono. Et quo patet q. sonus non ē mot⁹ ae-
ris. sed ex eo causatur et p. p. nūm d. x. habet intelligi i p.
dicatione causali: ut patuit circa litteram. Et tamē aduc-
tendum q. alie qualitates sensibiles q. sunt permanentes
licet p. ducant per motū: nō tamen habent esse completū
nisi post motum quē terminant. et p. p. terea remanēt i sub-
iecto motu cessante. sonus aut q. est successivus a motu
dependēs non tantū in fieri. sed etiam in cōservari absqz
motu esse non pōt: imo sicut mediante motu aeris. p. d.
citur sonus in aere modo super⁹ posito. sic dum motus
ille deficit sonus deficere necesse est. qm cōcomitatur fo-
nus motum illuz sicut p. p. passio suum subiectū. Et q.
vltius sequit q. sonus nō solum habet partes quāta-
tinas sūt exilentes i quas dividitur ad divisionem aeris
moti. sed etiam h. p. tēs sibi invicem succedentes que non
sunt simul in q. dividitur ad divisionē temporis ipsū
mensurantis. et ille copulatur ad eūdem terminūz comu-
nem ad quem copulantur partes motus qui est suūz lin-
mediatum subiectum scilicet admutatur esse: sicut partes
loci copulantur ad eundē terminūz cōmune ad quēz
copulantur partes corporis locati. Vel possumus dicere
q. copulantur ad p. p. nūm indivisibile quod vocari potest
sonatus esse. Et ex hoc etiam patet q. idēz sonus numero
potest simul a diversis audiri. q. licet sonus non possit ēē
absqz motu. tamen species soni per mediū q. cōcena potest
multiplicari. neqz opz sonum realiter pervenire vsqz ad
auditum ut superius dicebat. quare ab eodēz sono pote-
runt diverse species multiplicari per partes aeris distin-
ctas ad varios auditus. et per cōsequēs idēz sonus simul
a diversis poterit audiri. Et si obijciat probando q. non
oportet sonum audiri per speciem ab eo multiplicatā. q.
si auditus esset vbi est sonus realiter perciperet ipsum et
tamen non perciperet per speciem eius. q. obiectū et
species non sūt simul. Idēz dicitur q. auditus non sen-
tiet sonum sibi immediatū quia sensibile positū supra sen-
sum non sentitur. sed sentiet sonum distantes per species
multiplicatā per mediū auditui immediatum. neqz incon-
venit spēm vniūz soni esse sūt cum alio sono.

¶ Trum aut sonanti verberans: aut qd
verberat: aut vtrunqz modo aut altero
Est. n. sonus motus possibilis moveri
hoc modo: quo quidēz saltantia a lenibus cum ali-
quis traxerit. Nō igitur sicut dictum est. Omne
sonat qd verberatur: et verberas: ut si obijciat acus
acui: sed opz qd percutitur regulare esse: ut aer subi-
to diffiliat et moveatur.

¶ Nunc determinat de differentijs soni. Et duo facit.

quis primo mouet vnam dubitationem et soluit, secundo
psequitur de intento. ibi secunda differentia aut sonantium.

De prima mouet hac dubitationem. Vtrum verberans sit
illud quod sonat: aut quod verberatur. Et soluit dicendo quod aut
vtrunq; scilicet sonat in eo altero. quoniam verberans sonat ac-
rem impellendo. verberatum autem ipsum detinendo et resilire
faciendo. Ideo subdit quod sonus est motus possibilis mo-
ueri hoc in quo quidem mouentur saltantia a leuib; cum
aliquis traherit. id est fortiter percussit corpora lenia. Unde
sicut dictum est non omne quod verberatur aut verberat so-
nat. ut si obiciatur acus acui non sonat. sed quod ut fiat sonus
quod percussit regulare esse. ut aer subito dissiliet et mouea-
tur. Intelligendum primo secundum commentatores comen-
to. lxxxv. quod quodammodo motus reperiatur casualiter. id est saltantius
attribuitur percussioni secundum agens et percussio secundum subie-
ctum: ita sonus qui est motus aeris tali modo attribuitur per-
cussioni et percussio. Et per hoc non vult commentator quod percus-
sum sit subiectus. id est materia soni. sed intendit quod percussum
se habet sicut subiectum siue passus respectu percussoris ad
quam sequitur sonus. Intelligendum secundo quod ut dictum est
supra. ad hoc quod fiat sonus sonus est ipsum percussus plures
habere conditiones. Prima est quod sit durum. Secunda est
quod sit planum vel coeuanum. Tertia est quod sit lenis et regulare.
Quarta est quod in sui compositione habet multum de subtili aere
Quando hec omnia concurrunt ex parte percussoris. tunc si ad ipsum
percussorem impellat aerem soni et impetuoso motu percussus
ipsum detinebit non permittendo ipsum ulterius transire et fa-
ciat ipsum saltare et resilire. et aer sic saltans et resiliens inten-
sum et notabilem recipit sonum.

Differentie aut sonantium in sono secundum actum
ostenduntur: sicut enim non videntur colores sine lumine:
sic neque sine sono acutum et graue.

Determinat de differentiis soni. Et diuidit in tres. pri-
mo ostendit qualiter sint accipienda differentie sonantium et so-
norum. Secundo ostendit quod nomina sonantium et sonorum sunt
accipienda a nominibus quantitatibus tangibilium. Tercio ostendit
quod differentie sonantium et sonorum habent similitudines
cum differentiis tangibilibus. ibi secunda. Nec autem dicitur
tunc. Ibi tertia. Et videntur similitudines. De prima dicit
quod differentie sonantium sicut sunt acutum et graue ostenduntur
in sono secundum actum. quoniam sicut non
videntur colores sine lumine. sic neque sine sono sentiuntur
acutum et graue. Intelligendum secundum commentatores comen-
to. lxxxvi. quod quodammodo differentie colorum non comprehen-
duntur sine essentia coloris in actu et illud erit apud pre-
sentiam lucis. sic acutum et graue in sono quod sunt prime dif-
ferentie soni non comprehenduntur sine essentia soni in actu.
Ex quo patet quod per sonum in actu non solum cognoscimus
acutum et graue secundum quod conceptum corporibus sonantibus.
sed etiam secundum quod sunt differentie soni. Unde dicimus
illam chordam esse acutam quod facit sonum acutum. et illam gra-
uem quia facit sonum graue. et sicut non cognoscimus alium
quem colorum esse albedinem aut nigredinem nisi ille color
sit et visum inuenerit. sic non cognoscimus acutem aut gra-
uitatem soni nisi sit sonus acutus aut grauis inuenerit au-
ditum.

Nec autem dicuntur secundum methaphoram ab illis que
tangunt. Acutum enim mouet sensum in paucis tem-
poribus multum. graue autem in multis temporibus paucum. Neque
tamen velox est acutus: graue autem tardum: sed fit hoc qui-
dem propter velocitatem huius motus: illud autem pro-
pter tarditatem.

Ostendit quod nomina sonantium et sonorum sumuntur a nomi-
nibus quantitatibus tangibilium. dicens quod hec scilicet differentie

sonorum dicuntur secundum methaphoram. id est similitudinem ab illis
que tanguntur id est a quantitatibus tangibilibus: quoniam sicut
in tactu acutum est quod mouet in paucis temporibus multum. et
graue quod in multis temporibus mouet paucum. si est in audi-
tu. Sed tamen velox non est acutum: neque tardum est gra-
ue. sed acutum fit propter velocitatem huius motus. et graue fit
propter eius tarditatem. Intelligendum quod acutus et graue
autem sunt ex vno motu: aut ex pluribus motibus. Si fiat
ex vno motu. tunc ad hoc quod sonus sit acutus. oportet esse
velocem. ad hoc autem quod sit grauis oportet motum esse tardum.
et hoc est illud quod vult Alexander. Unde quod velox et tardum sunt
duo motus acutum et graue sunt differentie soni. sicut so-
nus non est motus sed cadit ex motu. sic acutum et graue non
sunt velox et tardum. sed causantur ex eis. Vbi autem acutum
et graue fiat ex pluribus motibus. tunc ut sonus sit
acutus. requiritur motus esse spissus: ut autem sit grauis reg-
ratur motus esse rarus. Unde ad experientiam patet quod chorda
bene tensa. quod plures facit motus in aere et magis spissos
sonum facit acutorem si percutiat quod si est male tensa. quoniam
dum est male tensa pauciores et rariore facit motus et mi-
nus aerem resiliat. et ex istis sonum magis grauem facit.

Et videtur similitudines habere circa tactum cum
acuto et hebeti. Acutus enim quasi pungi: hebes qua-
si pellitur propter id quod mouet hoc quidem in paucis: illud in
multo. Quare accidit hoc quidem velox: illud autem
tardum esse. De sono igitur sic determinatum sit.

Decarat quod differentie sonorum siue sonantium habent
similitudinem cum differentiis tangibilibus dicens quod differ-
entie sonorum videntur habere similitudinem cum acuto et hebeti
que sunt circa tactum. Unde acutum tactu est quod pungi. he-
bes vero est quod pellitur. propter hoc quod acutus mouet in paucis tem-
poribus multum: hebes vero in multis temporibus mouet paucum:
quare accidit hoc quidem. scilicet acutum esse velox: illud autem
scilicet hebes esse tardum. et quod ut supra ostensum est acutum
in sono. sequitur motum velocem: et graue motum tardum
oportet aliquam esse similitudinem inter differentias sonorum
et differentias quantitatibus tangibilium. et sic fit determinatum
tuum de sono in vniuersali. Intelligendum per quod ea que
dicuntur de differentiis sonorum non dicuntur acutus. nisi quod
facit sonum acutum neque dicitur graue nisi quod facit sonum
graue. Et ideo de his indistincte siue indifferenter dicitur.
dicta intelligi debent. Intelligendum secundum secundum methaphoram
bertum quod acutum in tangibilibus non proprie dicitur ve-
lox et hebes siue graue non proprie dicitur tardum. quia
tardum et velox sunt proprietates motus. et acutum et gra-
ue non sunt motus sed acuto attribuitur velox propter ve-
locitatem sui motus in penetrando id quod tangit. et hebeti
seu graui attribuitur tardum propter tarditatem sui motus in pe-
netrando in tactum. et in hoc acutum et graue in sonantibus ha-
bent similitudinem cum acuto et graui in quantitatibus tangi-
bilibus. quoniam illum sonum acutum in recurre qui
multum pungi velociter penetrando in auditum. et illud
dicimus grauem qui pellitur sicut si lassatus sit. Unde sonus
acutus in paucis penetrat ad auditum. Sonus autem grauis
vix pungi in multis temporibus. quare accidit acuto esse ve-
lox. graui autem tardum. Et subdit quod acutum est sonans
in aere constricto moto fortiter quare penetrando ledit au-
ditum. sed graue est in multis aere lente pulso: ideo non le-
dit auditum. et hoc clare patet in fistulis sonantibus in quibus
que sunt striciores acute sonant. que vero sunt ampliores
sonant grauius et c.

De autem sonis quidam est aiat: in ani-
matum enim nullum vocat: sed secundum simi-

Secundus

itudinem dicis vocare ut tibia: et lira: et quaecumque alia in aiatoy extensionem hnt et melodiam et locutionem. Assimulatur. n. quia et vox hoc habet.

¶ Nunc determinat in spali de voce inuestigando eius diffinitionem. Et diuidit in duas. q. p. inquit particulas ponendas in diffinitione vocis. Secundo ex dictis illam concludit. ibi secunda. Quare percussio p. r. i. a. quattuor. q. p. primo ostendit q. vox est sonus factus ab aia. Secundo q. est sonus aeris respirati. Tercio q. ille aer est respiratus in his partibus. i. circa has partes q. circa cor et pulmonem. Quarto q. ille aer sic respiratus p. c. utitur ad vocalem arteriam in vocis productione. ibi scda. Adulsa aut aialium. Ibi tertia. Vox aut sonus. Ibi quarta. Organum aut respirantis. De prima dicit q. vox est quida sonus corporis animati. s. solus qd non est nisi q. est ab anima. Unde nullum inanimatum p. p. vocat. i. facit vocem. et si aliqd in aiatoy dicitur vocare. hoc est improprie. et fm similitudinem ad vocem aiatoy. sicut tibia et lira et reliqua huiusmodi dicuntur vocare quia faciunt sonum habentem extensionem melodiam et locutionem improprie fm q. assimilant voci quia p. p. hoc habet. Intelligendū q. vox in tribus differt ab alijs simplicibz sonis. p. r. i. a. est quia vox habet extensionem. Nam cum fiat ab aia respirante aere et ipm retinet ad vocis formationem et dearticulationem non cito trāsit. sed habet quadam p. t.ensionem fm aie appetitum. sonus aut simplex non sic extenditur sed labit cito. Secundum est q. vox hz melodiam a consonantia. simplex autē sonus cū ex simplicibz. fiat melodiam que confurgit ex diuersitate et debita p. p.ositione sonoy in acutē et grauitate habere non pot. Tertium est q. vox hz locutionē. i. diffinitionem et interruptionē in partibus propter varias aeris repercussiones ex q. d.iffinitione hz vox q. sit locutio siue oratio. hoc aut in simplici sono non reperitur. Et quia ista tria scdm similitudinem in sonis tibi et lire reperiunt ideo improprie ista vocare dicunt. Vñ comētator comēto. lxxvij. dicit. et ista instrumenta. s. tibia et lira in vociferando sunt similia aialibus. Nec. n. tria. s. extensio melos et locutio existunt in aial in veritate. in istis vero per similitudinem.

¶ Adulsa aut animalū vocem non hnt: vt que sūt sine sanguine et sanguinem hntium pisces. hoc rationabiliter. si quidem aeris motus sonus est. Sz qui dicitur vocare vt qui in Achelo sonant brachij aut quodam altero huiusmodi.

¶ Ostendit q. vox sit ex percussione aeris respirati quod patet per hoc q. vocē non habet nisi respirantia vñ multa sunt aialium que vocem non habent vt illa que sunt sine sanguine. et aliqua de numero habentium sanguine. vt pisces vocem non habent et hoc rōnabiliter si quidem pio quia sonus qui ē vox est motus. i. ex motu aeris. s. respirati. sed pisces qui dicuntur vocare: vt illi qui sunt in acheloe flumine sonant brachis aut quoddam alio instrumento. Intelligendū q. sicut per p. t.em precedētes hntur q. vox ē ab aia per hoc q. sola animata habent vocem. sic p. hanc partem habet q. vox est respirati aeris. p. hoc q. sola aialia respirantia habent vocem. et q. pisces non respirant ideo non habent vocem. Et si quis istaret de piscibus q. sūt in acheloe flumine q. videntur vociferare dicit A. p. q. nō vociferant sed faciunt sonū similem voci percussione aeris exteriorē brachis suis vel alio instrumento. quia forte nato ex sufflando superfluitatem in cerebro generatam sicut facit homo in sternutatioe. Vnde dicit comētator: in fine comēti q. sonus talium piscū non dicitur vociferatio nisi equivoce. cū non inueniantur in eo illa tria genera que sūt

neuma. i. melodia et ybrach. i. extensio littere aut similia his. quia syllabe et dictiones. i. locutio. Et Albertus dicit q. inueniuntur multa aialia cantantia. nō per aerē respiratum sed percussione aeris exteriorē cū dyfragma te seu parte pectorali sicut sunt grilli et cicade. Vnde dicit se experimento p. b. asse grillos p. magnū tempus cātasse post suoy caput amputationē qd arguit eos non cantare p. partē in qua ē caput. s. a dyfragma.

¶ Vox aut sonus aialis est: et non qualibet parte Sz qm omne sonat verberante aliquo: et aliquid in aliquo. Hoc aut est aer: rationabiliter vtiq. vocabuntur hec sola quēcūq. suscipiunt aera. Jam. n. aere respirato vititur natura in duo opera: sicut lingua et in gustum et in locutionē. Quoy quidem gustus necessarius est: vnde qm pluribus inest. interpretatō aut est pp bene esse. Sic est supra: et ad calorem interiorē tanquā necessarius. Causa aut in alteris dicta: et ad vocem vt sit bene.

¶ Ostendit q. vox ē sonus aeris respirati et attracti non ad quilibet partem s. ad cor et pulmonem dicit q. vox est sonus animalis. s. respirantis et aerē attrahentis nō in q. libet parte id est ad qualibet partē. s. supple ad cor et pulmonē. vnde omne qd sonat. sonat verberante aliquo et ad aliquid et in aliquo. s. aere: quare rōnabiliter hec sola vocabuntur quēcūq. suscipiunt siue attrahunt aera. Vnde natura vititur respirato aere in duo opa sicut lingua vititur in duo opera. s. in gustum et locutionē quoy quidem gustus est quid necessarium pp qd pluribz inest. Interpretatio aut id est locutio est pp bene esse. Sic et spiritus idem aere respirato vititur natura in duo opera: quoy vnum est necessarium et est ad calorem interiorē et cor euentandū: cuius causa dicta est in alteris. q. in libro de inspiratione et respiratioe. aliud ē ad voces faciendam quod nō est necessarium aiali sed facit ad bene esse. Intelligendū p. fm comētato rem comēto. lxxvij. q. impossibile ē inuenire aial sonum nisi habeat mēbrū ex quo mēbro fiat p. t.ies et p. c. s. u. s. et aerē quem mittat in illud mēbrū: et extrahat ab ipo et qd illud mēbrū habeat figuram et quantitatem et sit ut terminatum. Vñ necesse est vt aialia vociferantia in rei veritate sint aialia que recipiunt aerē in interioribz suis et extrahunt ipm. In istis. n. inueniunt illa tria ex quibz sit vox in rei veritate. Et ex illis velle videt p. m. q. aialia vociferantia debent habere tres cōditiōes. p. r. i. a. q. possint attrahere aerē intra se et eundē expellere. Secūda q. aer attractus in eius expulsiōe refrangat a p. uenite et percussio reperitur in mēbro attrahente aerem et expellente. Tercia q. mēbrum in quo d. s. fieri vox sit determinate q. n. titatis et figure et sic verberat in p. d. uctiōe vocis ē pulmo. et verberatū est canna et id i quo sit vberatio ē aer: q. uis Egidius p. vberatio intelligat aiam. Intelligendū scdo q. n. gustus neq. locutio sūt necessaria aiali. q. aliqua sūt aialia vt multū ipsecta que neq. gustus neq. locutioez habent. q. m. pluribz aialibus inest gustus q. locutio. Ideo gustus dicit esse magis necessarius aiali. locutio aut magis facit ad bene esse. Intelligendū terio q. sex sūt instrumenta p. c. uerentia ad vocis formationē. s. labia dentes lingua. palatū guttur includēdo cānaz pulmōis et guttur et pulmo sūt simpliciter necessaria ad voces. et alia quatuor faciūt ad bene esse. s. ad locutionē p. t. guttur et pulmōē reguntur lingua et palatū et labia et dentes faciunt ab hñ esse. s. ad magis distincte et dearticulate loquēdum. Dubitat vtz locutio sit naturalis homini. Arguit q. sic q. pio politicoz dicit q. natura dedit homini in locutioez siue fmo nez. et hic dicit qd natura vñ lingua in duo opa. s. gustus

et locutiones. s. qd inest homini a natura est illi naturale. er
go et c. In oppositum est qd scribit p perperinias: vbi
dicit qd sicut nec littere omnib⁹ eedez. ita nec voces. Vult
ergo qd littere et voces sunt ad placitum et per p^{ri}mo loqui erit
ad placitum et non a natura. Hinc ridet Egidius dicens
qd aliquid in suo vniuersali est naturale: quod in specialiter
sumptum est ad placitum. sicut punire fures est naturale. s. p
punire ena per suspendium vel detruncationem est ad placitum
nam naturalia sunt eadez apud oes. que vero sunt ad pla
cium diuersificantur. mo apud oes puniunt fures licet non
apud oes puniunt eodem mo. Sic in pposito loqui est
naturale homini. qd quilibet homo hz naturalem inclina
tionem et loquitur et per sermonem alteri exprimat qd mente
percipit. sed qd talis expressio fiat p bec verba vel illa hoc est
ad placitum. Ideo cuiuslibet homini inest loqui qd natura
le est. s. non cuiuslibet homini inest loqui hoc ydroma vel il
lud qd loqui hoc ydroma vel illud non est naturale. s. ad pla
cium: et per hoc soluta sunt argumenta. Et si quis vellet
dicere posset qd sicut vox addit supra sonum quidam sar
ticularum fractionis aeris in quo fit vox factam in cana
pulmoni sic locutio addit supra vocem quandam dearticu
lationem etfigurationem ipsius ad placitum factam cu lin
gua. et sic locutio licet quantum ad suum materiale qd est vox
fit naturalis. in quo ad suum formale qd est dearticulatio
figuratio ad placitum facta non est naturalis.

Organus autem respirationis vocalis arteria est
cuius autem causa hec pars est pulmo hac. n. parte pl⁹
hnt calorem pedibus gradientia alijs. indiget autem
respiratione: et circa cor locus primus. Unde ne
cesse est interi⁹ respirante ingredi aerem.

Distendit qd aer respiratus siue attractus in pductione
vocis percutit ab aia siue pulmone ad vocalem arteriam. di
cens qd organum respirationis est vocalis arteria et pulmo est
illa pars aia: cuius causa est ipsa vocalis arteria qm aialia pe
dibus gradientia hac parte idest circa hanc partem. que est pul
mo plus habet plus calorem alijs aialibus. Vbi locus
primus q indiget respiratione idest attractione aeris est cir
ca cor. cui scilicet appropinquat pulmo. quare necesse est
aerem ingredi iterum ad illum calorem cōtemperandum
ipso aiali respirante. Intelligendū fm comentatorem
cometo. lxxix. qd ppter calorem cordis indiget aial hoc. s.
an belitu ad imittendum aerem frigidum pus ad refregi
randum. et ppter calorem pulmonis. Secundo indiget vt
extrahat ipsum et hoc quod dixi necessarius est. Prima
cim necessitas in anbelitu est ad imittendum aerem frigidum
secunda ad extrahendum. Prima autem est ppter cor et scda
ppter pulmonem: qm nisi est calor pulmonis non indigeret
aial ad extrahendum aerem frequenter quare et c. Et post sub
dit si igitur prius desiderat ad extrahendum aerem calidum et fa
ctum inuilez ad suum refrigerium tunc motus est. s. aeris
dum expellit non est ex pectore tantum vt opinat Balien⁹
sed etia est ex pulmone. Patet igitur qd motus anbelitus
est principalit⁹ ad refrigerandum calorem cordis: qd est mem
brum alijs calidus et qd pulmo est ppe cor. ideo secunda
rio indiget refrigeratione p ipm anbelitum. Primus
maxime fit per attractionem aeris frigidi et scdm p expul
sionem aeris calidi. Et vult comentator qd motus anbeli
tus non est solus ex pectore vt opinatus est Balienus sed
ad ipsum etiam pulmo concurrat.

Quare percussio respirati aeris ab anima que
est in his partibus ad uocalem arteriam vox est.

Concludit ex dictis diffinitionem vocis. Et diuiditur
in duas. qd primo facit hoc. scdo declarat vel addit vna
particulam ad cōplendum diffinitionem vocis ibi. Non
enim omnis. De prius dicti qd vox est percussio respirati

aeris ab aia que in his partibus idest que circa has partes
scilicet cor et pulmones aerem respirat et attrahit que per
cussio aeris sic respirati fit ad uocalem arteriam. i. cannam
pulmonis. et debet intelligi ista ppositio in predicatione ca
liqua vox non est percussio sed fit ex tali percussione. In
telligendum qd aer attrahit seu respirat p os et cannam pul
monis ad pulmonem et cor. et postea per eandem viam expel
litur et retrahitur. et tunc sic expellit percutitur ad voca
lem arteriam et vox in eo causatur. Vbi per hoc qd dicitur qd
vox est percussio aeris respirati. differt vox a sono aial. a
facto cum aere non respiraio. vt percussio vnam manum
cuqz aia. Et per hoc qd dicitur ab aia differt a sono inanimata
toz. Et per hoc qd dicitur in his partibus datur intelligi me
bris percussio. Et per hoc qd dicitur ad vocalem arteriam
datur intelligi membrum percussus. Et p particulam autem que
statim addit. s. cu imaginatione et appetitu ad aliquid si
gnificandum differt vox a sono factis ab aia in aere respi
rato non precedente imaginatione et appetitu per talem so
num aliquid significandi qui non sunt voces sicut tussio sibi
luis et reliqua huiusmodi.

Non enim omnis aialis sonus vox est: sicut dixi
mus. Et n. et lingua sonare: et sicut tussientes. sed
oz aiaz esse verberas: et cum imaginatione aliqua
Significatiuus. n. quidam sonus est vox: et non re
spirati aeris sicut tussio: s. isto verberat cu qui est i
arteria ad ipsam. Signus autem est non posse voca
re respirante: neqz expirante: s. detinentez. mouet
eiz isto retinens. Manifestum autem est qd pisces sin
voce. non enim hnt guttur: hanc autem prem non hnt:
quia non recipiunt aerem: neqz respirant. Sz qui
dicunt sic: peccant: pp quam igitur causam altera
ratio est.

Addit particulam cōplene vocis diffinitionem. Iste
aliqui velint qd declarat illam ab aia dicens qd si percussio
aeris respirati dz esse vox oz qd fiat ab aia. vt aia idest cuqz
imaginatione et appetitu ad aliquid significandum. Vbi non
omnis sonus aialis est vox sicut diximus. qm est. i. contin
git hominem sonare lingua aut facere sicut tussientes non
precedente imaginatione et c. et tunc talis sonus non erit
vox. s. si dz esse vox oportet verberas esse aiatum. et id fa
cere cum imaginatione aliqua precedente qm vox est qui
dam sonus significatiuus et non est solus aeris respirati absqz
imaginatione sicut tussio. s. aia dū vult vociferare vntur
isto aere respirato et verberat illum qui est in arteria ad ipaz
Et signū qd vox fiat cum imaginatione et c. est non posse vo
care respirantem. i. attrahentem aerem neqz expirantem
idest emittentem. s. solum detinentem ipm. qm retinens ae
rem isto retento mouet eum ad vocis formationem. Et quo
manifestum est qd pisces sunt sine voce qm non hz guttur
quod est instrumentum requisitum ad vocem. et hanc prem
non habet quia non recipiunt aerem neqz respirant. Vbi
qui dicunt pisces respirare peccat. pp quā autem causam
pisces non respirant altera rō est no pertinens ad hunc li
brum s. ad libz de animalib⁹. Intelligendum primo
secundum comentatorem cometo. lxxx. qd necesse est in essen
do vocem vt percussio habeat aiam imaginatiuam. quia
non omnis sonus fact⁹ ab aiali est vox. vt sonus qui fit
sine voluntate. i. appetitu apud tussim et apud motū lingue
Sed vox est sonus qui fit cum imaginatione et voluntate
idest appetitu et post subdit qd ista. s. vox cōpletur duabus
virtutibus aie. qz vna est cōcupiscibilis. et altera imagi
natiua. Et quo patet qd cōpleta diffinitio vocis erit ista.
Vox est percussio respirati aeris ab aia que est in his par
tibus ad vocalem arteriam: cuqz imaginatione et appetitu ad

Secundus

aliquid significandum. Intelligendum sō secundum comētorēz eodem comēto q̄ primū mouens in voce est aīa imaginatiua & cōcupiscibilis. & iō vor est sonus illius primū mouētis & nō est sonus mouētis acrimanbelatuz scilicet tanq̄z primū mouētis nō est sonus vt sonus qui sit apud tūssis s̄ motus in voce. s. primū est aliud ab isto mouente. quod. s. imēdiate mouet acrim expellendo licz nō moueat nisi p̄ ipm. Et per hoc nō vult aliud comētor: nisi q̄ p̄ter mēbū expulsiuū aeris qd̄ est primūz mouēs imēdiate in anbelatū & aliud mouēs in voce quod est primū. s. virtus imaginatiua & appetitiua que mouet mēbū expulsiuū ad expellendū. Intelligendū tertio s̄m comētorēz q̄ nōs nō possumus vociferare dum spiramus aut expiramus. i. attrahimus aut emittimus aerē. mouens cū in anbelatu instrumēto nō vti alio i. il/ la bora ab instrumēto p̄te motionis in percussione que facit sonum sed impossibile est vt vnum vno instrumēto vtiat in diuersis actionib⁹ in vna bora. Et post subdit q̄ nōs nō mouemus acrim motu vocis per hoc mēbū q̄ i spirat & expirat nisi q̄ includerim⁹ ipm anbelatū & reddi derimus ipm. s. mēbūz ociosum ab ista actione que ē anbelitus q̄a ergo cāna pulmonis & pulmo sūt instrumēta d̄ seruiciū ad anbelatū aīe & vocem. & vni nō pōt vti si mul eodē instrumēto p̄ diuersis actionib⁹ sequit q̄ quādo aīa vti talī mēbūz pro anbelatu pro tūc nō pōt vti eo pro voce nec econuerso. Dubitat vix oīs vor sit sonus significatiuus vt dicit in littera. Arguit q̄ nō p̄ Boetū in diuisionib⁹ dicentem q̄ aliqua vor. est significatiua & aliqua non. Rōndetur q̄ du/ lex est significatio vocis scilicet naturalis & ad placitū. Naturalis est que inest voci per se & bec itēz est duplex. Quedā essentialis q̄ vor seipsa representat. Et quedā accidentalis q̄ vor significat aliquid extra se sicut risus gaudiūz & gemit⁹ tristitia. Et hec est eadem apud oēs saltē essentialis. Vñ si proferta tur vna vor ipa in q̄tūz est quedā qualitas sensibilis sui ipsius representatiua nō hādo respectū ad eius signifi/ catum consimile p̄ceptum de se in quolibet audire gene/ rabit. Significatio ad placitūz inest voci ab extra ex i/ positione & hec nō est eadē apud oēs. Vnde hec vor hō apud quosdam significat hominē & apud alios nō signi/ ficat hominē. s. beluam. Dicit ergo ad dubiūz q̄ omnia vor est sonus significatiuus aliquod illoz modoz q̄a q̄n canq̄z aīa p̄ducit vocem p̄ ipam intendit aliquid signifi/ care. & aliquando ipsamet vti si dicam⁹ capio hoc nomen hō p̄ subiecto tē. aliq̄t intendit significare suūz signifi/ catum naturale accidentale. vt dum p̄ducit risum vlt̄ plo ratiū ad significandū lenitiāz vlt̄ tristitiā. Et aliquādo intendit significare suū significatiū ad placitū. vt si di camus ille hō quē vides ē sapiēs. vel bene indutus tē. Ad boetium autē dicitur q̄ aut voluit q̄ aliqua vor est significatiua alicui⁹ extra se & aliquādo non. Aut q̄ acce pit vocem large p̄ omni sono. p̄ducto ab ore aīalis qua/ liter nō sumitur in p̄posito. quare tē.

Et odore autē & olfactibili minus bene d̄ terminabile est dictis. Non. n. manife/ stum est quale quid sit odor: sicut sonus: aut visibile vtrum lūmē. Causa autē est: q̄ sensum hunc nō habemus certum: s̄ peiorem multis aīa lib⁹. P̄raue cūz odorat hō. Et nihil odorat odora bilitū sū leticiā & tristitiā. sic n̄ exite certo eo qd̄ se timus. Rationabile autē sic: & fortes oculis colorez sentire: & n̄ p̄ manifestas iphis esse differētiāz ce/ loz nisi terrentium: & nō terrentium: sic autē & odo res hominum genus.

¶ Istud est quintum capi⁹. huius tractatus in quo de/ terminat de odore & olfactu. Diuiditur autē in tres p̄tes In quaz p̄ia determinat de obiecto olfactus. In secun da de medio. In tertia de orgāo. Secūda ibi. est autē olfa ctus. Tertia ibi. Est autē odor. P̄ia in duas. q̄ p̄io ondu q̄ est difficile bñ determinare de odore & suis specie bus. Secūdo docet qualē spēs odorū sumi debeant. ibi Videtur. n. De p̄ia dicit q̄ de odore & olfactibili mi/ nus bñ est determinabile a nobis dictis sensibilibus. s. colore & sono. q̄n nō ē nobis manifestum quale quid sit odor: sicut nobis manifestus ē sonus. & sicut nobis māife stum est visibile vix sit lūmē vel color. Et autē est q̄ sen/ sum hunc nō hēmus certum. s̄ peiorem multis aīalibus p̄raue. n. odorat hō: & nihil odorat odorabilitū sine leticiāz & tristitiā. i. nisi excellentia que p̄cipit cū leticiā & tristitiā. sicut. i. tanq̄z nō exisente certo eo q̄ sentim⁹ idē odoram⁹. Ad autē est rationabile. q̄n sicut fontes oculis. i. habētē oculos duos vt pisces accidit sentire colorez & ipis per manifestus nō est differētiāz colorū nisi terrentium & si terrentiū. sic boium generatio sentit odores. Intelli/ gendum p̄ s̄m comētorēz comēto. lxxxij. q̄ cā p̄p quaz intellectus difficile cōprehēdit differētiāz odorū est quia iste sensus. s. olfactus debilitē cōprehēdit differētiāz odo rum sensibiles. Et cōprehēdit. n. differētiāz rex sensibi/ lium a sensu ē cā in cōprehensione eaz ab intellectu. & iō qui caret sensu. s. aliquo a natuitate caret intellectu illius generis sensibilium & idē dicit in p̄ posterior. Intelli gendū scdo secūduz comētorēz q̄ multa aīalia videntur cognoscere suā nutritiā p̄ differētiāz odorū sicut nos per saporem. & nō in hoc tū excedunt nos illa aīalia. s. in comprehendendo eas. s. drās odorū. sed in cōprehē dendo eas a remoto spatio. Intelligendū tertio q̄ ex applicatione sensibilis multū pueniētis ad sensum cātur leticiā. Et applicatione autē multū disconueniētis ad sensū cātur tristitiā. Et applicatione vero modicū cōueniētis & disconueniētis neq̄ leticiā neq̄ tristitiā cātur. tūz ergo homo per olfactum nō p̄cipiat odores nisi cum leticiā vel tristitiā sequitur q̄ per olfactū nō p̄cipit nisi excellentes & valde intensos odores. Vñ intensos odores & bñ redo lentes p̄cipit cum delectatione. ferentes autē cum tristitiā remissos vero & inter hos medios nō p̄cipit. Id̄ d̄ p̄te rea dicit d̄x. q̄ bñmus sensum olfactus incertū & p̄uūz q̄ nō p̄cipit odores nisi cum leticiā aut tristitiā. i. nisi ex tremos seu valde intensos. Intelligendū p̄uūz q̄ cā dicit d̄x. q̄ aīalia habentē oculos duos sicut pisces nō cōprehēdit differētiāz colorū nisi terrentiūz & nō terē tium. Istō diuersimode cōsuevit expōi Egidius p̄ colo res terrentes & nō terētes intelligit colorez extremos. Mā sicut pisces qui hāt oculos duos in quibus difficul ter ip̄nitur spēs sensibilis nō vidēt nisi colorez extre mos. i. extensos & fortiter mouētes. sic hō q̄ habet malā olfactum p̄p nīmā frigiditatem & humiditatem sui organi ipedientis bonā imutationē ab odore nō p̄cipit nisi extre mos & excellentes odores. Comētor autē p̄m. lxxxij per colorez terrentes & nō terrentes intelligit pueniētis & inconueniētis. s. multū & in idē redit. Albertus vō p̄ colorez terrentes intelligit colorez excellentes quos illa aīalia cum terrore vident. Et per colorez nō terrentes intelligit colorez illis aptos. quos illa aīalia p̄p malitiam sui visus vidēt absq̄ terrore. Causa autē quare aīalia aq̄/ tica excellentia visibilia vident cum terrore s̄m Albertus est ista. quonā talia aīalia hāt oculos valde humidos hu miditate aliena. cū ergo intense albuū vel lūcidum ad ta/ lem oculum spēm suā multiplicat. illa humiditas mouet & discurrit in oculo & spēm albedinis vel lucis intense re ceptam diffundit & diuariat siue ingrossat. p̄p qd̄ repre/ sentat illud visui magne & mōstruose q̄ntitatis & ex hoc cū

nam partem tripliciter probat. scilicet phantasia verificatur et falsificatur fin veritatem et falsitatem sensus fin actum. pri- mo ex parte sensibilibus propriis. secundo ex parte sensibilibus per accidens. tertio ex parte sensibilibus communis dicens. Et supple contingit ipsam phantasia esse veram et falsam. hoc autem accidit propter hoc qd propriorum quidem sensus est verus: aut qd paucissimum habens falsum sicut ergo sensus respectu propriorum est ut plurimum verus et raro falsus: quia non nisi deficiente aliqua conditio- ni requisitarum ad rectum iudicium sensus: ita est de phantasia quod non est nisi quia respectu propriorum phantasia verificatur et falsificatur fin veritatem et falsitatem sensus fin actum. Secundo autem de accidere hoc id est circa sensibile per accidens et hoc iam contingit mentiri. scilicet phantasia fin qd circa ipsum mentitur sensus quoniam quod quidem album non mentitur sensus: nec phantasia et circa alia sensibilia propria stantibus conditionibus debitis. Si autem hoc album aut aliud ut silius Leo- nis aut Hyarij. et circa huiusmodi sensibilia per accidens bene mentitur sensus et similiter phantasia. Tercio au- tem respectu communis et consequentium corpora natura/ lia quibus insunt accidentia propria. Dico autem ut motus et magnitudo et reliqua sensibilia communia que accidunt cor- poribus sensibilibus. ista sunt illa circa que est maxime iam decipi fin sensum et etiam fin phantasia: quod non est propter aliud nisi quia phantasia quo ad veritatem vel falsita- tem insequitur sensum.

Ad motum autem ab actu factum differt a sensu qui ab his tribus sensibus. Et primus quidem pre- sentis sensus verus: alij autem presentis absentis erunt utiqz falsi: et maxime cum procul sit sensibile. Nam phantasia fin parte minore. scilicet qd phantasia non sit sen- sus fin actum: quia illud qd plus falsificatur qd sensus fin actum non est sensus fin actus. sed phantasia plus falsificatur qd sensus fin actus. etc. Dic d. x. Ad motum autem factum ab actu id est phantasia que est motus factus a sensu in actu differt a sen- su qui est ab his tribus sensibus. scilicet qd est fin hos tres mo- dos sentiendi. Nam secundum hos tres modos sen- tiendi vbi sensibilia per accidens et eodem differt phantasia a sen- su: quia in omnibus illis plus falsa est phantasia qd sensus. unde et primo qd sensus qd est sensibilibus propriis respectu obiecti presentis: semper erit verus. Alij autem sensus qd sunt sensibilibus per accidens et eorum erit utiqz falsi respectu obiecti presentis et ab- sentis et maxime cum sensibile sit procul. i. distans. Et tunc sup- pleat rō qd quia presentia et propinquas obiecti faciunt ad veritatem cognitionis. absentia vero et longinquas faciunt ad eius falsi- tatem: cum per phantasia comprehendam obiecta absentia et ad magis longinquam distantiam per sensum. ideo phantasia plus falsificatur qd sensus.

Siquidem igitur nihil aliud habent que dicta sunt nisi fantasia: hoc autem est quod dictum est. Fantasia utiqz erit motus a sensu secundum actum factus.

Hic ponit conclusionem dicens. Si quidem igitur nihil ali- ud habet ea que dicta sunt de phantasia. hoc autem est quod dictum est vbi qd phantasia verificatur et falsificatur fin veritatem et falsitatem sensus in actu: et qd ab eo desit in veritate phan- tasia utiqz erit motus a sensu factus fin actum. Intelligenda primo fin pri. cometo. c. lxj. qd contingit ut in imaginatiue accidat verum et falsum cum sit motus a sensu qui est in actu ex hoc quod narrabo de hoc quod accidit in sensu. Sensus. n. quidem est verus in maiori parte: et est sensus qd est verum propria: vbi gra- tia. hoc est album aut nigrum et quidem est falsus in ma- iori parte. et est duobus modis scilicet sensus sensibilibus

accidentalibus, verbi gratia q. iste albus est Sortis vel Platonis, et sensus sensibilium cōiū, verbi gratia: quātas et motus quoniam in his duobus modis sensibilium cadit error et cū ita sit: necesse est ut imaginationi accidat de hoc illud quod accidit sensui et plus et c. Comentum est clare ex dictis.

Intelligendum secūdo sūm Egidii q. duo sunt causas propter quas plus falsificatur fantasia q. sensus. Prima est quia phantasia causatur a sensu et maior accidit delectus in effectu q. in causa. Secūda est quia sensus nō comprehendit sensibilia nisi in presentia, fantasia autē comprehendit sensibilia in eorum absentia sūm quem modum maior accidit falsitas non solum respectu sensibilium per accidens vel communiā: sed etiam respectu sensibilium p. priorum. Et cum dicitur supra q. sensus p. priorum semper est verus intelligitur stantibus debitis conditionibus: quia aliqua eorum deficienti ipsum falsari contingit: ut hic innuit A. x.

Quoniam autem visus maxime sensus est: et nomen a lumine accepit: quoniam sine lumine nō est videre. Et quoniam immanent et similes sunt sensibus: multa sūm ipsos operatur animalia. Alia quidem quia non habent intellectum ut bestie. Alia vero ex velamento intellectus aliquando passione aut egritudine: aut somno ut homines. De fantasia quidem igitur quid est: et ppter quid est dictum sit intantum.

Ad declarandum alias duas partes definitionis fantasie: scilicet q. est motus similis motui sensus et q. sūm eam animalia multa agunt et patiuntur. Et quia prima est clara ex dictis nam ex quo modus fantasie sit a sensu in actu sine a motu ipsius sensus et effectus sue cause assimilatur saltem p. prioribus sequitur motum fantasie motui sensus assimilari. Ideo instat A. x. in declaratione alterius partis que est magis dubia premittendo primo causam ppter quam fantasia est sic nominata dicens: Quoniam autem visus est maxime quia perfectissimus inter omnes et nomen a lumine accepit ipsa fantasia: quoniam sine lumine non est videre et quoniam immanent et perseverant motus fantasie et sūm si similes sensibus id est motibus factis in sensu animalia in quibus isti motus fiunt multa operantur sūm ipsos motus fantasie. Alia quidem quia non habent intellectum ut bestie: alia vero ex velamento intellectus aliquando passione id est animi ut ira vel gaudium, aliquando egritudine: ut in frenesi, et aliquando somno: ut homines. De fantasia quidem igitur quod est dictum est intantum. Intelligendū primo q. phos apud grecos idem est q. lumen, et quia in lumine omnia apparent visui qui est perfectissimus sensus a phos derivatum est phanos: quod idem est q. appetitio. Phantasia ergo quia dicitur a phano quod est appetitio a lumine dicitur nomen sumpsisse: et sumendo nomen a lumine sine quo nihil videt visus dicitur ex consequenti etiam habuisse nomen a visu. Intelligendum secūdo q. quia animalia magis operantur sūm iudicium virtutis superioris q. inferioris eorum intellectus sit superior ad fantasiam si animalia aliqua operantur sūm phantasiam et nō sūm intellectum. Hoc est duplici causa accidere potest. prima si talia animalia non habent intellectum ut bestie. Secunda si habeant cum velamento et impedimento ut homines et hoc tripliciter potest contingere. primo forti passione animi: ut ira timor vel huiusmodi. nam contingit aliquem taliter iratum ut fere nihil intelligat. Secūda hoc cōtinuere potest ex egritudine ut quia est ebrius vel freneticus nam patientes tales egritudines magis per phantasiam moventur q. per intellectum. Tercio hoc potest contingere somno in quo ut plurimum ligatur intellectus et viget phantasia.

Ad clariorē intelligentiā et complementū supius dictorum dubiandū videtur de numero sensuum interiorum et diversitate suarum operationum et distinctione obiectorum suorum: in qua materia et si varie apud modernos reperiantur opiniones: quia tamen antiqui in ea melius senserunt: ut ad opiniones ipsorum me transferā declarando quid in hac re senserint hi tres clarissimi viri. scilicet Auerrois Avicenna et maius Albertus posterior illis p. mittendo tamen aliqua ad omnes illoz opiniones utilia. Et prima quidem est q. virtutes sensive sunt duplices quedam enim sunt apprehensivæ sive exterioris: et quedam sūm apprehensivæ deintus. Ille dicitur apprehensivus que immediate a sensibilibus imitantur nō precedente imitatione alterius sensus que eadem cā dicitur sensus exteriores dicitur etiā sensus p. ciales quia vna quaque earum determinata est ad cognoscendum tantū vnum genus sensibilium propriorum: ut visus ad cognoscendū solum colorum: auditus solum sonum: et ita de aliis. Et ille sunt quinque de quibus divisim in propriis capitulis supra determinatum fuit scilicet visus auditus olfactus gustus et tactus. Ille vero dicuntur apprehensivæ deintus que non immediate imitantur a sensibilibus sed precedenti imitatione alterius sensus que ex eadem causa dicitur sensus interiores: et has Avicenna appellat virtutes oculi: culic comprehendivæ priores autem manifeste comprehendivæ sunt. et de his tractavit A. x. in duobus capitulis immediate precedentibus. Secundo premittendum sūm Albertum q. forma sensibilis aliud esse habet in corpore sensibili: et aliud in anima aut viribus aut organo eius. Nam in corpore sensibili habet esse naturale: in anima vero habet esse abstractum sūm q. est eius cognitio sensibilis aut intelligibilis aut species tali cognitioni immediate deserviens huius autem abstractionis forme sensibilis quatuor gradus reperiuntur. Primus est quo forma abstrahitur a materia: sed non abstrahitur a presentia materie nec ab eius appenditiis: et hoc modo habet esse forma sensibilis in sensibus exterioribus et in sensu communis qui recipit species sensibilium sine materia cum hoc omni sensui sit commune: sed tamen non recipiunt nisi cum presentia materie quia non nisi presente sensibili et cum conditionibus sine appenditiis materie que sunt hic et tunc et reliqua huiusmodi. Secundus gradus abstractionis est quo forma abstrahitur a materia et ab eius presentia sed non ab appenditiis materie, et hoc modo non reperitur forma in virtute imaginativa que retinet species sensibilium in ipsorum absentia. Tercius gradus abstractionis est cuius virtus apprehensiva ex specie forme sensate elicit speciem intentionis non sensate per sensum exteriorē sicut dum estimativa oculi ex cognitione coloris lupi motus figure et reliquis huiusmodi sensibilibus elicit speciem inimicitie iudicando ipsum inimicum et fugiendum: et ita de aliis.

Quartus et ultimus gradus abstractionis est dum forma abstrahitur a materia et eius presentia et eius appenditiis, et hunc modum abstractionis habet forma in intellectu qui solus inter anime vires recipit universaliter: ut in tertio patebit. Tercio premittendum q. eorum que cognoscuntur per sensus interiores quedam dicuntur forme sensate: et quedam dicuntur intentiones non sensate, forme sensate sunt sensibilia p. p. et cōia que per sensus exteriores cognoscuntur. Intentiones autem non sensate sunt quedam proprietates que inveniuntur in individuis substantie simul cum sensibilibus formis et non cognoscuntur per aliquem sensum exteriorē: sed bene possunt cognosci per aliquem sensum interiorē simul cum formis sensibilibus: ut post ostendetur. huiusmodi autem sunt bonitas et malicia: amicitia et inimicitia: paternitas filio: mansuetudo filio: quando vult et reliqua huiusmodi.

Secundus

Quarto p̄mittendum q̄ non est eiusdem virtutis organice bene recipere species: et eas bene conservare: qm̄ ad h. et q̄ talia virtus sit bñ receptiva sp̄z requir̄ dñm in humiditatis super siccitatē in cōplexione sui organi ga bñdū est bene recipere passiones lz eas male retineat: vt patet in aere et aqua et confimilibus. Sed ad hoc vt virtus talis sit bene conservativa requiritur cōuersio dominium sic: citatis super humiditatem: quoniam siccum sz cum difficultate recipiat cum tamen receperit diutius retinet: vt p̄ in lignis lapidibus et huiusmodi. Adis p̄missis dicendū fm̄ Auerroem vt infra patet ita comento sexto tertij dñi: q̄ quatuor sunt virtutes sensitiue interiores. P̄ma ē sensus cōis sic dictus non quia sit cōmunis fm̄ p̄dicationē sed quia cōmunis est fm̄ inuentionē cum recipiat inuentionē omnium sensibilia cuius opatio est cognoscere omnia sensibilia sensu exteriori talia. p̄p̄ia q̄z cōmunia et ponere inter ea cōuenientiam et differentiam et cū hoc cognoscere sensationes sensu exteriori vt patuit supra in capitulo p̄p̄io. Et hic sensus non conservat species cessante eius cognitione: quod non facit sensus cōmunis. et hac de causa dicit ibi Auerroes formam sensibilibus cuius sedes ē posterior: medietas primi ventriculi cerebri. Tertia est virtus cogitativa in homine et estimativa in brutis que ex speciebus et cognitione formarū sensatarū elicit species et cognitionem intentionū non sensatarū vt ex cognitione huius coloris Sortis huius magnitudinis et figure et aliorū eius sensibilibus p̄p̄iorū et cōmuniū peruenit in cognitionē sue amicitie sue filiationis et mansuetudinis et reliquorū talium. et hec virtus est illa que cōponit formas cū formis aut intentiones cū intentionibus: aut intentiones cum formis iudicandū hoc album esse: hoc dulce: hunc amicum esse: huiusmodi: aut hoc album esse: hunc filium: et ita in alijs: cuius sedes est medius ventriculus cerebri. Cogitativa autem virtuti multa alia valde notabilia attribuit cōmentator: in pluribus locis eius excellentiā declarantia: de quibus ab eo a volente queratur in p̄p̄ijs locis. Quarta et vltima est virtus memorativa cuius est reservare species non solum formarū sensibilibus sed etiam intentionū non sensatarū cum differentiā p̄teriti temporis in ipsoz absentia cessante omni cognitione: quod non facit cogitativa. quia nō est eiusdem virtutis organice bene recipere et bene retinere: et huius sedes est posterior: ventriculus cerebri: et appellata est ibi Auerroes intentionē non sensatarū: et est solus reservativa. Sunt ergo fm̄ Auerroem quatuor virtutes interiores: due cognoscitiue solū vt sensus cōmunis et cogitativa vel estimativa: et alie due solum reservatiue et nō cognoscitiue vt imaginativa et memorativa. Ex quo sequitur q̄ cognitiones que sūt in actu memoradi vel reminiscendi aut que sūt in somniatibus lz fiant per species reservatas in memorativa vel imaginativa: sunt tamen sensatio: nes cogitatiue vel estimatiue virtutis autem sensus communis. Vnde autem sicut species reservat in memorativa possunt mouere cogitativam sic species in cogitativa existentes possunt mouere imaginatiuā. et ille que sunt in imaginativa possunt mouere sensum cōmunē: difficultas est non parua. Quidam enim tenent q̄ sic imo quod plus est volunt q̄ species existentes in sensu cōmuni vel organo eius possint inuolare sensus exteriores et consequenter q̄ sensus cōmunis et sensus exteriores fm̄ talem inuentionem reflexam possunt sentire sensibilia in corpore absentia: quāuis hoc facere non possent fm̄ inuentionem rectā immediate a sensibilibus p̄ponientem. Et fm̄ hoc saluant

qualiter dormientes non facta perfecta op̄latiōe in meatibus cerebri possunt per sensus exteriores sentire et operari vigilantium exercere. Ego tamen puro q̄ tutius sit tenere oppositum: quia si species existentes in organo cogitatiue possent mouere imaginatiuam cum in organo cogitatiue sit species intentionis non sensate imaginatiua illam recipere possent: immo nulla species esset in memoria: quā sibi similis esse possent in imaginatiua. et ita posset imaginatiua cum differentiā p̄teriti referuare: quod non est concessum. Dicendum etiam est q̄ sicut sensus exteriores non componunt nec diuidunt: sic nec sensus cōmunis sed iudicat album dulce vel album non amarum. et ita in alijs absq̄ copula verba. Cogitativa autē videtur non solum componere et diuidere sed etiam rationari circa indiuidua sicut intellectus circa vniuersalia: licet quidam velint q̄ solius intellectus sit componere et diuidere et discurre de propositione ad propositionem. Cogitativa vero vel estimativa discurret non formando propositiones: vt fortis amicus. ergo inuatiua. Plato inimicus ergo nocuus. Vnde addere volui ad bonitatem doctrinē. Auicenna autem has virtutes quinque esse fatetur: quarum prima est. Sensus cōmunis et in hac conuenit cum priori opinione. Secunda apud eum ē fantasia que est solum reservatiua formarū sensatarū eo modo quo apud sensum fuerunt sicut p̄cedens opinio dicit de imaginatiua. Tertia est virtus que vt ei impat estimatiua: vel vt ipsamet ad suam operationem peruenit operationem appellatur imaginatiua: vt autem ei imperat intellectus dicitur cogitativa. et hec virtus ē cognoscitiua sensatarū per sensum cōmuniem et fragmenta componit: vt montem aurum seu finaragdinum irrocorum et reliquū huiusmodi. Quarta virtus est estimativa que non solum cognoscit formas sensatas: sed etiam intentiones non sensatas componendo et diuidendo: vt in priori positione dicebatur de cogitativa. Et harum duarum virtutum locus est medius ventriculus cerebri inter quas est duplex differentia. Prima quia hec vltima cognoscit intentiones non sensatas quas p̄cedentes non cognoscit. Secunda quia ad huiusmodi apprehensionē sequitur iudicia fm̄ q̄ non solum bestie: sed etiam homines p̄terunq̄ se regunt in operationibus suis iudicando hoc esse vtile et p̄sequendum: illud vero nocuum et fugiendum illum esse filium diligendum illum vero inimicum et odicendum. et ita dñs is. Ad apprehensionem autem prioris talia iudicia nō sequuntur. Quinta est memoratiua cuius operatio et sedes est: vt dictum est supra. Albertus vero licet has virtutes dicat esse quinque: non tamen omnino conuenit cum Auicenna. Prima igitur fm̄ ipsam est sensus cōmunis et in hac conueniunt omnes. Secunda est imaginatiua que non solum reservat species formarū sensatarū dato q̄ non sit in presentia: sed etiam eas cognoscit et maior est eius bonitas in retinendo q̄z in recipiendo. Contra vō sensus cōmunis maior est bonitas in recipiendo q̄z retinendo. Tertia virtus est estimativa que solū nō formas sensatas: sed etiam ex eis elicit intentiones non sensatas iudicando istum esse filium et ei esse miserendum illū esse inimicum et ab eo esse fugiendum: hoc esse proficuum et p̄sequendum illud nocuum et fugiendum. et ita de alijs propter quod hec virtus non solum est cognoscitiua: sed etiam motiva fm̄ locum et has tres virtutes dicit reperiri in quolibet animali habente vnum vel plures de sensibiles exterioribus. Quarta virtus est phantasia cuius opus est componere formas cum intentionibus et formas cum formis et intentiones cum intentionibus: quod ad duos fines ordinat. Vnde maior cognitio p̄culariū q̄ bñ p̄tabilia sensitiua in qua per affirmationem vel negationē hoc

67: Sacre pence d'or fin y l'ence d'or fin

intus enim apparetur, i. forma materialis in eo existens prohibebit extraneum; i. aliam formam materialem in eo recipi; et obstruet, i. impediet eius cognitionem. ¶ Intelligendum primo qd alio intellectu loquatur Anaxagoras et de alio hic determinat Alexander. Nam anaxagoras loquebatur de intellectu diuino: ponebat, n. vnum chaos confusus precessisse multitudinem generationis: et quod deus sequestrando enitit ex illo chaos mundum generauit. De ergo intellectus diuinus plane dominaretur omnibus materialibus ipse posuit penitus imaterialem. Aristoteles autem hic determinat de intellectu humano: et vult ipse esse imaterialem, i. non organicum nequeeductum de potentia materie: ut omnia alia materialia intelligere possit. ¶ Et qd oportebat intellectioni humanam esse immixtam et imaterialem ad hoc qd intelligat omnia materialia: declarat Egidius tripliciter hoc ex parte rei cognitum: nam si intellectus esset materialis: cum semper materia habeat de terminare et particularizare formas: tunc intellectus vel determinaretur ad certum genus cognoscibilem: vel saltem impeditur ne possit omnem materiales formas cognoscere si cut patet in visu tactu et reliquis huiusmodi. Ita visus qd esset materialis determinaretur ad genus coloris inter omnia sensibilia, proprium: quia nullum colorem in suo organo habet non impedit a cognitione alicuius coloris. Tactus vero quia persistit in media proportionem tangibilium qualitatibus non solum determinatur ad tangibilia, sed etiam impeditur ne omnia tangibilia cognoscere possit: quia similiter calidum et similiter frigidum non potest cognoscere. Eodem modo si intellectus esset virtus materialis: vel determinaretur ad determinatum genus formarum materialium cognoscendum vel saltem impeditur ne omnes materiales formas possit cognoscere. Secundo idem ostendit ex parte modi cognoscendi ipsius intellectus: quoniam si intellectus esset materialis non reciperet nisi individualiter cum hic et nunc: et quo indiuinandum est ratione materie: et per consequens non cognoscere nisi singulare, non falsum: quia nos ponimus discernimus inter singulare et vniuersale, ergo per aliquam virtutem virtutes vniuersales cognoscimus, ut patet ex dictis in capitulo de sensu communi: et non nisi per intellectum, ex quo sensus est solum singularium, ergo intellectus cognoscit vniuersale. Tercio idem declarat ex parte potentie cognoscencie: quia intellectus est in comparabilitate: ut patet ostenditur: et patet etiam: quod suum obiectum proprium, scilicet vniuersale est in contrarium: sed omnis virtus materialis est corruptibilis ergo etc. ¶ Intelligendum secundo qd hic reperitur duplex ista eadem tunc sententia continens. Vna dicit intus apparere, n. prohibebit extraneum et obstruet: et huic concordat translatio antiqua: et sic expressa fuit. Alia, n. dicit despectum apparere, n. prohibebit extraneum et obstruet: quia continuando cum precedente et ponit Albertus dicens qd intellectus possibilis est immixtus: ut cognoscat omne despectum ab ipso despectum vocat id cuius forma non informatur. Idas, n. formas omnes despicit intellectus tanquam indignas sibi quasi prohibentes ipsum intelligere. Si, n. esset aliqua forma informans ad hoc: esset hoc aliquid: tunc hoc ipsum prohiberet ne appareret ei in cognoscendo alienum et contrarium ab illa forma et impediret omnis rei cognitionem que obiceret ei contrarium et diuersum ab illa forma recipi in eo non possit: et id quod inest ei non haberet in potentia: et ideo esset aliqua forma mixta impediret ne potentia intelligeret omnia materialia. ¶ Hec sunt verba eius in quibus non multum deest a commentatore commento, iij. dum dicit loquendo de intellectu possibili. Necesse est ut sit non mixtus corporibus: neque opus ut comprehenderet omnia et recipiat ea. Si, n. fuerit mixtus: tunc erit aut corpus aut virtus in corpore, et si fuerit alter istorum duorum habebit formam propriam que impedit cum recipere aliquam formam alienam etc. Sicut igitur

si oculus haberet aliquem colorem per se ipsum impediretur ne reciperet colores alios realiter et spiritualiter. et ex consequenti non posset illos cognoscere cum omnis huiusmodi cognitio fiat per receptionem. sic si intellectus haberet in se aliquam formam materiale sibi propriam per illam impediretur a receptione reali et spirituali et ex consequenti cognitione aliarum formarum materialium. et idem sequitur si intellectus ponatur talis forma materialis. In intelligendum tertio secundum commentatorem comento eodem: quod dicitur hic declarant duo de intellectu possibili. scilicet ipsum esse in genere virtutum passivarum et ipsum esse non transmutabilem scilicet corruptibile: quia neque est corpus neque virtus in corpore. et hec duo sunt principia omnia que dicuntur de intellectu. et primum sic confirmatur: Omnis virtus que mouetur ab eo cui attribuitur id est ab obiecto respectu cuius operatur est passiva. sed intellectus est huiusmodi cum mouetur ab intelligibilibus. Ergo intellectus est virtus passiva. patet consequentia et maior. quia hec est differentia inter virtutes activas et passivas: quia actus mouent illud cui attribuitur id est suum obiectum. passivae autem mouentur ab eo cui attribuitur id est a suo obiecto. minor: etiam patet. quia intellectus mouetur a rebus intelligibilibus mediantibus intentionibus imaginatis: quas communiter phantasmata appellamus: sicut sensus mouetur a sensibilibus: quia tamen res intelligibiles non mouent intellectum possibilem nisi moueantur ab intellectu agente qui auferit eas a materijs faciendo de potentia intellectus actus intellectus. adeo anima intellectiva est activa et passiva. nam secundum quod intellectus mouetur eam est passiva. Sed secundum quod intellectus mouetur ab ea est activa. Quare necesse est ponere in anima rationali has duas differentias scilicet virtutem actionis: et est intellectus agens qui ad intellectionem actus concurrens: et virtutem passionis: et est intellectus possibilis qui ad eam passivae concurrens et utraque harum virtutum est neque generabilis neque corruptibilis ut post apparebit. Intelligendum quarto secundum commentatorem eodem comento: quod dicitur hic per hoc quod intellectus possibilis non est corpus neque virtus in corpore ex quo postea habetur quod ipse non est transmutabilis proprie: cum omne tale sit corpus vel virtus in corpore. Et ista demonstratio dicitur fundatur super dyabolum propositionibus. Quarum prima est quod in intellectu materiali siue possibili recipit omnes formas materiales scilicet spiritualiter quantum ad species ipsarum: quod patet ex quo omnes cognoscit. Secunda est quod omne recipiens aliquid necesse est ut sit denudatum a natura recepti et ut sua substantia non sit substantia recepti in specie. Nam si recipiens esset de natura recepti: tunc reciperet se et mouens esset motum. unde recipiens colorem operaretur esse sine colore. et ita de alijs. Ex his propositionibus arguitur sic. Omne quod est corpus vel virtus in corpore habet aliquam formam materiale: quia corporitas et virtus in corpore sunt forme materiales. sed intellectus possibilis nullam habet formam materiale. ergo nec est corpus neque virtus in corpore. minor probatur: quia intellectus possibilis recipit omnes formas materiales. sed omne recipiens est denudatum a natura recepti. ergo intellectus possibilis est denudatus ab omnibus formis materialibus. quare et cetera. Sed hic dubitatur utrum omne recipiens sit denudatum a natura recepti in specie: ut asserit commentator esse de intentione dicitur. Arguitur quod non. primo quia unus oculus recipit seipsum spiritualiter aut proprium colorem dum videt se per speculum visum reflecta. ergo et cetera. Et si diceretur quod pars oculi in qua est virtus. scilicet pupilla non videt se sed aliam exteriorem ut coniunctiuam vel corneam. Contra: quia pupilla siue humor cristallinus ex quo est corpus mixtum habet colorem et tamen re-

cipit colorem eiusdem speciei: ut si visus existens in una pupilla videret aliquod corpus similiter coloratum. igitur et cetera. Secundo. Tactus in suo organo habet qualitates primas ut caliditatem frigiditatem et cetera. et tamen recipit aliam eiusdem speciei ex quo eas sentit: ut patet ad experientiam. ergo et cetera. Ad hoc dubium posset responderi adducendo intellectum in quem dat Ioannes Andronicus illi propositioni commentum. Dicit enim eam sic intelligi debere videlicet quod omne recipiens est denudatum a natura recepti essentialiter sic quod nihil est idem est idem essentialiter cum eo quod recipit: vel cuius speciem recipit: nam si aliquid esset idem essentialiter cum eo quod recipit vel cuius speciem recipit: tunc idem reciperet seipsum realiter vel spiritualiter: tunc et idem reciperet eiusdem: et si idem esset mouens et motum: quod est impossibile. Et hec videtur voluisse commentator dū dicit quod si recipiens esset de natura recepti: tunc res reciperet se et mouens esset motum. et istud sufficit ad ostendendum quod intellectus possibilis non sit aliqua forma materialis: quia omnes recipiunt secundum species suas. Sed tamen videtur quod licet declaratio illius propositionis sit vera in se: non tamen sufficit ad exprimendum mentem commentatoris qui vult non solum quod nihil sit idem essentialiter cum eo quod recipit vel cuius speciem recipit: sed etiam quod nihil habeat in se aliquid de specie illius quod recipit: quod patet per eum versus finem commenti dū dicit dandum intellectum illius propositionis. Proposition enim dicens quod recipiens debet esse denudatum a natura recepti: intelligit illius speciei recepti non a natura sui generis: et maxime remoti: et maxime eius quod dicitur est per equiocationem. et ideo diximus quod in sensu tactus inuenitur medium inter contraria que comprehendit. contraria enim alia sunt in specie a medijs. Ecce quomodo vult commentator quod nullum corpus recipiens habet in se aliquid de specie recepti licet possit habere aliquid eiusdem generis: et maxime remoti: et adhuc magis si fuerit genus equiuocum vel analogum. Et respondendo ad argumentum quod posset fieri de tactu dicit quod tactus habet medium qualitatum tantum et recipit solum extrema contraria. modo medium differt specie a contrarijs extremis. ideo tactus est denudatus a specie recepti. Sed hoc quod dicit commentator de tactu non videtur esse verum: quia tactus habet caliditatem et frigiditatem et alias huiusmodi qualitates tangibiles sub gradibus medijs et recipit eas sub gradibus intentionibus. gradus autem intensior et remissior in caliditate non variat speciem. et similiter in alijs et cetera. Ad id quidam respondent dicendo quod duplex est differentia specifica qualitatibus: quedam essentialis: et quedam accidentalis. Dicit ergo quod caliditas intensa et caliditas remissa quantum non differant secundum speciem essentialiter: differunt tamen secundum speciem accidentaliter ex quo habent gradus diuersos. et hoc sufficit pro intentione commentatoris ut dicitur. Alter posset responderi ad propositionem commentatoris ut dictum fuit supra in capitulo de visibili dando sibi hunc intellectum videlicet quod nullum recipiens debet habere aliquid de specie recepti ut recipiens est. et quod sit causa illius receptionis absolute: tamen potest habere et tu applica ad propositum de intellectu naturali. Et ex hoc soluitur ad rationes. Ad primam dicunt aliqui quod pupilla non est colorata: sed lucida. Et si fieret argumentum de corpore similiter lucido: adduci posset responsio secunda qua respondebat ad argumentum de tactu glossando propositionem commentatoris. Aliqui dicunt ipsam non tenere nec esse vniuersaliter veram. Ad secundam satis patet ex dictis.

Quare neque ipse est esse naturam neque vniuersalis aut hoc quod possibilis sit vocatus itaque aie intellectus. Dico aut intellectum: quo opinatur: et intel-

Tertius

ligit aia. *Nihil ē actu eoz que sūt ante itelligere.*

¶ Nunc concludit ex dictis naturam intellectus possibili dicens ipsum nullam habere naturam rerum materialium ab eo intelligibilem. sed solum habet naturam ipsarum receptiuam secundum species suas quarum nullam habet in actu ante suum intelligere. Unde sic dicitur. *Quare neqz ipius. s. intellectus possibilis est idest contingit esse naturam neqz vnam: idest aliquam rerum naturalium: quia superabundat negatio. sed aut pro nisi q. itaqz anime intellectus est vocatus possibilis. i. nisi naturam qua est receptiuus rerum materialium.* Dico autem intellectū quo anima opinatur et intelligit q. dicit ad differentia virtutis cogitativae que dicitur intellectus passivus: et hic nihil est actu eorum que sunt ab eo intelligibilia ante intelligere. Intelligendum primo secundum commentatores commento quinto q. illud ex anima qd dicitur intellectus materialis: nullam habet naturam et essentiam qua constituitur. s. in esse secundum q. est materialis nisi naturam possibilitatis cum denudetur ab omnibus formis materialibus et intelligibilibus. Et iuxta hoc posset dubitari.

¶ An intellectus possibilis sit aliquo modo ens in actu vel ens in pura potentia. sed de hoc videbitur post.

Intelligendum q. commentator in hoc commento post textus declarationem facit vna longam digressionem que incipit ibi. Et cum ista est definitio. et potest dividi in sex partes. In prima ponit definitionem intellectus materialis et differentiam inter ipsum et materiam primam. In secunda que incipit ibi. Hoc idem inducit. ponit et i. probat opinionem Theophrasti et Themistij de intellectu materiali agente et speculativo. In tertia que incipit ibi. Hoc igitur est vnum impossibile. movet questionem contingentes in hac materia secundum opinionem suam quando dicit esse Aristotelis. In quarta que incipit ibi. Alexandri autem sustentatur. ponit et reprobat opinionem Alex. de intellectu. In quinta que incipit ibi. Abubacher autem et Anapace. idem facit de opinione Abubacher et Anapace. In sexta que incipit ibi. Et cum omnia que possunt dici. soluit questionem contingentes circa ipsum intellectum secundum propriam opinionem. De prima igitur dicit q. ista est definitio intellectus materialis scilicet q. est illud qd est in potentia omnes intentiones formarum materialium universalium: et hec ex hac definitione ponit duplicem differentiam inter intellectum materalem et materiam primam. Quarum prima est q. intellectus est in potentia ad omnes intentiones formarum universalium. materia autem prima est in potentia ad omnes formas individuales sensibiles. Secunda differentia est q. intellectus materialis cognoscit formas quas recipit: quia recipit formas universales. sed materia prima non cognoscit formas quas recipit: quia recipit formas individuales: et ista scilicet secundum esse reale: et nullus tale sic recipiens cognoscit. Sensus tamen cognoscit licet recipiat formas individuales: quia recipit spiritualiter tantum. Et ex his concludit commentator q. intellectus materialis non est hoc aliquid. id est neqz individuum neqz corpus neqz virtus in corpore: quia si esset hoc aliquid tunc non reciperet nisi formas individuales et consequenter forme recepte in eo non essent intellectu in actu sed solum in potentia: quo dato non distingueret naturam formarum secundum q. sunt forme apprehendentes eas universales. Et quibus tandem patet q. intellectus materialis non est de genere materiæ in quibus materia prima est inclusa: et est materia secunda: neqz est prima materia: quia si esset illarum materiæ recipere eodem modo sicut ipse: hoc autem est falsum: quia ipse recipiunt individualiter. Intellectus autem materialis recipit universaliter: unde diversitas nature recepti facit diversitatem nature

ture recipientis: et hoc movit ad p. ad ponendum hanc naturam intellectus materialis esse aliam a natura materie: et a natura forme: et a natura congregati. Et hoc idem.

¶ Ponit opinionem Theophrasti et Themistij recitanda tria que ipsi dixerunt: et primum est q. intellectus materialis est eternus non generabilis neqz corruptibilis: et hoc probaverunt per rationem: quia omne generabile et corruptibile est hoc individuum. Sed intellectus materialis non est hoc: ut ostensum est. ergo etc. Secundo q. hoc fuit intentio ad p. ut patet ex eius demonstratione: et est autem ex verbis suis: cum dixerit ipsum esse impossibile simplicem et mixtum: que generabili et corruptibili non possunt competere. Secundo dixerunt q. intellectus speculativus est eternus: quorum ratio fuit: quia intellectus materialis est eternus et intellectus agens eternus. sed cum recipiens fuerit eternum et agens fuerit eternus: necesse est q. factum ex his sit eternum: et hoc est intellectus speculativus. ergo etc. Tertio dixerunt q. intellectus speculativus non est nisi intellectus agens secundum q. perficit intellectum materiale: sic q. intellectus speculativus sit quasi compositus ex intellectu materiali: et ex intellectu agente. ideo voluerunt q. intellectus agens et q. est eternus non dicitur agens nisi similitudinariè: et similiter intellectus speculativus cum sic eternus non dicitur factus nisi similitudinariè: et non in rei veritate: quoniam factio non est nisi ubi est generatio in aliquo tempore et ubi in aliquo tempore aliquid fuit esse possit non esse.

Et similitudo secundum quam intellectus speculativus dicitur factus est ista: quia sicut generabilia et corruptibilia sunt composita ex materia et forma: ita intellectus speculativus est compositus ex intellectu materiali: et ex intellectu agente. Et similitudo secundum quam intellectus agens dicitur agens est: quia intellectus agens habet rationem actus et forme. Et dicunt q. causa propter quam intellectus agens intelligit quandoqz: et quandoqz non: est mixtio eius cum intellectu materiali. Et propter hoc solum fuit coactus ad p. ad ponendum intellectum materiale: non quia intellecta speculativa sunt generata. Et q. intellectus speculativus non sit nisi intellectus agens ut perficit intellectum materiale confirmaverunt sic: quoniam intellectus agens est in anima nostra: quia nos de nudamus formas a materijs et facimus eas esse intellectas in actu postqz erant intellecta in potentia. sed intellectus speculativus est ille qui facit de intellectis in potentia intellecta in actu. ergo intellectus agens et intellectus speculativus non sunt intellectus omnino diversi. Ad autem intellectus speculativus facit de intellectis in potentia intellecta in actu probatur: quia intellecta causantur in nobis et augmentantur secundum augmentationem intellectus speculativi: qd non fieret nisi intellectus speculativus esset causa agens huius actionis. Postea commentator arguit contra hanc opinionem. Primo quia si esset vera tunc proportio intellecti in actu ad intellectum materiale non esset sicut proportio sensati in actu ad sentiens cuius oppositum vult ad p. et probatur consequentia: quia secundum hanc opinionem ab intellectu in actu nihil est factum de novo in intellectu materiali. sed in sentiente est aliquid de novo factum a sensato in actu. Secundo arguit sic: si formare per intellectum esset eternum: ut illi dixerunt: tunc formatum per intellectum esset eternum. i. si recipere in intellectu materiali esset eternum: tunc receptum in eo esset eternum. sed tale receptum in eo dependet in conservari a formis sensibilibus. ergo forme sensibiles existentes extra animam essent eterne: et p. consequens esset in actu intellecte et non materiales omnino qd repugnat nature illarum formarum. Tertio arguit et confirmatio prioris rationis. Si intendes intellectus

materiali essent eterne: tunc forme imagnate essent eterne cum intellectus nihil intelligat sine forma imaginatiua: et si forme imagnate essent eterne: tunc sensationes essent eterne: tunc sensata essent eterna. consequens autem est falsum. et patet vltima consequentia. quia sensationes sunt eiusdem nature cum sensibilibus. idco si sensibilia fuerint generabilia et corruptibilia etiam sensationes erunt generabiles et corruptibiles nisi esset possibile q. natura corruptibilis efficere tur eterna: quod non contingit. Hoc igitur est vnu. nunc p. m. mouet questiones que accidunt in hac materia. Prima est quomodo intellectus materialis est eternus: et tunc intellectus speculatiuus non est eternus. quia cu agēs fuerit eternus etiam patiens videtur esse eternus. Secunda questio que est magis difficilis est quomodo intellectus materialis potest esse vnus omnium hominum vt sequitur ex doctrina A. x. Nam intellectus materialis est eternus ex quo est immutabilis et eternus non ponitur indidua sub vna specie. ideo est vnus omnium hominum. Contra hoc tamen arguit commentator. Primo quia intellectus materialis est prima perfectio hominis: vt patet ex diffinitione anime. intellectus autem speculatiuus est postrema eius perfectio. sed postrema perfectio est numerata vt constat. ergo etiam prima perfectio. vnde si eadem esset perfectio omnium hominum cum homo habeat esse in sua propria perfectione: sequeretur q. omnes homines haberent vnu et idem esse et sic ego essem per esse tuum et tu esses per esse meum: quod tamen est falsum. Secundo arguit quia si intellectus materialis esset vnus omnium hominum: tunc sequeretur q. homo vt Socrates vel Plato esset ens antequam esset: quod implicat. et probatur consequentia. quia quandoque est prima perfectio alius cuius illud est ens. sed prima perfectio fortis vel platonis fuit antequam ipse fuerit si intellectus materialis est vnus. ergo et. Tercio arguit quia dato illo: homo non esset generabilis nec corruptibilis in eo q. homo. patet ex quo forma per quam est homo non est generabilis nec corruptibilis. nullum enim compositum dicitur generabile vel corruptibile nisi per generationem et corruptionem proprie forme. Quarto arguit q. si intellectus materialis esset vnus: tunc quicquid vnus homo addiceret quilibet alter addiceret: et quandoque aliquis homo obliuisceretur eiusdem. consequens falsum. quare et. Alexander subscritatur. hic ponit opinionem Alex. qui dicit q. intellectus materialis est generabilis et corruptibilis et q. generatur ex mixtione elementorum et actione et passione qualitatum primarum ad innicem: et q. habet instrumentum corporale sicut sensus. Quod autem sit possibile q. ex elementis adinuicem mixtis generatur virtus ita nobilis sicut sunt sensus et intellectus: declarat Alex. quoniam ex prima mixtione qualitatum primarum adinuicem que est valde parua generantur entia valde diuersa. vnde ex mixtione caliditatis cum siccitate generatur ignis: et caliditatis cum humiditate generatur aer: et ita de alijs. ergo ex multa mixtione elementorum et qualitatum primarum sicut est illa que fit in corpore hominis poterunt generari virtutes adeo differentes ab elementis vt sunt sensus et intellectus. Istam opinionem Alex. improbat commentator dicens eam conuenire verbis A. x. nec eius demonstrationi. Verbis quippe A. x. non conuenit cum dicat A. x. q. intellectus materialis est abstractus et q. non habet instrumentum corporale et q. non est passiuus. Demonstrationi etiam non conuenit: quia A. x. demonstrat q. intellectus materialis non est corpus neq. virtus in corpore sic arguendo: Omne quod est corpus vel virtus in corpore habet aliquam formam materialem. ergo et. minor probatur. quia intellectus materialis recipit omnes formas materiales. sed omne recipiens est denudatum a natura recepti. ergo et. Subdit

tamen commentator q. Alexander aliter intellexit verba A. x. et eius demonstrationem dicens q. A. x. ibi non loquitur de intellectu materiali: sed de ipsa preparatione que est in eo volens ipsam esse impassibilem immutabilem et. et q. nec est corpus nec virtus in corpore: preparatio intelligenda potentiam que est in intellectu ad recipiendum intentiones intelligibiles. Sed contra hoc dicitur Alexandri arguit commentator. Primo illud quod est commune omni preparationi non appropriatur preparationi que est in intellectu materiali. sed non esse corpus nec virtus in corpore est commune omni preparationi. ergo non appropriatur preparationi que est in intellectu materiali. et per consequens A. x. non loquitur ibi de tali preparatione. Secundo arguit q. A. x. ibi loquitur de subiecto preparationis puto de ipso intellectu materiali: quoniam propositio qua videtur A. x. in sua demonstratione scilicet omne recipiens debet esse denudatum a natura recepti habet predictum quod non potest verificari de ipsa preparatione sed solum de eius subiecto: quoniam preparatio non est recipiens sed ipsum preparatum. quare omnia verba A. x. de intellectu materiali et non de eius preparatione intelligenda habent. Et dicit commentator q. aliquid non esse corpus neq. virtutem in corpore dicitur quatuor modis diuersis. Primo dicitur de subiecto intellectus quod est intellectus materialis. Secundo modo dicitur de ipsa preparatione que est in materijs et hic modus est propinquus modo secundum quem dicitur q. preparatio simpliciter neq. est corpus neq. virtus in corpore. Tercio modo dicitur de materia prima. Quarto modo dicitur de subiectis abstractis. Ido ista commentator ponit vnam rationem Alex. propter quam dicebat q. intellectus materialis habet instrumentum corporale: q. est generabilis et corruptibilis. et est ista diffinitio anime q. est actus primus corporis physici organi et. est vniuersalis et vniuerso competens omni anime. ergo sequitur q. intellectus materialis est actus corporis: sicut alie partes corporis. sed alie partes anime sunt generabiles et corruptibiles. ergo etiam intellectus materialis. Et confirmatur quia esse actum et formam corporis vniuerso competit omni anime. sed in alijs partibus anime et eo q. sunt forme et fines hominum non competit separari ab habentibus eas. ergo etiam intellectus materialis non est forma separata sicut dicitur de nauia et naue. sed est forma corporis que est generabilis et corruptibilis: sicut corpus cuius perfectio quemadmodum est de alijs anime partibus. Huic rationi respondet commentator dicens q. illud quod fingit Alexander est falsum scilicet q. diffinitio vniuersalis dicatur vniuerso de omnibus partibus anime: quoniam A. x. in secundo huius dicit q. de quibusdam partibus anime est manifestum q. sunt actus corporis eodem modo. sed hoc non est manifestum in omnibus imo videtur q. sit aliqua pars anime que sit perfectio separata sicut naua est perfectio separata ipsius nauis. Abubacher autem opinionem abubacher et anempac: qui dixerant q. intellectus materialis est virtus imaginaria secundum q. est preparata vt intentiones que sunt in ea sint intellectus in actu. et hoc dicit abubacher vt fugeret inconuenientiam contingens alexandro scilicet q. subiectum recipiens intellecta sit corpus vel virtus in corpore: quoniam si ita esset tunc contingeret alterum duorum scilicet q. aut idem esset esse formarum in anima et extra animam. sed extra animam non sunt comprehensiones. ergo nec in anima: et sic anima erit non comprehensiuum corporale et q. sit virtus in corpore sicut sensus quorum vtrumque est falsum. Commentator tamen antequam impugnet hanc opinionem ostendit q. est magis inopinabile quod sequitur ad opinionem alexandri dicens: illud esse hoc quod dixit alexander. scilicet q.

Tertius

prime preparationis anime ad intellecta et ad alias postre-
mas perfectiones sunt res facte a complexionem non a mo-
tore extrinseco: cuius oppositum est famosum ex opinio-
ne A. et omnium peripateticorum. Et primus prepara-
tiones anime intelligit commentator primas eius perfectiones
sicut sunt intellectus et sensus. Nam constat A. velle
has virtutes anime comprehensivas: aut non produci de
novo: aut dari a motore extrinseco ut a generante. Unde
contra Alexandrum arguit sic commentator: A substan-
tia elementorum et natura eorum non potest fieri virtus
distinguens comprehensivas. sed si esset possibile ut a na-
tura elementorum et sine motore extrinseco fierent tales
virtutes: tunc esset possibile ut postrema perfectio: vipu-
ta ipsa intellecta essent aliquid factum a substantia elem-
entorum: ut sunt color et sapor et relique qualitates secunde:
consequens falsum. Postea commentator arguit con-
tra Avempace probando quod intellectus materialis non est
ipsa virtus imaginativa etc. quia intentiones imaginatæ
mouent intellectum. Sunt enim illud cuius proportio ad
virtutem rationalem est: sicut proportio sensui ad senti-
entiam si ergo ipse esset illud per quod intellectus materialis est
recipiens intellecta: tunc res reciperet se et mouens esset
motus: quod est inconueniens. Item intellectus mate-
rialis ut prius ostensum est non habet aliquam formam
materiam nec ipsa est aliqua forma materialis. sed vir-
tus imaginativa et intentio imaginata est forma materia-
lis. ergo intellectus materialis non est virtus imaginati-
ua. Et cum omnia que possunt dici hic commentator
mouet et soluit questiones contingentes circa intellectum
secundum opinionem suam quam dicit esse A. Pri-
ma questio est quomodo intellecta speculatiua essent eter-
na non generabilia et corruptibilia. quia quando agens est
eternum et recipiens est eternum et factum est eternum. Secunda quod et
fortissima earum est quomodo postrema perfectio in ho-
mine est numerata ad numerationem indiuiduorum ho-
minum scilicet intellectus speculatiua. et tamen prima per-
fectio scilicet intellectus materialis est una in numero om-
nibus hominibus. Tertia questio est Theophrasti quod
cum intellectus materialis sit ens si non est forma neque
compositum ex materia et forma: tunc sequitur quod sit mate-
ria prima consequens falsum. quia prima non est com-
prehensiva neque distinctiva. intellectus autem materialis sic
quare etc. Ad istas questiones respondet commentator
premissis quibusdam. Et primo ad primam que erat:
Quomodo intellectus materialis est eternus: et similiter
intellectus agens. et tamen intellectus speculatiua non est
eternus. et dicit quod intellecta speculatiua constituuntur per
duo subiecta. quorum primum est generatum: et aliud non:
quod declarat per simile. quoniam formare per intellectum
id est cognoscere est sicut comprehendere per sensum. com-
prehendere autem per sensum efficitur per duo subiecta:
verbi gratia: Videret illorum unum est subiectum per
quod sensus fit verus et illud est sensatum extra animam
ut color. Aliud autem est subiectum quod recipit in se actum
videndi ut quia virtus visiva. Unde commentator per sub-
iectum intelligit principium. et constat quod videre habet du-
plex principium. Unum effectuum et est color. et aliud ma-
teriale per quod est existens et est virtus visiva. ergo simi-
litudo intellecta speculatiua constituuntur per duo subie-
cta siue principia: quorum unum est subiectum per quod
sunt vera et est principium propinquum eorum producti-
uum: sicut sunt forme que sunt in virtute imaginatiua. Ali-
ud autem est subiectum siue principium per quod intelle-
cta speculatiua sunt unum entium in mundo: et illud est i-
tellectus materialis in quo subiectum fundatur. In
hoc ergo stat responsio Commentatoris quod quia intellecta

speculatiua immediate dependent in fieri et conservari a
duplici principio scilicet ab intellectu materiali et intentio-
nibus imaginatis: licet intellectus materialis sit eternus:
quia tamen intentiones imaginatæ sunt generabiles et cor-
ruptibiles. hinc est quod intellecta speculatiua sunt generabi-
lia et corruptibilia. Et per intellectum speculatiuum intelli-
git intentionem causatam in intellectu materiali a forma
imaginata concurrente tamen lumine intellectus agens: nō
tanquam agentis vniuersalis siue aggregatum et in intel-
ctu materiali et tali intentione. Et quia commentator com-
parauit ad intellectum ad sensum dicens quod sicut sensibile
mouet sensum ad suum actum: ita intentio imaginata mouet
intellectum ad suum actum. Ideo dicit quod ista proportio
natura magis lucens perfectæ in obiectum visus et visu et obie-
ctum intellectus et intellectum quod inter obiectum alterius
sensus et suum sensum. Quoniam quemadmodum color
qui est obiectum non videtur nisi in presentia lucis facien-
tis ipsum in actu postquam erat in potentia quantum ad
immutandum medium et organum. Ita intentiones ima-
ginatæ non mouent intellectum materiale nisi efficiatur
intellectus in actu postquam erant intellectus in potentia. et
hoc fit per irradiationem in eis factam per lumen intelle-
ctus agentis ut post ostenditur. Et ista fuit necessitas po-
nendi intellectum agentem ut scilicet abstraheret formas
a materijs et mediante intentione imaginata singulari ip-
sam suo lumine irradiando produceret speciem intelligi-
bilem vniuersalem in intellectu materiali per quam effici-
tur in actu et deducitur ad actualem intellectionem. et hoc
est facere de potentia intellectus actu intellecta. Aduer-
tendum tamen quod licet in hoc sit similitudo quod sic visus non mo-
uetur a colore nisi in presentia lucis sit intellectus mate-
rialis non mouetur ab intentione imaginata nisi in pre-
sentia luminis intellectus agentis.

¶ In alio tamen est dissimilitudo: quia lumen nullam for-
mam tribuit color per quam efficiatur in actu: sed requi-
ritur solum propter medium ut dictum fuit in capitulo de
visibili. Quoniam color est per se visibilis. Intellectus
autem agens bene tribuit intentionem imaginatam aliquam for-
mam per quam efficitur in actu. aliter non posset mouere
intellectum materiale: quia materiale vigore proprio non
potest mouere immateriale. Deinde commentator sol-
uit questionem secundam. prius tamen adducit rationes
probantes quod intellectus materialis sit unus omnium ho-
minum: et quod non sit numeratus secundum numerationem
indiuiduorum speciei humane. Prima ratio. si intelle-
ctus materialis esset numeratus etc. tunc esset hoc aliquid
aut corpus aut virtus in corpore. sed omne tale est interio-
re intellecta in potentia: et intentio intellecta in potentia mo-
uet intellectum materiale. ergo idem moueret se et mo-
uens esset motus consequens falsum. Secunda ratio
si intellectus materialis esset numeratus tunc esset corpus
vel virtus in corpore et reciperet se ut iam conclusum est
et si reciperet se non reciperet se nisi secundum quod diuersa sen-
diuisa id est virtus indiuidualis est tunc esset idem cum sen-
su: vel nulla esset differentia inter esse forme in anima et
extra animam. Nec consequentia vltima sic declaratur quia
si intellectus materialis non recipit formas nisi secundum
quod sunt diuersæ tunc non recipit nisi indiuidualiter. et per
consequens vel est corpus vel virtus in corpore. Si est
virtus in corpore cum omnis virtus in corpore cognosci-
tina sit sensus exterior vel interior: tunc sequitur quod intel-
ctus materialis sit idem cum sensu. Si autem est corpus
cum corpus non recipiat formas nisi secundum esse corpo-
rale: ut lapis recipit caliditatem et aer frigiditatem: tunc se-
quitur quod intellectus materialis non reciperet formas nisi
corporealiter sicut recipiuntur in corpore lapineato. et a for-

non idem esset de sensu. Ex quo ulterius sequitur quod idem esse habet et forma in anima et extra animam. scilicet esse corpore et utrumque istorum est falsum.

¶ Postea arguitur commentator quo ad partem oppositam probando quod intellectus materialis sit numeratus quia si esset unus omnium hominum tunc quodcumque aliquis homo acquireret aliquam scientiam quilibet alter acquireret eandem. consequens falsum. et probatur consequentia. quia eadem est proportio prime perfectionis hominis ad individua humana et postrema eius perfectionis cum in individua humana non habeant continuationem cum postrema perfectione nisi propter earum continuationem cum prima.

¶ Unde intellecta non continentur nobiscum. nisi quia intellectus materialis in quo recipiuntur continentur nobiscum sicut est de sensatione et sensu. ergo sequitur quod si eadem est prima perfectio omnium hominum et etiam est de postrema perfectione siue sit perfectio virtutis anime aut virtutis corporis. cum ergo scientia sit postrema hominis perfectio sequitur quod eadem est omnium hominum et quod cum unus homo acquirat aliquam scientiam quilibet aliter acquirat eam.

¶ Tertio ad idem arguitur quia illis dato sequitur quod non sit nisi unus homo numero. prius derisibile est. et probatur consequentia. quia in animatis quorum prima perfectio est substantia separata impossibile est quod in una specie inveniatur plures uno individuo sicut patet in corporibus celestibus in quibus motor appropriatur tantum uni mobili. Unde si uni motor plura mobilia attribueretur aliquod eorum esset otiosum. quia unus agens non videtur simul pluribus instrumentis in eodem genere instrumentorum: sicut unus nauta non movet plus una naui in eadem hora. ergo similiter si intellectus esset unus et separatus non haberet nisi unum corpus cui appropriaretur. et sic non esset nisi unus homo.

¶ Et confirmatur hoc per id quod dicitur ap. in primo de celo quod si esset alius mundus esset aliud corpus celeste et ex consequenti alius motor: quod non est propter aliud nisi quia unus motor non potest immediate movere simul plura mobilia et per consequens nec unus intellectus potest movere simul plura corpora humana. quod tamen contingit: ergo si unus esset omnium hominum intellectus qualis igitur est via ad dissolvendum istam questionem difficilem cuius solutio stat in hoc quod quantum secunda perfectio hominis. scilicet intelligere sit numerata. non tamen propter hoc sequitur quod prima perfectio. scilicet intellectus materialis siue substantia anime intellectiva sit numerata. quia in intelligere non solum dependat ab intellectu. sed etiam ab intentione imaginata siue ab actu cogitative. et quia huiusmodi intentio imaginata est numerata et plurificata. Intellectus autem materialis aut etiam anima intellectiva non dependet in suo esse ab intentione imaginata nec ab aliqua alia virtute seu intentione existente in nobis. immo habet esse abstractum propter quod non multiplicatur multiplicatione corporum humanorum. Et pro his dicitur commentator quod homo non est actu intelligens nisi per continuationem intellectus in actu cum intellectus autem in actu continuatur cum homine per continuationem sue intentionis imaginatam cum intellectu materiali. Unde ex hoc quod intentio imaginata causat speciem intelligibilem vel intellectionem in intellectu materiali copulatur cum homine in quo est illa intentio materialis imaginata tam intellectus materialis quam intellectus in actu producens in intellectu materialis. Et dicitur commentator quod cum materia et forma copu-

lantur ad invicem congregatum ex eis fit unum et materialiter. fit unum ex intellectu materiali et intentione intellecta in actu cum invicem congregantur. quia quod componitur ex eis non est aliud tertium aliud ab eis sicut est in alijs compositis ex materia et forma. Ex quibus verbis communiter dicitur esse de intentione commentatoris quod ex intellectu materiali et ex intellectu in actu fit magis unus quam ex materia et forma.

¶ Et hoc a diversis multipliciter declaratur. quia ex eis non fit aliud tertium aliud ab eis. Uno modo quod ex intellectu materiali et specie intelligibili per quam fit in actu fit magis unum quam ex materia et forma. quia ex eis non fit aliud tertium: aliud ab eis quantum ad causam tamen super proprium actus sicut fit ex alijs compositis ex materia et forma. nam aggregatum ex intellectu materiali et specie intelligibili non habet aliud genus. cause respectu actus intelligendi quam habet aliud illorum de per se. Et omnia concurrunt in genere cause materialis: licet intellectus materialis sit principale subiectum et species intelligibilis sit dispositio ipsum preparans ad receptionem. In alijs autem compositis illud non accidit. Unde quia respectu motor alia causalitate habet forma a materia cum materia sit sola causa materialis et subiectiva. forma vero effectiva. imo compositum ex materia et forma ratione materie est causa magis motus et non forma. et ratione forme est causa effectiva et non materia. propter quod compositum respectu motus aliter calculatur quam habet materia et similiter quam habet forma. Alio modo exponitur quod intellectus in actu intelligendo intellectionem quod ex intellectu materiali et intellectu in actu non fit aliud tertium aliud ab eis quantum ad operationem immanentem. scilicet quod beat operationem immanentem aliam ab utroque. sed alij compositis ex materia et forma resultat unum tertium quod beat proprium motum itaque operationem immanentem aliam a materia et a forma. Postea quidam interpositis quod clara sunt. declarat commentator pueritiam et differentiam inter preparationem que est in parte imaginata et alias preparationes que sunt in virtutibus anime comprehensibus alijs ab intellectu.

¶ Ouenientia est de quolibet earum est numerabilis et generabilis et corruptibilis secundum numerationem generationem et corruptionem individuum. Sed differentia est quod preparatio que est in imaginata est preparatio in motore ut sit motor. sed preparatio que est in alijs est preparatio recipere ut sit recipiens. et talis est illa que in intellectu materiali. Et hoc preparatio differat sicut celum et terram.

¶ Ex quo sequitur huc Avempace quod intellectus materialis non est virtus imaginativa secundum quod est. quia in uno eorum est preparatio activa respectu intellectus in actu. scilicet imaginativa. In altero vero quia in intellectu materiali est preparatio passiva.

¶ Ex quibus ulterius infert commentator quod in anima intellectiva sunt due partes ex quibus essentialiter consistunt.

¶ Quorum una est intellectus possibilis in quo recipitur intelligere se habet sicut in materia. Et altera est intellectus agens qui facit de potentia intellectus actu intellecta. et se habet sicut forma et utrumque earum est unica. tamen respectu omnium hominum abstracta secundum esse a materia indivisibilis et neque generabilis neque corruptibilis. Et preter hos duos intellectus datur intellectus speculativus factus ab eis qui est aliquo modo eternus et aliquo modo non est enim eternus quantum ad substantiam recipientis quod est intellectus materialis et est generabilis et corruptibilis quantum ad intentionem recepta que est formalis in eo scilicet speciem intelligibilem vel intellectionem. et quia intellectus materialis est unus in omnibus hominibus ideo intellectus speculativus est unus in omnibus quantum ad subiectum recipientem. sed est plurificatus in diversis quantum ad intentiones receptas.

tertius

itas in eis cum in alio et alio homine sit alia et alia spe-
cies intelligibilis a sua intentione imaginata causata. et ex
consequenti alia et alia intellectio.

¶ Dicit etiam commentator q. licet intellectus speculati-
uus respectu huius individui vel illius sit generabilis et
corruptibilis ut supra dictum est. simpliciter tamen loque-
do et in ordine ad totam speciem humanam ipse est eternus
quia licet quilibet intellectus imaginatus aliquando corrum-
patur et similiter quilibet species intelligibilis vel intelle-
ctio semper tamen est aliqua intentio imaginata in iragi-
nativa alicuius. et ex consequenti species intelligibilis et in-
tellectio in intellectu materiali. Ex quo sequitur q. hoc
modo prima principia sunt eterna et scientie et artes. Unde
de existimandum est philosophia invenitur in materiis par-
te sui subiecti in omni tempore sicut homo invenitur ab ho-
mine et equus ab equo. quoniam sicut intellectus agens
nunquam quiescit a generando et causando simpliciter lo-
quendo ipsa intellecta licet non semper in hoc individuo:
ita intellectus materialis nunquam cessat absolute loquen-
do ab intellectu: quoniam aliquando cessat respectu uni-
us individui.

¶ Tandem commentator accedit ad soluendum tertiam
questionem ostendendo intellectum materiale non esse
formam materiale neque materiam: dicens q. sicut ens
sensibile dividitur in proportionabilia illis scilicet in pro-
porcionale forme et proportionale materie. licet ergo intel-
lectus materialis non sit forma nec materia: est tamen p-
porcionale materie. Et subdit q. in omni intelligentia ab-
stracta excepta prima que omnino est liberata a potentia et
que nihil intelligit extra se est aliquid simile forme et aliquid
simile materie. et si non sic esset: non esset in eis multitudo.
Unde nisi esset hoc genus entium quod scimus in scien-
tia anime scilicet intellectus possibilis non possent intel-
ligere multitudinem in substantiis abstractis.

¶ Ad horum autem declarationem advertendum q. cum
dicit commentator q. prima intelligentia que est deus ni-
hil intelligit extra se. non debet intelligi q. deus nihil intel-
ligit nisi se ut quidam volunt. sed debet intelligi q. deus
nihil intelligit quin illud intelligat intelligendo se: quoniam
deus seipsum intelligit per essentiam propriam et intelli-
gendo se intelligit omnia alia que in se virtualiter continentur.

Intelligendum autem inferiores licet intelligent se. p-
se ipsas: inferiores et secundum commentatorem. superiores
tamen intelligentias intelligunt per ipsas superiores.

Et cum ulterius dicit commentator q. in qualibet intelli-
gentia infra primam est aliquid simile forme et aliquid si-
mili materie per hoc non vult ipsas componi ex duabus
partibus diversis. sic componitur anima intellectiva cum
quolibet rarum sit substantia simplex carens partium di-
visione. Sed imaginari debemus q. deus est actus purus
nullam habens potentialitatem. intellectus autem noster
possibilis est de se pure potentialis. Intelligentie vero i-
ntermedie sunt quodammodo in actu et quodammodo in
potentia. sunt enim in actu respectu inferiorum quarum
sunt perfectiones. sunt autem in potentia respectu superio-
rum a quibus perficiuntur. et sic in eis idem est quod est
potentia et actus: sed diversimode. et ex hoc dicitur compo-
ni ex potentia et actu. Ex quo ulterius patet q. in eis non
est intellectus possibilis qui nobis appropriatur. sed dicitur
habere intellectum possibilem propter convenientiam
aliqualem earum cum nostro intellectu possibili in poten-
tialitate et diminutione perfectionis respectu prime intel-
ligentie. Cum vero postea dicit commentator q. nisi es-
set intellectus possibilis intelligentis non essent multe.
patet ex dictis qualiter debeat intelligi. nam si nulla intel-
ligentia esset potentialis respectu alterius nulla esset imp-

fectio: altera. et per consequens non essent diverse in spe-
cie. et cum in eternis non ponantur plura individua sub
eadem specie: tunc tantum esset una intelligentia. Et ex
eodem fundamento patet q. si nos non cognosceremus in-
tellectum possibilem non cognosceremus earum potentia-
tatem maiorem vel minorem aut secundum recessu a pri-
ma intelligentia. aut secundum propinquationem ad no-
strum intellectum possibilem qui est infimus in perfectio-
ne in genere abstractorum et ex consequenti non cognos-
ceremus earum diversitatem specificam nec multitudinem.

¶ Alterius dicit commentator q. intellectus materialis i-
ntelligit intellectum agentem. quia cum intellexit formas
materiales dignius est ut intelligat formas non materia-
les. Unde respectu intellectus agentis ad intellectum ma-
teriale est sicut respectus lucis ad dyaphanum: et respec-
tus formarum materialium ad intellectum materiale
est sicut respectus coloris ad dyaphanum. sicut ergo lux est
perfectio dyaphani: sic intellectus agens est perfectio ma-
terialis. et sicut dyaphanum non movetur a colore nisi su-
erit illuminatum: sic intellectus materialis non recipit in-
tellecta q. sunt hic nisi perficiat per lumen intellectus agentis quo-
niam non solum requiritur q. intentiones imaginatæ illa-
minentur ab intellectu agente si debent movere intellectu
possibilem: sed etiam requiritur q. intellectus possibilis il-
luminetur ab intellectu agente ut recipere possit ab inten-
tionibus imaginatis. Et subdit commentator q. cum in-
tellectus materialis fuerit nobis copulatus secundum quod
per intellectum agentem: tunc nos erimus copulati cum i-
ntellectu agente. et hoc dispositio dicitur intellectus adeptus
de qua infra dicitur commento. xxxvj.

¶ Alterius commentator recipit dubium contra unita-
tem intellectus materialis: dicens q. si res intellecta in te
et in me fuerit eadem omnibus modis. quia etiam quanti
ad speciem intelligibilem et actum intelligendi: tunc sequi-
tur necessario q. cum scio aliquid intellectum in te scio etiam
illud et alia huiusmodi impossibilia. Si autem res intelle-
cta in te et in me fuerit una in specie et due secundum indi-
viduum: tunc res intellecta habebit rem intellectam que p-
cederet in infinitum: consequens inconueniens. Hanc
consequentiam non declarat commentator. Potest tam-
en sic declarari. quia si in te et in me sunt due species intelli-
biles hominis: verbi gratia vel intellectiones eiusdem spe-
ciei et diverse numero: tunc ab eis contingeret abstractere
aliquam speciem intelligibilem eis communem. abstractas-
tu vnam et ego animam similem me: cum etiam iste con-
ueniant in specie et differant numero contingeret ab eis ab-
strahere alias duas consimiles: et erit procedere in infini-
tum. Arguitur etiam q. illo dato discipulus non addis-
ceret a magistro nisi scientiam que est in magistro esset ge-
nerans et causans sibi similem in discipulo. sic vna ignis
generat alium ignem sibi similem in specie: et hoc est im-
possibile: quia tunc scientia esset virtus activa. consequens
falsum. et dicit commentator q. hec omnes dubitationes sol-
vuntur dicendo sicut prius fuit ostensum q. res intellecta a
pud te et apud me est multa secundum subiectum per quod est ve-
ra id est secundum principium eius presuppositum per quod intel-
lectus sit verus siue cui conformatur intelligere conformi-
tate que est veritas et est forma imaginationis: et est una
secundum subiectum per quod est ens id est secundum principium
eius presuppositum per quod habet esse et in quo subiecti-
noscitur. et intellectus materialis: non plus dicit com-
mentator pro solutione istarum dubitationum. sed de his
in questione plenius discutitur. Ultimo quedam ad-
ducit contra Avempace que de se sunt satis manifesta.

Dubatur pro declaratione omnia predictorum. Utrum
intellectiva sit forma substantialis et propria humani secundum

in operando ut in plerisque locis inuit pñ. Et arguitur pri-
mo q anima intellectiua non sit informans corpus huma-
num et ci vnita secundum esse sed solum appropriata.

Postea vñ arguitur oppositum scilicet q ipsa non sit
forma abstracta et sempiterna et in omnibus hominibus
tantum vna. Ad primum autem multipliciter arguitur.

Primo si anima intellectiua esset forma substantialis
corporis humani fm esse vnita tñ quereretur de illa opi-
nionem vtrum sit idem cum substantia anime: aut accidens
eius. si dicatur q sit idem cum substantia anime: tunc se-
quitur q cum post mortem hominis cuius illa est anima
non sit amplius illa vñto q tunc non erit substantia illius
anime. et per consequens illa anima erit corrupta. conse-
quens falsum. quia anima intellectiua separatur ab alijs
partibus anime sicut perpetuum a corruptibili. ut dñ. se-
pe fatetur. Si autem dicatur q illa vñto sit accidens ani-
me: aut separabile: aut inseparabile. Si separabile cū ani-
ma non constituat hominem in esse specifico nisi suo cor-
pori fuerit vnita: tunc sequitur q anima constituat homi-
nem in esse specifico per accidens separabile: quod satis
deridendum videtur. Si autem sit accidens inseparabile
cum post mortem alicuius hominis non sit vñto sue ani-
me ad eius corpus. sequitur q anima eius tunc non erit et
sic corrumpitur: quod iterum est falsum. et patet consequen-
tia. quia impossibile est q proprium subiectum alicuius ac-
cidentis inseparabilis remanet illo accidente corrupto.

Secundo arguitur sic. Si anima intellectiua esset for-
ma substantialis corporis humani fm esse vnita: tunc ipsa
esset forma materialis. quia omnis forma que est perfectio
materie est materialis. consequens falsum. quia tunc non
reciperet omnes formas materiales cum nihil recipiat vel
speciem suipsius ut supra probatum est: consequenter se-
quitur q non cognosceret omnes formas materiales. cuius
omnis eius cognitio fiat per receptionem. consequens fal-
sum. ergo etc. Tercio arguitur. Si anima intellectiua
esset forma perfectio materiam: tunc sequeretur q ipsa esset
extensa saltem per accidens ad extensionem corporis et ha-
beret partem extra partem: quod sue nature repugnat
cum ponatur indiuisibilis et inextensa. Et probatur conse-
quentia supponendo tria: quorum primum est q nihil est
figuratum nisi sit extensum: hoc patet. secundum est q ma-
teriam non potest esse subiectum proprium alicuius acciden-
tis. pñ et determinati et ex consequenti non potest esse sub-
iectum proprium figure proprii hominis. hoc etiam patet
tertium est q in homine non sunt plures forme substantia-
les sibi proprie: quarum quilibet det sibi specificum esse.
patet quia talia forma in vno composito est tantum vna.

Dis stantibus tunc si anima intellectiua est forma sub-
stantialis etc. aut ipsa est aliquo modo subiectum figure. p-
prie hominis: aut nullo modo. si sic. ergo est figura: quia
omne subiectum figure est figuratum: et omne figuratum
est extensum per primam suppositionem. ergo ipsa est ex-
tensa. quare etc. Si dicatur q nullo modo anima intellecti-
ua est subiectum figure. pñ hominis: tunc queritur qd
sit eius proprium subiectum: aut est materia prima et hoc
non per secundam suppositionem: aut est compositum ex
materia et vnica alia forma substantiali hominis et hoc nō
per tertiam suppositionem. oportet ergo necesse dicere q
subiectum proprium illius figure est compositum ex mate-
ria et anima intellectiua. et per consequens q anima intel-
lectiua partialiter est subiectum illius figure. quare etc.

Quarto arguitur si anima intellectiua esset forma sub-
stantialis corpori humano fm esse vnita tunc sequeretur
q ipsa esset corruptibilis. consequens falsum. et probatur
consequentia. quia omnis forma que requirit determinati-
tas dispositiones in materia corrumpitur ad illarum cor-
ruptionem ut patet inductiue. sed omnis forma vnita ma-

terie requiritur determinatas dispositiones in sua materia
quia vnusquisque actus in potentia ipso actu existit in
ppria materia aptus natus est fieri per dñ. secundo bu-
ius. ergo omnis forma vnita materie est corruptibilis. qua-
re etc. Quinto arguitur. quia dato illo sequitur q cor-
ruptio hominis non esset transmutatio substantialis sed so-
lum accidentalis. consequens falsum. et probatur consequen-
tia. quia illa transmutatio non est substantialis in qua nul-
la substantia corrumpitur. sed in corruptione hominis nul-
la substantia corrumpitur si opinio est vera. igitur proba-
tur minor: quia non forma substantialis eius. scilicet ani-
ma intellectiua: quia ipsa est incorruptibilis nec materia eo-
dem modo. quare etc. Sexto arguitur q illo dato ani-
ma intellectiua esset corruptibilis: quia cum destruitur ra-
tio essendi alicuius illud amplius non est. sed ratio essen-
di anime intellectiue destruitur cum homo corrumpitur.
ergo tunc ipsa amplius non est. quare etc. probatur minor.
quia ratio essendi anime intellectiue si esset forma substan-
tialis dans esse homini est q sit illud quo aliquid est ho-
mo: cum forma sit illud quod dat esse rei cuius est forma.
sed cum homo corrumpitur eius anima intellectiua nō est
amplius illud quo aliquid est homo ut patet. ergo tunc
eius ratio essendi destruitur. Septimo arguitur q si ani-
ma intellectiua esset forma mate-
riale indiuidualis et mul-
tiplicata multiplicatione indiuidualium humanorum: nec
ipsa non reciperet nisi indiuidualiter cum hic et nunc. con-
sequens est falsum. quia tunc non posset intelligere vnuer-
saliter. et patet consequentia. quia forma mate-
rialis non re-
cipit nisi indiuidualiter. Octavo arguitur: Si anima i-
ntellectiua esset forma etc. tunc ipsa esset intellecta in poten-
tia. sed omne intellectum in potentia mouet animam intel-
lectiuam ad actum intelligendi dum ab ipsa intelligitur.
ergo anima intellectiua moueret seipsam. consequens falsum.

Nono arguitur q si illo dato sequeretur q manus in-
telligeret. consequens inconueniens. et probatur consequen-
tia. quia anima intellectiua est indiuisibilis ut communis
ponitur. si ergo ipsa esset forma substantialis fm esse vñ-
ta corpori humano tunc ipsa esset in toto corpore humano
in qualibet eius parte quantitatiua. quia aliter non talis
pars viveret esset animata quod est falsum.

Ex quo postea arguitur sic. Anima intellectiua
est in manu. sed vbiunque est anima intellectiua ibi est
potentia intellectiua que immediate fundatur in substan-
tia. ergo potentia intellectiua est in manu. sed in quocumque
est potentia intellectiua in illo recipitur intelligere dum il-
le homo intelligit. ergo in manu recipitur intelligere. sed
omne illud in quo recipitur intelligere: intelligit. ergo ma-
nus intelligit. Nec valet si dicatur q licet potentia intel-
lectiua sit in manu in ipsa tamen nō recipitur intelligere ut
est in manu quia ibi non est phantasma. quare non sequit
q manus intelligat quia saltem sequeretur q cerebrum in-
telligit cum ibi sit anima cum potentia intellectiua et etiam
phantasma: quod tamen non est verum cum solum ani-
ma intellectiua et homo per eam dicatur intelligens loque-
do de istis inferioribus. Decimo arguitur q sequeretur
q idem indiuisibile simul mouetur et quiescat ut simul mo-
uetur et non mouetur: quod implicat. et probatur consequen-
tia ponendo q pes vnus hominis quiescat et manus ei-
us moueatur: tunc si eadem anima indiuisibilis informat ma-
teriam pedis et materiam manus statim sequitur q illa mo-
uetur ad motum manus vel non mouetur ad quietem pe-
dis. quare. Ex his itaqz rationibus alijs similibus co-
nantur aliqui ostendere animam intellectiuam nō esse for-
mam corpori humano secundum esse vnitam dante bo-
mini specificum esse et multiplicatam secundum multipli-
cationem indiuidualium humanorum. sed dicunt ipsam esse

tertius

formam abstractam sibi esse ab omni materia et ab omni corpore et solum appropriari corporibus humanis in epe-
rando: sicut nauta appropriari corporibus humanis in epe-
rando: quod mouet et ponit eam ingenitam ad incorruptibilem
et unitam respectu corporum humanorum. Et hoc fuit
opinio commentatoris contra quam multipliciter argui solet.

Primo sic. Anima intellectiva est prima perfectio ho-
minis ut patet ex diffinitione communi data de anima ab
A. intelligere autem secunda perfectio eius. cum igitur
secunda perfectio hominis sit in alio et in alio homine alia
et alia sequitur quod prima perfectio sit alia et alia. unde si co-
dem esset prima perfectio omnium hominum cum homo ca-
piat esse a sua prima perfectione: sequeretur quod idem esset
esse omnium hominum. quare ergo esset per esse sui et tu esset
per esse mei: quod est impossibile. Secundo arguitur quod
illo dato sequeretur quod fortis fuit antiqua esset generatus.
probat. quia quandocumque fuit forma substantialis ali-
cuius tunc ille fuit. sed intellectus qui est forma substantia-
lis fortis fuit antequam fortis esset generatus: ergo est eter-
nus per positionem. ergo etc. Tertio arguitur quod So-
crates non est corruptibilis in quantum homo. probatur. quia
ipse est homo per intellectum qui est incorruptibilis. Quar-
to arguitur quod quandocumque ego acquirerem aliquam sci-
entiam tu eandem acquireret: et quandocumque perderem
aliquam scientiam tu eandem perderet. et patet consequen-
tia ex quo idem intellectus est tuus et meus per positionem.

Quinto arguitur sic. omnis perfectio que est substantia
separata non habet nisi unum perfectibile ut patet in moto-
ribus celestibus. si ergo anima intellectiva esset substantia
separata non haberet nisi unum perfectibile. et per consequens
non esset nisi unus homo. consequens est falsum. Sex-
to arguitur. quia tunc sequeretur quod natura generis alicuius
est individuata. patet quia animalitas in homine est in-
diuiduata cum sit forma materialis et tamen rationalitas
non est indiuiduata. et sequitur vltimus quod species huma-
na est composita ex indiuiduato et non indiuiduato: quod
non videtur verum. Septimo arguitur quod tunc seque-
retur quod virtus respectu eiusdem obiecti simul erit
distincti actus: quod videtur impossibile. quia unus visus
numero respectu eiusdem visibilis non habet simul plu-
res visiones: et consequenter patet ubi fortis et plato simul
intelligent idem intelligibile. Octavo arguitur quod data
illa positione destruitur iusticia divina: quia tunc non sem-
per boni aliquando premiarentur et mali aliquando puni-
rentur cum videamus aliquos bonos qui viuunt pati aduer-
sitates: et contra aliquos malos continue habere prosperi-
tatem. In illa materia inter omnes tres inueniuntur fa-
mosiores opiniones. quarum prima Alex. ponentis ani-
mam intellectivam esse formam materialem generabilem
et corruptibilem et numerabilem sicut cetera forme que de
potentia materie ab agente naturali producuntur de qua i-
comento visum fuit. Secunda opinio fuit Averrois quod
posuit animam intellectivam esse formam abstractam sibi
esse a materia appropriatam tamen corporibus humanis
in operando cum in intelligendo a phantasmate humano
dependeat tanquam a motore. propterea et hanc posuit uni-
tam tantum in omnibus humanis corporibus eis id est
et assensu ut intelligentia ubi quod mouet ingenitam et
incorruptibilem. Et eam dixit essentialiter componi ex dua-
bus substantiis indiuisibilibus: quarum una dicitur intel-
lectus agens: reliqua vero intellectus possibilis. Et intel-
lectum possibilem dicit habere solum naturam potentialita-
tis et receptionis respectu intelligibilium. Intellectum vero
agentem vult esse causam actuum specierum intelligibilium in intel-
lectu possibili una cum phantasmatibus. per phantasma intel-
ligendo actum tria virtutum interiorum: intellectum ministrantem
s. imaginatiue cogitantiue et memoratiue. Et ponit intel-

lectum possibilem perfici per intellectum agentem sicut materia per for-
mam perfectam: et intellectum agentem esse naturam quandam intelli-
gentiam inferioris gradus perfectionis ad intelligentiam celestem
et superioris ad intellectum possibilem. Alteri vult ultra ani-
mam intellectivam in homine aliam esse animam sensitivam et potentiam ma-
terie eductam generabilem et corruptibilem et maliter multi-
plicatam atque humano corpori unitam sibi esse per quam homo re-
ponitur in esse specifico et est generabilis et corruptibilis: de qua
etiam visum est in commento. Fuit et tertia positio ceteri tu-
toris et magis credendo non solum quia fides catholica christianorum
eam tenet sed etiam ex se ipsa. quia ponit animam humanam non gene-
rari ab agente particulari educere eam de potentia materie sed ab
agente supremo ut deo ipsa creari ex nihilo. et materiam ab agen-
te particulari disponere infundi et corpori humano uniri: etc.
Et dicit vltimus quod ipsa est indiuisibilis et multiplicabilis sibi
corporum multiplicationem quibus vnus et immortalis. et quod ab ei-
us substantia fluunt potentie plures ut intellectus agens quo
actiue concurret ad species intelligibiles et intellectiones et in-
tellectus possibilis quo ad predicta passiuem concurret et volun-
tas qua velle et nolle libere potest. hanc autem opinionem de-
fendendo facilius responderi posset ad argumenta ad ea
opposita facta quantum quidam heretici prauitate decepti ca-
put eam demonstrant. Ad primum ergo cum queritur de vnitate
anime intellectiue ad corpus utrum sit idem cum substantia anime vel
accidens eius dicitur quod accidens separabile respectu anime sit id
separabile respectu indiuidui. Et cum postea arguitur quod tunc anima
intellectiva constitueret hominem in esse specifico per accidens
separabile. Respondetur quod hoc non est inconueniens tanquam per causam
sine qua non licet tanquam per aliquid quod non sit de essentia ho-
minis: sicut forma substantialis ignis non constituit ignem
sine caliditate: tamen caliditas non est de essentia ignis.
Ad secundum cum inferitur quod tunc anima intellectiva esset forma malis
respondetur quod dupliciter aliqua forma dicitur malis. Vno modo
coiter quia materiam informat. et hoc modo concedendum est quod anima in-
tellectiva est forma malis ad vitam intelligentiam celestem quia
nulla est aliquo modo perfectior materie. Alio modo et proprie dicitur
et sic forma malis est solus illa quod vigore dispositionis qualitatum
ab agente naturali de potentia materie educitur. et hoc modo anima
intellectiva non est forma malis: ut patet ex dictis. sed quilibet
aliam formam substantialem que est in materia bene est hoc modo
forma malis et quilibet talis anima intellectiva potest cognoscere
per receptionem sue speciei. quare etc. Ad tertium cum inferitur quod
anima intellectiva esset extensa: negatur positum. eadem probatione ad-
mundo omnia supposita. Et cum postea queritur de figura. propter
hoc quod sit eius. propter subiectum. primo dicitur posset quod illa figu-
ra non est accidens. propter hoc quod in alio inueniatur. s. i. cada-
uere post hoc mortem: aut forte in lapide si figurato ab ar-
te vel a natura figura similis in specie illi est in homine re-
peri potest. Aliiter etiam dicit posset admissum quod talis figura
sit accidens. propter hoc quod ipse homo est eius. propter subiectum
et hoc non sequitur quod anima intellectiva affuit aliquo modo subiectum
illius figure: sicut risibilitas est accidens. propter hoc quod risu
anima intellectiva nullo modo est subiectum risibilitatis. et ita
de alijs multis. Ad quartum patet ex dictis. quoniam ne-
ganda est consequentia cum inferitur quod anima intellectiva esset cor-
ruptibilis. Et cum arguitur quod omnis forma que regitur determi-
natis dispositionibus in materia corruptibilis est. dicitur quod dupliciter ali-
qua forma potest acquirere determinatas dispositiones in
materia. Vno modo simpliciter ad hoc quod ipsa sit. de tali est
verum quod corrumpitur illis dispositionibus corruptis: ut
est de qualibet forma educita de potentia materie. et hoc mo-
do anima intellectiva non requirit determinatas disposi-
tiones in materia cum possit esse absque materia et dispo-
sitionibus eius: ut patet post separationem eius a corpo-
re. Alio modo potest aliqua forma requirere determinatas dispo-
sitiones in materia non ut ipsa sit sed ut sit in materia. et hoc modo
anima intellectiva requirit determinatas dispositiones in

Liber

materia. et de tali forma non oportet ipsa corrumpi ad illam dispositionem corruptionem. sed solus sequitur quod de finat materiam informari: quod conceditur de anima intellectiva post mortem. Ad quintum negatur consequentia. et dicitur quod in corruptione hominis aliqua substantia corrumpitur scilicet homo: licet nulla suarum partium essentialium corrumpatur. quoniam corrumpitur per separationem eorum ab invicem. tamen homo non sic proprie corrumpitur sicut alia quorum forme substantiales corrumpuntur sicut nec sic proprie generantur. Ad sextum dicitur quod ratio essendi simpliciter anime intellective non est esse illud quo aliquid est homo sicut est de aliis formis substantialibus que sunt proprie materiales ut quod ratio essendi simpliciter anime equi est quod sit illud quo aliquid est equus. et ita de aliis. sed illa est ratio essendi anime intellective in corpore humano: et ideo cum non est illud quo aliquid est homo non amplius est in corpore humano. Ad septimum dicitur quod licet nulla forma que est proprie materialis possit recipere nisi cum hic et nunc et quo ad esse et quo ad re presentare: anima tamen intellectiva quia non est proprie materialis sed solum communiter recipit universaliter quantum ad representare licet recipiat cum hic et nunc quantum ad esse. et per hoc differunt species recepte in anima intellectiva ab illis que recipiuntur in sensu vel organo aut medio inanimato. quoniam species recepte in anima intellectiva licet sint res singulares: tamen universaliter representant. sed species recepte in sensu et in medio sunt res singulares et solum singularia representant. ubi autem in intelligentis infra primam ponantur species ut vult auctor: et causis ille sunt universales in essendo et representando. Et quo patet quod anima intellectiva est medium inter supercelestia et ista inferiora generabilia et corruptibilia per participationem conditionum utriusque extremorum in quo superiora cum inferioribus coniunguntur. propter quod dicit Albertus quod ipsa est in horizonte eternitatis et temporis et quod ipsa est super naturam et infra intelligentiam per hoc quod demonstrans ipsa in perfectione medium gradum obtinere inter superiora et inferiora. Ad octavum dicitur quod aliquid esse intellectum in potentia dupliciter potest intelligi. uno modo quod non sit actu intellectus sed possit esse actu intellectus et sic anima intellectiva potest esse intellecta in potentia: et non oportet omne tale mouere animam intellectualem ad actum intelligendi: sicut patet de substantiis separatis et aliis que non habent propriam phantasiam nec intelliguntur per proprias species aliorum scilicet suorum effectuum ut post ostendetur. Secundo modo potest intelligi aliquid esse intellectum in potentia quia habet vel habere potest propriam phantasiam a quo abstrahi potest species intelligibilis per quam vel ratione cuius fieri potest actu intellectum et omne tale est motum intellectus seu anime intellective ad intelligendum aut completive aut dispositive: sed hoc modo non est intellecta in potentia anima intellectiva: sed solum proprie materiales que cadunt sub sensu exteriori vel interiori. et licet non sit possibile idem esse totale mouens et totale motum respectu eiusdem et secundum idem: non tamen inconuenit aliquid mouere se et esse mouens et motum et secundum idem et respectu eiusdem secundum diuersas eius potentias unde anima intellectiva respectu spiritus intelligibilis est mouens et mota agens et recipiens. sed secundum diuersas potentias ut superius ostensum est: nec sola anima intellectiva est mouens: sed etiam phantasia. Et si queratur quare oportet animam intellectualem actiue concurrere ad speciem intelligibilem et intellectionem et non oportet animam sensitivam ad spiritum sensibilem et sensationem actiue concurrere. Dicitur quod causa est quia secundum quod intellectiva abstracta est et non organica. phantasia autem est materiale et organica. ideo non potest in animam intellectualem agere proprio vigore: quare oportet animam

intellectualem secum cogere. sed non sic est de anima sensitiva: quia cum materialis sit organica pati potest ab obiecto materiali non concurrente alio genere. Ad nonum negatur consequentia cum inferatur quod manus intelligeret aut cerebrum: quia intelligere est operatio que subiectiue recipitur in sola anima intellectiva. ideo nihil denominatur intelligens nisi ipsas vel primam in esse constitutum per eam quod est totus homo et non aliqua pars eius. Aliter autem de ipso sentire quod in determinata parte recipitur organica ut visio sit in oculo quod non est in aure. quare non solum animal sed etiam oculus dicitur videre. Ad decimum conceditur aliqui quod idem indissolubile simul mouetur et quiescit per accidens in casu posito nec hoc inconuenit. sed illud esset impossibile per se. puto tamen quod simpliciter loquendo illud posset negari: concedendo quod illa anima mouetur per accidens et negando quod quiescat vel non mouetur. Nec sequitur pes quiescit. ergo anima que est in pede non mouetur. quia aliter duo inuicem contradicentia simul verificarentur id est quod illa anima mouetur et quod illa anima non mouetur. Et quibus patet quod argumenta illa que aliqui putant insolubilia de leui soluntur. Sed si quis Auerrois nimis afficeretur aut probabilius eius opinionem defendere vellet quam falsissima sit et similis figmento posset ex eius argumentis ad argumeta alia in eius oppositum adducta taliter respondere. Ad primum igitur cum dicitur quod secunda perfectio hominis est numerata. ergo et prima. negatur consequentia: quia secunda perfectio puta species intelligibilis vel intelligere de pedibus intentionibus imaginatis et numeratur per eorum numerationem quod non contingit de prima hominis perfectione. Unde non inconuenit uni prime perfectioni correspondere plures secundas perfectiones ut uni intellectui plures actus intelligendi. Et cum postea arguitur quod si una esset prima perfectio omnium hominum cum homo capiat esse a sua prima perfectione: unum esset esse omnium hominum. Respondetur quod duplex est prima perfectio hominis. Una appropriata i operando: et est anima intellectiva et ab hac non caput homo esse specificum. Alia est prima perfectio hominis inherens corpori humano et dans ei esse specificum: et hec est anima sensitiva eius nobilissima inter omnes animas de potentia materice educas que anima cogitativa appellari potest propter perfectissimam ipsius virtutem que est virtus cogitativa: et hoc non est una in pluribus hominibus sed numeratur secundum numerationem individuum speciei humane. Propter quod cum in alio et alio homine sit alia et alia anima cogitativa: sequitur quod alterius et alterius hominis est aliud et aliud esse quare non sequitur quod ego sum per esse tui nec quod tu sis per esse mei. Ad secundum patet per idem: quia cum Socrates sit Socrates et homo per suam animam cogitativam cum sua anima cogitativa non fuerit ante eius productionem ex quo ipsa est generabilis et corruptibilis: sequitur quod nec ipse fuerit antequam esset generatus. Ad tertium similiter patet quod Socrates est corruptibilis secundum quod homo ex quo est homo per animam cogitativam qui est corruptibilis. Ad quartum negatur consequentia cum inferatur quod quandoque ego acquirerem aliquam scientiam tu acquirerem eandem et cetera. quia nulla scientia dicitur ab aliquo acquiri vel deperdi nisi fuerit dependens a suis phantasmatibus et a suo actu cogitandi. modo licet idem sit intellectus tuus et meus: tamen stat quod de aliquo cogitare et non tu et quod a meo actu cogitandi producatur species intelligibilis in intellectu et ex hoc deducatur ad intelligere: et non ex tuo actu cogitandi: et tunc illa scientia acquireretur mihi: et non tibi. et per illam ego nominabor intelligens vel sciens: et non tu. et proportionabiliter dicatur in deperditione. Et quo patet quod non

tertius

non valet hec consequentia. ista scia acquiri in intellectu tuo. ergo acquiri tibi. nec ista scia: ista scia deperditur ab intellectu tuo. ergo a te deperditur. sed ad inferendum illam consequentiam ex illis antecedentibus oportet addere illis antecedentibus qd sit dependens a tuis phantasmatibus.

Ad quintum cum dicitur qd omnis perfectio que est substantia separata non habet nisi unum perfectibile. potest dici qd verum est si est eterna ut est in supercelestibus. sed ubi perfectibile fuerit generabile et corruptibile: necesse est illi perfectioni separate et eterne plura perfectibilia correspondere. et sic est in proposito de intellectu et humano corporibus. Vel potest dici qd illa maior est vera loquendo de perfectibili primo. ideo concedo qd anime intellective est solus unus perfectibilis: et illud est species humana que tantum una perfectibilia secundaria: ut socrates vel plato non inconuenit esse plura. Ad sextum conceditur illud ad quod argumens deducit. unde in homine propter debitum ordinem vniuersi in materiale videtur cum materiali ut non fiat transitus de extremo ad extremum nisi per medium. Ad septimum quidam negant conclusionem illam dicens qd cum diuersi homines intelligant idem intelligibile ipsum intelligent eadem intellectione numero non habentes per incommensurabilem qd intellectio causata a phantasmatibus vnius hominis possit fieri species a phantasmatibus alterius hominis.

Sed aliter potest dici concedendo conclusionem ubi motus propinquus fuerint diuersi sicut est in casu argumenti cum alia sunt phantasmata in socrate et alia in platone que mouent intellectum ad intelligendum idem intelligibile. Vbi vero nulla esset diuersitas in motore propinquus: tunc bene verum est qd eadem virtus respectu eiusdem obiecti non haberet simul nisi unum actum. Ad octauum respondetur negando qd periret iusticia diuina. et dicitur qd malus turpius operando acquirit vicia que sunt mala et sibi puniuntur suorum operum malorum. Bonus autem ex operibus laudabilibus virtutis acquirit que sunt sibi bona et premium suorum bene operum. Et licet ista posuimus sic possit colorari: mihi tamen videtur salua pace sic fingentium qd non possit cui tari quod ad eam sequantur plura impossibilia. Quoniam primo sequitur qd nullus homo potest intelligere. consequens est impossibile. quia intelligere est propria perfectio hominis secundum qd homo per quam attingit suum ultimum finem videlicet felicitatem: ut colligitur ab Aristotele decimo ethicorum et probatur consequentia. quia nullus compositus potest esse ex anima cogitativa et corpore intelligit. sed omnis homo est compositus ex anima cogitativa et corpore ut per opinionem patet: ex quo anima intellectiva est pars essentialis hominis. ergo nullus homo intelligit. maior probatur: quia hic inferius nihil intelligit nisi anima intellectiva: vel pars eius aut compositum includens aliquod istorum tanquam ipsius partem: ut patet ex sufficienti diuisione. sed compositus potest esse ex anima cogitativa et corpore non est aliquod istorum. ergo etc. Secundo sequitur qd rationale non est propria differentia hominis essentialis et constitutiva. consequens impossibile cum ponatur in eius definitione pure quidditatiua dum dicitur qd est animal rationale: quia certum est qd rationale in illa definitione non ponitur per genere. ergo per differentiam. et probatur consequentia. quia omnis differentia essentialis alicuius compositi ex materia et forma substantiali sumitur ab eius forma substantiali componente illud in specie determinata cum non ex alia causa talis differentia dicatur differentia specifica. sed rationale non sumitur a forma substantiali hominis reponente ipsum in propria specie: ergo rationale est differentia hominis specifica et essentialis. patet consequentia cum maior. et minor declaratur: quia rationale sumitur ab anima intellectiva: ut patet. et secundum opinionem anima intellectiva non forma ponens hominem in specie. quare etc. Tercio sequitur qd con-

traria sunt simul in eodem subiecto. primo qd est contra naturam contrariorum. probatur consequentia. quia licet positiones contradictorie non sunt contrarie quantum ad esse simul in eodem subiecto: tamen assensus firmi duorum contradictoriorum bene sunt contrarii et inuicem incommpossibiles: ideo vnus homo non potest simul duobus contradictorijs assentire. Proponamus ergo qd socrates firmiter per intellectum assentiat huic contradictorio sol est maior terra habitabilis. et qd pro tunc plato similiter assentiat alteri contradictorio scilicet qd nullus sol est maior terra habitabilis: tunc patet qd illi duo assensus sunt simul in eodem intellectu secundum opinionem et sunt contrarii. ergo etc.

Plura alia huiusmodi inconuenientia adduci possent que breuitatis causa relinquuntur. Ista enim satis perspicua videntur idoneo ad philosophandum qd opinio illa non sit vera. Sustinendo opinionem commentatoris ad hoc dubitandum videtur: utrum intellectus possibilis sit ens in pura potentia passiva: aut sit aliquod ens actu de se.

Et primo arguitur qd intellectus possibilis sit aliquid ens actu. primo sic: Omne subiectum quod immediate recipit formam accidentalem determinatam est ens actu. intellectus possibilis est huiusmodi. ergo etc. patet consequentia cum maiori: quia in hoc differt subiectum primum forme substantialis et forme accidentalis determinate: quia subiectum forme substantialis est ens in pura potentia. subiectum vero forme accidentalis determinate est ens vel ens actu. Et dicitur determinate propter dimensiones in determinatas que immediate fundantur in materia prima. minor etiam patet: quia intellectus possibilis recipit species intelligibiles et intellectiones. Secundo si intellectus possibilis esset ens in pura potentia cui vniueretur intellectus agens: tunc intellectus agens nobis vniueretur in principio contra commentatorem in commento trigesimo sexto huius tertij. Tercio si intellectus possibilis esset ens in pura potentia: aut esset equalis perfectionis cum materia prima aut minoris aut maioris non equalis perfectionis quia tunc essent eiusdem nature et speciei cum ea. nec minoris quia tunc esset non ens cum materia prima sit in infimo gradu perfectionis entis. ergo secundum commentatorem primo physicorum est medium inter non ens et ens actu. si autem est maioris perfectionis: tunc haberet proprium. quia cum materia prima sit medium inter non ens et ens actu: sequitur qd cum recedat a materia prima eundo versus actum primum qui est deus statim transiit in actum siue ens actu. quare etc. In oppositum arguitur probando qd intellectus possibilis sit ens in pura potentia passiva. Primo sic. illud quod recipit omnia entia in actu non est aliquod ens actu. sed intellectus possibilis recipit omnia entia in actu. ergo etc. patet consequentia et maior. quia omne recipiens est denudatum a natura recepti. Minor autem probatur. quia intellectus possibilis intelligit omnia entia in actu. sed intellectus possibilis non intelligit nisi illud quod recipit. ergo etc. Secundo. Illud de cuius potentia aliqua forma educitur non est ens cum hoc proprium sit materie. sed de potentia intellectus possibilis aliqua forma educitur scilicet species intelligibiles. ergo etc. Tercio illud ex quo cum actu puro constituitur vnum per se est pura potentia passiva. sed potentia passiva est huiusmodi ut patet ex dictis. ergo etc. Hic inueniuntur due opiniones diuersae. Aliqui enim dicunt qd licet intellectus possibilis sit in pura potentia passiva respectu specierum intelligibilium: tamen de se est ens et forma ex quo est pars anime intellective que aliquo modo est forma corporis humani. Et volunt vterius qd habet aliquam actionem: velicere actionem ex specie componere: diuidere: et discurre de vno ad aliud.

Hanc tamen actionem habere non posset: nisi prius

patiatur et recipiat ab intellectu agente et phantasmatis
 propter quod magis dicitur potentia passiva quam potentia acti-
 ua ex quo sua prima operatio est passio. Alii autem po-
 fuerunt intellectum possibilem esse potentiam mere passi-
 uam dicentes: vltimus ipsum ad omnes operationes sta-
 tim nominatas solum passive concurrere: et habent pro se
 A. dicentem intellectum possibilem nullam habere na-
 turam nisi illam qua possibilis vocatus est. Et comen-
 tator ponendo differentiam inter ipsum et materiam primam
 non dixit ipsum esse actum vel ens actu: quod tamen dice-
 re debuisset: quia illa fuisse maxima differentia inter ea re-
 perta: et hanc viam responderi posset ad argumenta in
 oppositum facta. Ad primum cum dicitur. Nunc subie-
 ctum et dicitur primo quia illa minor non est vera vnique
 saltem nisi de formis accidentalibus rebus seu corpora-
 libus quales non sunt ille que in intellectu recipiuntur. Di-
 citur secundo quia species intelligibiles non immediate reci-
 untur in illa substantia que est intellectus possibilis. Et me-
 diante quadam eius naturali virtute in ea fundata recipi-
 untur que propter nominis carentiam etiam intellectus possi-
 bilis appellatur et proportionabiliter in substantia intellectus
 agens potest poni quedam virtus actiua illi passive cor-
 respondens que intellectus agens potest nominari: de his
 tamen nihil habemus a commentatore expressum quantum
 aperte dicat in nulla celesti intelligentia accidens aliquod
 reperi. Ad secundum dicit aliqui sequentes commen-
 tatorem quod intellectus agens siue possibilis dupliciter no-
 bis copulatur. Vno modo secundum essentiam. Alio modo secundum
 operationem adhuc dupliciter. vno modo perfecte. alio modo
 imperfecte. si loquamur de copulatione secundum essentiam per
 indistinctam et assistentiam ad corpus: cui copulari dicunt
 sic in primo instanti esse hominis alicuius suo corpori copu-
 lantur: et per primum secundum naturam intellectus possi-
 bilis intellectus agens: ut patet in commento. et. Sed si
 sit sermo de copulatione secundum operationem imper-
 fectam: sic primum copulatur nobis intellectus agens: quia ab-
 strahere quod est operatio intellectus agens primum fit in
 nobis quam intelligere quod est operatio intellectus possibilis.
 Si vero mentio fiat de copulatione secundum operationem perfe-
 ctam: sic primum copulatur nobis intellectus possibilis. et h-
 vult commentator commento supra allegato. quia intellectus
 agens non copulatur nobis perfecte sic quod efficiatur ade-
 prius nisi post completam generationem intellectus in ha-
 bita in intellectu possibili. sed de his latius infra. Ad ter-
 tium dicitur quod intellectus possibilis est maioris perfectio-
 nis quam materia prima. et negatur postea consequentia: cuius
 inferitur quod esset actus vel ens actu: quoniam perfectio cor-
 respondens potentie passive non stat in indiuisibili: sed ha-
 bet gradus diuersos: et maior competit intellectui possibili
 li: minor vero materie prime.

¶ Unde neque misceri est rationabile ipsum corpo-
 ri. Qualis enim aliquid vtrique fiet aut calefactus:
 aut frigidus: si organum aliquod erit sicut sensitui
 nunc autem nullum est

¶ Dic A. notificat naturam intellectus possibilis per
 differentiam eius ad sensum: et diuiditur in quinque pres-
 cut quod differentias ponit inter intellectum et sensum. secun-
 da ibi Et bene iam dicentes. tertia ibi. Quoniam autem
 non similis. quarta ibi. Cum autem sic singula. quinta ibi:
 Est quidem igitur. Prima differentia inter intellectu-
 et sensum est quod sensus est virtus organica: et intellectus non.
 ideo dicitur. Vnde nec est rationabile ipsum. s. intellectus
 misceri corpori. si enim intellectus misceretur corpori et ali-
 quod organici erit ei sicut sensitui vtrique fiet ei ipse. i. ali-
 quod qualis: et aut quid calidum aut frigidum: quod tamen est
 falsum. quare nunc aut nullum est. s. organum ipsi intellectui.

Sed posset aliquis dubitare de conditionali qua A. fa-
 cit in littera que est hec: Si intellectus esset virtus organica ipse
 esset aliquantulum qualis ut calidus vel frigidus quo
 modo valeat. Ad hoc respondet Egidius assignando tres
 rationes. Prima ratio est: quia sicut forma que recipit
 in materia mediante quantitate extenditur extensione qua-
 titatis: ut patet de colore et reliquis huiusmodi sic quod non so-
 lum corpus in quo est color est extensum: sed etiam color est ex-
 tensus: ita forma que recipitur in materia mediante cali-
 ditate frigiditate et reliquis primis qualitatibus a quo nul-
 lum corpus mixtum denudatur omnino dicitur aliquantulum
 calida vel frigida et non solum corpus sibi subiectum. ita si
 intellectus esset virtus organica ipse recipitur in mate-
 ria mediante caliditate frigiditate et c. ergo ipse esset aliqua-
 liter calidus et frigidus. Secunda ratio est quia non solum
 materia est subiectum caliditatis et frigiditatis sed compo-
 situm: et per consequens compositum ex organo et inelle-
 ctu si habet organum est subiectum caliditatis et frigiditatis:
 quod esse non potest nisi intellectus sit aliquo modo cali-
 dus vel frigidus. Tertia ratio est: quia neut potentia que
 est in organo dicitur organica: ita potentia que est in orga-
 no calido vel frigido dici debet potentia organica calida vel
 frigida. Intelligendum primo quod commentator comento. vi
 hanc partem aliter introducit dicit enim A. hic facti se-
 cundam demonstrationem ad ostendendum quod intellectus
 materialis neque est corpus neque virtus in corpore. Et ar-
 guit sic: Si intellectus materialis esset virtus in corpore. si
 mixto ut esset corpus humanum: tunc esset aliqua dispositio
 et aliqua qualitas: et per consequens aut esset qualitas at-
 tributa complexioni in eo quod complexio aut esset qualitas
 in complexionem et addita complexionem. hanc consequentiam
 probat commentator dicens esse declaratum quod omnis virtus in
 corpore. s. mixto secundum quod huiusmodi aut attribuitur patri-
 bus. s. forme complexionis: aut est virtus extrinseca in
 forma complexionali: vbi comen. caput. qualitatem large
 ut extendit se ad formam complexionalem et per qualitate
 attributam complexionem seu formam complexionalem scilicet
 ligat formam inductam per mutuum actionem elementorum
 adinuicem: et per qualitatem seu formam existentem in co-
 mplexione et additam complexionem: intelligit formam que in-
 ducitur in materia complexionata a motore extrinseco. cu-
 iusmodi sunt virtutes sensive que dantur a generante. et
 certum est quod si intellectus esset virtus in corpore composi-
 to ex elementis quod aut esset forma conf. quens mutua ac-
 tionem elementorum ad inuicem non concurrerent alio motore
 particulari extrinseco. aut esset forma inducta in materia
 mixta ab aliquo exteriori particulari agente. et sic patet con-
 sequentia commentatoris. sed consequens est falsum per viam
 ergo illud ex quo sequitur est falsum. s. quod intellectus sit vir-
 tus in corpore: neque etiam est corpus ut patet ex quo est actus
 et forma. ergo et c. Quod consequens sit falsum arguit co-
 mentator et primo ostendit quod intellectus non est forma ad-
 dita complexionem: quia si sic tunc esset virtus organica: con-
 sequens est falsum. quia primum ostensum est quod non est instru-
 mentum aliud ab instrumentis quod sensum loquendo de
 instrumentis sensum exteriorum: et quod non est dare sensum sen-
 sum exteriorum. Vnde dicit commentator quod si intellectus esset
 virtus animalis in corpore. i. virtus cognoscitiva organi-
 ca: aut esset sensus sensus. s. exterior: aut esset consequens
 sensum sensum siue aliquid cuius proportionem ad sensum sensum
 esset sicut proportionem imaginatiue ad sensum communem et h-
 consequens est manifeste falsum: quia ex quo nullus esset
 sensus sensus. intellectus non est sensus sensus nec ad ipsum
 habet aliquam proportionem. sed consequentia probatur et
 sit multum occulta. Nam si intellectus esset virtus cognos-
 citiva organica: aut esset aliquis de quinque sensibus exte-
 rioribus: aut esset sensus communis aut imaginatiua aut co-

Tertius

gitatua: aut memoratua: aut sextus sensus: aut aliq vir-
tus se habet ad sextu sensum sicut imaginatua ad sensu
cōm: et que sic imutarent a sexto sensu sicut imaginatua
imutant a sensu cōi: ut p3 ex sufficienti diuisione: si ille
cōm nō ē aliq de quinq sensibus exteriorib: qm bruta
pfecta hnt quq sensus exteriores: et tñ nō habent illece-
tam: similr nō est sensus cōis q intellect⁹ cognoscit sub-
stātiā et relacōes et multa talia que nō cognoscit sensus
cōis et nō est imaginatua vel memoratua. q iste sūt solū
reseruatue et intellect⁹ est cognoscitiu⁹: nec et ē virtus co-
gitatua: q intellectus cognoscit vniuersaliter et vna co-
gitatua solū indiuidualr. seqt ergo q si intellectus ē vir-
tus cognoscitiua organica q sit sextus sensus vel se hnt
ad sextu sensu sicut imaginatua ad sensu cōm. **¶** Do-
ctea cōmentator ostendit q intellectus nō est forma cōple-
rionalis siue virtus attributa cōp̄rioni: q aia sensitua
nō est huiusmodi. ergo a fortiori nec ipse intellectus. Et
q aia sensitua nō sit forma cōplecionalis pbat q si sic cū
quolibet talis forma nō recipiat nisi realiter et corpali-
ter: tunc sequeretur q aia sensitiua cū respicit formā lapidis et
ipsum cognosceret recipit cū fm esse crale et corpale: et p
p̄is idē esset cō forme lapidis i aia et extra aiam. sed i aia
est cōprehensio et si lapsus esset cōprehensio: qd ē fal-
sum. Deinde cōmentator adducit dubiū quorūdam de
eo qd dicit q intellectus nō est virt⁹ organica: q ipsi ori-
nant q intellectus et virtus cogitatua sunt idē: sed fm
medicos et philosophos virtus imaginatua cogitatua et
memoratua sunt vntes organice et hnt determinatas p-
tes in cerebro i quibus situantur. ergo intellectus ē virtus
organica. Ad hoc respondet cōmentator dicens nō ē
verum q intellectus et virtus cogitatua sunt idē: q virt⁹
cogitatua nō distinguit nisi indiuidualiter intellectus autē
distinguit vniuersaliter. vñ virtus cogitatua nō est nisi
virtus que distinguit intentionē rei sensibilib a suo idolo
imaginato. et ista virtus ē illa cuius pporio ad has duas
intentiones. scilicet ad idē rei et ad intentionē sui idoli ē sicut
pporio sensus cōis ad intentiones quinq sensu: et per
idolum rei imaginat⁹ intelligit formā sensatā: p intentio-
nē aut idoli intelligit intelligit intentionē nō sensatā. In-
telligendū secundo fm cōmentatorē q dicit in libro de
sensu et sensato posuit virtutes indiuiduales distinctas in
quatuor ordinibus. In primo posuit sensum cōm: dein
de virtutem imaginatua: deinde cogitatua et memorati-
ua: et posuit rememoratua magis spirituale: deinde co-
gitatua: deinde imaginatua: et post sensibilib. i. sensum
cōm: Et cū dicit cōmentator q memoratua ē magis
spiritualis q cogitatua intelligi bz quantū ad receptiōes
specierum sensibilib ordinē recto a sensibus multiplicata
rum: et quo nō sequit q memoratua sit pfectior cogita-
tua cū virtus cogitatua sit nobilissima virtutū: et ordine
reflexo dū cogitatua immutatur a memoratua recipiat
spēs magis spūales qz habeat memoratua. **¶** Per libru
autem de sensu et sensato intelligere debemus quos natu-
rales: inter quos primus et principalis est liber de nomi-
natis. vnde dicit in libro de memoria et remiscētia po-
nit q remiscētia passio est corporalis: et certum est q
remiscētia est opatio virtutis organice: cū remiscētia
solū homini cōpetat quāuis fiat p species in memoria re-
seruatas: et si virtus cogitatua est corpalis et organica et
indiuidualis: a fortiori sequitur ita esse d alijs trius que
sunt minoris nobilitatis. scilicet de sensu cōi imaginatua et me-
moratua: que qualiter i cerebro situentur et que sint opa
ipsum in fine secundi huius diffase fuit discussa. In-
telligendū tertio q cōmentator soluit argumentū. Valde
ni ppter quod fuit motus ad dicendū q virtus cogitati-
ua est intellectus: vnde arguebat sic: Intellectus appo-
riatur homini et virtus cogitatua similiter. ergo virtus

cogitatua est intellectus: et dicit cōmentator q argumen-
tum nō valet: qz peccat p fallaciā cōsequentiā cum argua-
tur ex duob⁹ affirmatiuis in secunda figura: sicut nō seqt.
hō est animal et equus est aial: ergo equus est hō.

¶ Et bene iam dicentes sunt animam ēē locuz
specierū. nisi q nū tota sed intellectua neqz actu.
sed potentia spēs.

¶ Secūda differentia inter intellectū et sensum est: q intel-
lectus recipit i se primo species intelligibiles: sed sensus
nō recipit i se primo species sensibiles: cū ipse recipiat
primo i organo sensitiuo: aut in cōposito ex organo et sen-
su. vnde dicit supple antiq bene sunt. iā dicentes aiam
esse locum specierū: nisi q nō tota. i. fm omnes eius po-
tentias: sed intellectua. i. solū. i. solū fm potentia intel-
lectuam que nec est actu d se: sed potentia tātū habens bu-
iusmodi species. Intelligendū primo: q qz aia būana
est mediū inter formas abstractas et formas simpliciter
materiales: iō habent aliquas potentias nō organicas: vt
sunt intellectus agens intellectus possibilis et voluntas:
et aliquas bz organicas et materiales: vt sunt potentia ve-
getatiua et sensitiua: et iō qd recipitur mediāte potentia in-
tellectua i sola aia subiectiue recipitur in qua immediatē su-
datur huiusmodi potentia. sed qd recipit mediātib⁹ po-
tentij alijs que in cōposito radicātur et nō precise in aia
incōposito et nō in anima recipi dicunt. qz ergo species i-
ntelligibiles recipiuntur mediāte potentia intellectua: et
species sensibiles mediāte potentia sensitiua: bicecliqz spe-
cies intelligibiles i aia species vero sensibiles i cōposito.

Et iō dicit dicit q anima est locus specierum: sed nō
tota. i. non fm omnes eius potentias sed solū intellectua
idest tantum secundum potentia intellectua. Ex quo
sequit q species intelligibiles sunt in aia intellectua: sed
species sensibiles nō sunt in anima sensitiua sicut in totali
subiecto: sed in ipso cōposito. Intelligendū secundo
secūda cōmentatorē q dicit aiam esse locum specie-
rum: q anima assimilatur loco i recipiendo quāuis non
sit omnino similis receptio vtrobiqz sed locus differt ab
aia intellectua in hoc q locus nihil est eorum que existit
in eo cū sint separata secūda esse: nec locus sit subiectum
locati. anima autem rationalis materialis quia quantum
ad intellectum possibilem est forme existentes in ea mate-
rialiter et subiectiue: q est subiectum earum non actu d se
sed in potentia. Et fecit hoc dicit. f. q. dedit aliqualem dif-
ferentiam inter locum et intellectū cū dicit. Nec in actū
in potentia ēē. ne aliquis intelligat ex hac descriptione:
q genus receptum in ea sit genus verum non rhetoricū:
sed quilibet homo cogitur in talibus rebus que non be-
ne intelligunt nisi per consimilitudinem: vt notificet ea p
talē genera rhetorica.

¶ Quoniam autem nō similis sit impassibilitas
sensitiui et intellectui manifestum est ex organis
et sensu. sensus enim nō pōt sentire ex valde sen-
sibili: vt sonum ex magnis sonis: neqz ex fortibus
odoribus et coloribus: neqz videre: neqz odorare.
Sed intellectus cū intelligat aliquod valde intel-
ligibile non minus intelligit infima. sed et magis
sensitiuum quidem enim non sine corpore est hic
autem separatus est.

¶ Differentia tertia inter intellectum et sensum est q ex-
cellens intelligibile non corrumpit intellectum: sed excel-
lens sensibile corrumpit sensum. Quare dicit: quoniam
autem non sit similis impassibilitas sensitiui et intellectui
manifestum est ex organis et ex sensu: qz non solum orga-
num sensus verum et ipse sensus patitur siue corrumpit

Libro

ab excellenti sensibili: quod non accidit ipsi intellectui. sensus enim non potest sentire ex valde sensibili. i. post valde sensibile: ut audire non potest audire sonum ex magna sonitu. i. post magnos sonos: neque visus et olfactus potest videre et odorare ex fortibus odoribus et coloribus. i. post fortes odores et colores. Sed intellectus cum intelligit aliquid valde intelligibile non corrumpitur aut impeditur in suo actu intelligendi: sed viget et neque minus intelligit infima intelligibilia: sed et magis. Et autem huiusmodi diversitatis subdit Alexander. dicens hoc esse: quod sensuum quodque. n. non sine corpore est sine organo. hic autem. i. intellectus separatus est ab organo corporeo: et hoc est causa quare sensus patitur corruptione et non intellectus. Intelligendum primo secundum commentatorem commento septimo: quod hoc est. conditio necessaria necessariis demonstrationibus. i. ut apparatus sensui non differant ab eo quod videtur per rationem. Et idem dicit in octavo physicorum: et primo celi et mundi. Cum ergo Alexander declarat quod intellectus non miscetur corpori post voluit notificare quod hoc convenit apparentibus sensui dicere: quod non est similis impossibilitas sensus sicut intellectus: quod sensus corrumpitur ab excellenti sensibili: sed intellectus non corrumpitur ab excellenti intelligibili. Intelligendum secundo secundum commentatorem quod possumus ponere hunc sermonem demonstrati: ne iterum per se. scilicet ad probandum quod intellectus non est virtus in corpore arguendo sic. Omnis virtus in corpore transmutatur essentialiter in sua operatione propria. sed intellectus non transmutatur essentialiter in sua propria operatione. ergo intellectus non est virtus in corpore. maior patet inductive de visu auditu et huiusmodi: que essentialiter et immediate transmutantur ab immoderatis obiectis et in suis operationibus debilitantur. sic quod visus immediate post aspectum fortiter fulgidum visibile debile non potest comprehendere nec auditus immediate post fortes sonos debiles sonos percipere potest. minor etiam declarat: quod intellectus in intelligendo non transmutatur essentialiter nec in operando immediate debilitatur: quod si sic tunc cum intellexeret excellens intelligibile impediret: nec statim intelligere posset infimum intelligibile quod tamen est falsum. Et si argueretur quod intellectus transmutatur: quod in intelligendo fatigatur et debilitatur: ut patet in studiosis. Respondet commentator: quod hoc non est essentialiter et immediate. sed solum accidentaliter mediate per transmutationem factam in virtute cogitativa imaginativa et memorativa: que deferuntur intellectui in operando: quibus essentialiter et immediate accidit transmutatio: quod sunt virtutes in corpore. Et subdit commentator: quod imaginativa cogitativa et memorativa non sunt nisi in loco virtutis sensibilis et ideo non indiget eis nisi in absentia sensibilis.

Sed huic aduersari videtur quod dicit ista Alexander. ubi vult quod necesse est quicumque intelligentem phantasma aliquid speculari: quoniam per phantasma intelligere habemus actum aliquid illarum trium virtutum: sicut etiam per phantasiam illas tres virtutes intelligere habemus: ut dictum est supra. Ad istud respondendo videtur quod non est intentio commentatoris: quod intellectus in intelligendo non indigeat illis virtutibus nisi in absentia sensibilium: et quod presentibus sensibilibus intellectus immediate possit moveri a sensu cōi: vel a sensu exteriori: sed dicere intendit quod ad sentiendum sensibilia non indigemus illis virtutibus: nisi dum sensibilia sunt absentia: quoniam sensibilibus presentibus ea sentire possumus per sensus exteriores et sensum cōm. Dubitatur ad meliorem doctrinam quam de hoc sepe dictum sit: quod excellens sensibile corrumpit sensum aut impedit siue impedit eius cognitionem respectu sensibilium mediocrius. Ad quod dubium respondetur quod excellens sensibile sensum immutans si remoueat et statim sensibile aliud sensui obijciatur impedit eius cognitionem: quod speculo illius fontis sensibilis in organo sensus impressio rema-

nent per tempus et impendit iudicium sciendum per species alterius sensibilis. Et hoc quibusdam signis potest ostendi. primum est quod si homo velociter remoueat digitum unus digitus videtur plures digiti. Secundum est quod si homo velociter ducat aciem videtur aciem facere circulum. Similiter si baculus ignis velociter circūducatur videbitur circulus igneus: quod non est propter aliud nisi quod species multiplicatur a baculo ignito dum erat in situ prioris remanent per tempus in organo visus cum speciebus que multiplicabuntur ad ipsam duz baculus ignitus erit in situ posteriori: et pariter in alijs dicendum videtur. Unde si quis intueatur solem et postea aspiciat visibile debile non comprehendet ipsum sub proprio colore sed apparebit tendere ad albedinem: quod accidit propter lumen in oculo impressum aliquandiu in eo teneri post remotionem visus a sole. Et ex simili causa qui starent diu in molendinis multarum rotarum cum recedunt primum sonum percipere nequeunt: sed videtur eis priorem sonum audire: quod maiores motus impediunt minores. Sciendum tamen quod excellens sensibile non solum impedit aut diminuit operationem sensus quam haberet respectu alterius sensibilis: imo aliquando ipsius sensum totaliter tollit et corrumpit quoniam ex longo solis intuitu potest effici cecus et ex audire fortis soni potest effici surdus: et simili modo in alijs contingere potest: hoc autem non puenit ex sola mutatione intentionali: sed et ex alteratione reali et motu illam concomitante: et ad illam sequente per quam destruitur ideo debita proportio qualitatum primarum: in qua sensus consistit et huiusmodi: ut superius Alexander dixit: quod sensus est virtus organica. Intellectus autem ab excellenti intelligibili non impeditur in operando neque corrumpitur: quod non est virtus organica: sed redditur vigorosior: et cum intellexerit excellens intelligibile melius poterit intelligere infimum. Et quo tamen non sequitur quod in operationibus intellectus sit peccare in infinitum: quia hoc in operatione intellectus non contingat debilitatio merito sui potest tamen contingere propter lassitudinem et debilitatem contingentem in virtutibus sensibilibus interioribus intellectui ministrantibus: sibi ad suum opus de seruiantibus: de quibus in commento loquitur commentator.

Cum autem sic singula fiat ut sciens dicitur: qui secundum actum hoc autem confessum accidit cum possit operari per se ipsum.

Quarta differentia intellectus et sensus est quod ex speciebus intelligibilibus generatur habitus in intellectu: sed ex speciebus sensibilibus non generatur habitus in sensu. Dicit ergo: Cum autem intellectus sensibilis sic fiat: singula intentionaliter recipiendo singula eorum. tunc dicitur ut sciens qui est secundum actum. scilicet primum per quem est in potentia propinqua ad actum postremum. hoc autem confessum accidit cum possit operari per se ipsum. scilicet deueniendo ad actum secundum absque indigentia motoris extrinseci.

Intelligendum primo: quod duplex est actus quo intellectus sensibilis qui de se est pura potentia efficitur in actu scilicet primus et secundus. Actus primus est species intelligibilis sine habitu in intellectu existens quorum nullus est formaliter cognitio: sed per quodlibet eorum disponitur intellectus ad actum secundum. Actus vero secundus est intellectus qua intellectus formaliter cognoscit. Quomodo autem differant species intelligibiles et habitus intelligibiles. et utrum actus aut passus concurrant ad actum intellectum post apparebit.

Intelligendum secundo secundum commentatorem commento octavo: quod per hoc quod dicitur Alexander. apparet quod est differentia inter virtutes agentes propinquas et remotas. Idem enim actus sunt que agunt per se: et ad hoc ut agant non indigent extrahente eas de potentia in actu. Remote

Tertius

autem indigent tali extrahente: Et capit commentator agere large p operari: et p hoc innuit q intellectus de se est in potentia remota ad intelligere et indiget aliquo motore extrinseco reducendo ipsum de potentia ad actum primum sed cu fuerit in actu tali p spem intelligibile vel habitum intellectualem: tunc est in potentia ppinqua ad intelligere: nec indiget aliquo extrinseco motore deducente ipsum d potentia ad actum. Quis aut sit motor: pducens speciem intelligibile: aut intellectionem in intellectu possibili i sequentibus ostendetur.

Est quidem igitur et tunc potentia quodammodo non tamen similiter et are addiscere aut inuenire: et ipse autem est ipsum tunc potest intelligere.

Quinta differentia intellectus et sensus est q intellectus habituatus potest ipsum intelligere: sed sensus nullo modo potest seipsum sentire id dicit continuando se ad pcedentia. qd quide igitur tunc ipse intellectus quodammodo i potentia. s. post receptionem specierum et habitum intellectualem: non in se i multiter: sicut ante addiscere aut inuenire: et ipse aut seipsum tunc potest intelligere. Intelligendum primo q intellectus possibilis anteq recipiat spem intelligibilem est i potentia remota ad intelligere. sed cu bz spem intelligibilem aut habitum intellectualem si non actu intelligat: tunc est i potentia ppinqua ad intelligere. Habitu autem intellectu alie dupliciter quis potest agere. Vno modo p doctrina ad discendo ab alio. Alio modo p inuentione a seipso: qualiter cuiusq vero intellectus habet habitum siue p doctrina siue inuentione: tunc non est eodem modo in potentia sicut aut: quia ante erat in potentia remota ad considerandum: sed cum bz habitu et non considerat: tunc est in potentia ppinqua: et potest exire i opus non concurrente motore extrinseco: vt dictum est supra. Intelligendum secundo fm comentato rem: q in hoc differt intellectus possibilis ab alijs formis abstractis in intelligendo se q intellectus possibilis intelligit se accidentaliter. s. p spes intelligibiles reze extrinsecarum quas i se recipit: qm intelligit se prius intelligendo alia et p spes alior: vt patebit in dubio. Alie aut forme abstracte: vt intelligentie celestes intelligunt se essentialiter: q p pprias essentias et non p spes intelligibiles suas substantijs supadditas: cu in eis nulla sint accidentia. Vnde dicit: Et cu intellectus fuerit i hac dispo. s. q sit habituatus: tunc ipse intelligeret se secundum q ipse non est aliud nisi si forme rerum inquam extrahit eas a materia: quasi igitur se intelligit ipse modo accidentali: vt dixit Alexander. i. fm q accidit intellectus reze: q fuerint ipse. i. essentia et materialiter et subiectiue. Et hoc est eodemo dispo. i in formis abstractis. Ille. n. cum intellectu earum non sunt aliud ab eis in intentione p qua sunt intellecta istius intellectus et id q in eis idem est intellectio et intellectus intelligunt se essentialiter. et non accidentaliter: et hoc psecutus inuenitur in primo intelligente qd nihil intelligit extra se. De us ergo magis essentialiter intelligit se qz alie intelligentie: qz alie intelligentie intelligunt extra se et non deus: qd qualiter sit intelligendum patuit supra in comento quinto.

Intelligendum tertio fm comentatorem q possumus exponere istum locum secundum q Alfarabius dicit i suo tractatu de intellectu et intellecto: et est: q cum intellectus fuerit in actu erit vnum entium et poterit intelligere seipsum p intentionem quam abstrahet a se secundum q abstrahit intentiones rerum que sunt extra animam et sic intellectus habet intellecta. Et nos postea perferemus de hoc vtrum sit possibile an non. Imaginabatur itaqz Alfarabius q cum intellectus est in actu p speciem intelligibilem aliterias entis vel habitum intellectualem: tunc potest abstrahere speciem intelligibilem a sua substantia ipsius presentiam p quam potest seipsum intelligere. Et quo

insert commentator q intellectus habebit intellecta: quia sicut intellectus poterit abstrahere vnam talem spem a se vel intellectionem ita poterit abstrahere duas vel tres: qd vtrum sit possibile: dicit commentator: se velle post considerare. Dubitatur vtrum intellectus possibilis seipsum possit intelligere. Arguit q non: primo si intellectus possibilis intelligeret se: aut ergo per suam essentiam: aut p spem ppriam: aut p speciem alterius p sufficientem diuisionem. non p suam essentiam: q tunc semper intelligeret se sicut dicitur de intelligentijs celestibus: et hoc non est verum vt pz. neqz per speciem propriam: q nihil propriam speciem habet nisi habet propriam phantasiam a quo abstrahatur: sed intellectus possibilis nullum habet phantasiam ex quo non est sensibilis: quare etc. Nec etiam intelligit per spem alterius: q spes alterius non ducit in cognitionem nisi illius cuius est similitudo: cum autem ipsa non sit similitudo intellectus possibilis: sed solum illius alterius cuius est species: sequitur q solum in illius alterius noticiam ducit. Secundo nihil potest intelligi ab intellectu possibili qd non potest ipsum mouere: cum intelligere consistat in quodam pati et moueri ab intelligibili: sicut sentire accidit in pati et moueri a sensibili per dx. sepe: sed intellectus possibilis non potest seipsum mouere: quia tunc idem respectu eiusdem et fm idem esset simul agens et patiens in actu et in potentia: quod est impossibile: quare etc.

Tertio: qd non est sensibile non est intelligibile ab intellectu possibili: cum necesse sit ipsum si debeat intelligere phantasiam aliquod speculari: et fm dx. ita se habent phantasmatum ad intellectum sicut sensibilia ad sensum: s. intellectus possibilis non est sensibilis: vt dictum est: quare etc. Quarto: intellectus possibilis nihil intelligit nisi per receptionem cum de se sit sicut tabula nuda seu rasa in qua nihil est depictum: sed intellectus possibilis non recipit se: cum recipiens debeat esse denudatum a natura recipientis: et intellectus possibilis non denudatur a seipso: quare etc. In oppositum est dx. in littera. Pro dubio premittendum primo q sicut sensus multipliciter dicitur sic intellectus sumi potest multipliciter. Vno modo propria intellectiva. Alio modo p potentia intellectiva. Tertio p aggregato ex potentia intellectiva: et eius potentia ad intelligere. Quarto aut p spe intelligibili actu intelligendi vel habitu intellectuali: et pluribus alijs modis de quibus infra patebit. Ad propositum applicando sicut potentia sensitiva non proprie sentit: sed est illud quo instrumento anima sensitiva siue alio sentit sic potentia intellectiva non proprie intelligit cum fm communem viam sit accidens consequens substantiam anime intellective: sed est illud quo vt instrumento anima intellectiva intelligit. Et hoc est duplex. Vna activa intellectionis. Intellectus agens: et altera passiva. Intellectus possibilis: im proprie tamen loquendo coter concedunt intellectui possibilem intelligere: q est illud quo immediate recipit intelligere in anima intellectiva: et sub hoc sensu pponit questionem: vel per intellectum possibilem possumus intelligere etiam intellectivam cum eius naturali virtute qua est intellectionis receptiva et reuertetur in idem. Premittendum secundo q i intellectu possibili diuersa accidentia recipi possunt. s. spes intelligibilis intellectio et habitus intellectualis. Species intelligibilis representat intellectui illud cuius est spes et non est cognitio eius sed eam pcedit fm naturam. Intellectio vero est cognitio intellectus mediante specie causata i eo qua formaliter et actu intelligens denominatur. Habitus autem intellectualis est quedam qualitas generata i intellectu ex actibus intelligendi: que non est cognitio actualis: sed intellectum habilitat ad proprie et facilius considerandum de illis que per actus intelligendi prius cognouit: quantum non inueniuntur et ex vno actu

Tertius

tellectione cognoscere: sed etiam cōplera affirmatiua vel negatiua vi q̄ ē substantia impassibilis corruptiua: rece-
ptiua tamen specierū intelligibilium: et q̄ neq̄ est corpus neq̄ virtus in corpore. s. de eius potentia educta et reliqua talia. Et q̄bus rādet ad argumenta ad oppositum facta. Ad primū dictū est q̄ intellectus intelligi se p̄ species alioz: et cū arguit q̄ non: q̄ spēs alioz non dicunt nisi in noticiam illoz quoz sunt species. dicendum: q̄ verum ē primo et immediate: sed secundo et mediate possunt ducere in cognitionē alterius: ut supra ostensum est. Et si queratur vtrum spēs intelligibilis et similiter intellectio intelligant intellectione ab eis distincta: puto dicendum q̄ spēs intelligibilis: q̄ nō est formaliter cognitio hū intelligat intellectione ab ea distincta. Intellectio autē q̄ ē formaliter cognitio intelligit seipsa: aliter iretur in infinitū: qd̄ inconueniens reputatur. Ad secundū negatur q̄ intellectus non intelligat nisi q̄ mouet seipsum p̄ mouēs in intellectum intelligendo illud quod in eo impriuit spēm intelligibilem. Et dicitur vterius p̄ argumentū q̄ licz nō sit possibile: q̄ idem respectu eiusdē sit totale agens et totale recipiens: tū idem sū diuersa pōt respectu eiusdē esse agens et recipiens simul i actu et i potentia. Vñ aīa intellectiua est simul agens et recipiens spēm intelligibilem et intellectionē: sū tū diuersas potentias: q̄ est agens p̄ intellectum agens: ut post ostendit: et recipiens p̄ intellectum possibilem ut dictum est supra. Ad tertū cū dicit q̄ illud qd̄ non est sensibile: non est intelligibile: verū est primo: sed secundo et precedente cognitione alteri: tale bene est intelligibile: et cū dicit. Necesse est intelligentē phantasia aliquod speculari. Rūdeo q̄ nō opret intellectionem speculari phantasia cuiuslibet: qd̄ intelligit: sed sū ficit q̄ speculetur phantasia aut illius quod intelligit: aut alterius ad quod illud h̄ per se habitudines. Ad quartū p̄ similiter q̄ intellectus licz nō recipiat spēm sui recipit tū spēm alterius. s. qd̄ dicitur phantasia ad quā habet p̄ se habitudinē sicut mobile ad suum motorem: et hoc sufficit ut seipsum intelligat: sicut etiam p̄ spēm motus p̄ ducit ab intelligentia ad quem habet p̄ se habitudinem sicut causa efficiens ad eius effectum procedendo ab effectu ad cām deductur in noticiam ipsius intelligentie: ut infra dicitur: vbi de hoc inquiritur.

Noniam autē aliud est magnitudo et magnitudinis esse: et aqua et aque esse. et sic in multis alijs non autem in omnibus: quibusdā enim idē est esse carnis

aut carnis cē aut ergo alio. aut aliter habente discernit.

¶ Istud est secundum capitulū huius tractatus in quo dicitur determinat de obiecto intellectus possibilis ostendēdo q̄ qd̄ dicitur est primū obiectum intellectus. Diuidit aut in duas ptes: q̄ primo ostendit q̄ intellectus primo cognoscit ipsam quidditatem tāq̄ eius p̄prium obiectum. Secundo mouet dubitationes ibi: Dubitat autem vti q̄. Prima iterum in duas: q̄ primo premitit intentum: secundo declarat: ibi. Ego enim non sine mā. De prima dicit q̄ cum i multis differat indiuiduum ab eius qd̄ dicitur: h̄ non i oibus: ideo aīa a principio cognoscit uo cognoscit indiuiduum et qd̄ dicitur i hīs i q̄bus differat: quia indiuiduū cognoscit sensu et qd̄ dicitur intellectu: aut si eo idē principio vtrūq̄ cognoscit. s. intellectu hoc ē aliter et aliter: vnde dicit. Quoniam aut aliud est magnitudo et magnitudinis esse et aqua et aque esse: et sic i multis alijs: q̄ i oibus habentibus formā i materia dicitur res seu indiuiduum ab eius qd̄ dicitur: nō autem in oibus sic ē. In quibusdā enim idem est caro et carnis esse. i. res et eius qd̄ dicitur: q̄ ergo sic est q̄ in multis differt res ab eius qd̄ dicitur

te: sequitur q̄ in istis aīa aut alio principio cognoscit uo discernit rem: et eius qd̄ dicitur: aut eodem aliter se habet te. Intelligendum primo sūm. Egidius: q̄ in oibus habentibus formā i materia differt res seu indiuiduum ab eius qd̄ dicitur: et q̄ tā mathematicalia q̄ naturalia circuncernunt materiā quāuis diuersimode: q̄ mathematicalia circuncernunt materiā intelligibile: naturalia vero mām sensibile: iō in oibus his differt indiuiduū ab eius quid dicitur: q̄ ergo magnitudo qd̄ mathematica dicit: et aqua qd̄ naturale. Ideo differt magnitudo. i. indiuiduum magnitudinis a magnitudinis esse. i. ab eius qd̄ dicitur: et sicut aqua et aque esse: et q̄ si sic est: iō in his aīa alia virtute cognoscit indiuiduum: et alia ipsas qd̄ dicitur q̄ sensu cognoscit indiuiduum et intellectu qd̄ dicitur: aut si eadem virtute videlicet intellectu vtrūq̄ cognoscit hoc erit aliter et aliter: q̄ intellectu cognoscit qd̄ dicitur directe et primo aspectu: indiuiduum autē cognoscit p̄ reflexionem conuertendo se ad phantasia existens in sensu. Intelligendum secundo q̄ caro capis p̄ vno. Diuum autem nō solum repitur in rebus materialibus: sicut sunt plāte et alia sed etia reperitur i rebus imaterialibus: qm̄ intelligēte que sunt imateriales viuere dicunt: q̄uis ergo viuus et viuus esse ut reperitur in rebus materialibus differat ut tū in materialibus repiuntur viuus et viuus esse non differunt ut dicitur. ponit i ista. Sed hic posset aliquis dubitare quomō in rebus materialibus differt res ab eius qd̄ dicitur et nō in rebus imaterialibus. Respondet q̄ si vera esset opinio Auerrois. s. q̄ i nulla intelligentia sit aliqd̄ accidens. tunc nulla eēt i p̄posito difficultas. h̄ si tenemus q̄ in qualibet intelligentia infra primā est aliqd̄ accidens. ut pleriq̄ sentent. dicentes quālibet talē intelligentiā cōponi ex essentia et esse aut q̄ i eis est cōpositio substantie et virtutis: tunc difficultas est maior. Et hāc viā sequendo dicit Egidius q̄ cū dicitur q̄ i rebus imaterialibus res nō est aliud a sua qd̄ dicitur nō d̄z intelligi q̄ i eis nō sit aliud preter qd̄ dicitur: q̄ hoc nō est verū nisi de prima intelligentia i qua nulla est cōpositio: sed intelligi debet q̄ i eis indiuiduum nō est aliud a qd̄ dicitur quantum ad virtutem cognoscitiuam: sic videt q̄ indiuiduum nō cognoscit per aliam virtutem q̄ qd̄ dicitur sed qd̄ i eis est p̄ solum intellectum cognoscatur. secus autē est in rebus materialibus q̄ i eis indiuiduum cognoscitur seu et eius qd̄ dicitur intellectu et sic est aliud a qd̄ dicitur quātum ad virtutē cognoscitiuam: cū ipsa solo intellectu cognoscatur. Ad huius aut declarationem notat ipse q̄ i substantijs materialibus sūt duplicia accidentia. s. sequentia principia speciei ut sūt accidentia p̄pria. et ista non cōprehenduntur sensu et sequentia principia indiuidui ut sūt accidentia cōmuna et ista cōprehenduntur sensu. et q̄ ista sunt accidentia materialia i diuiduantia: iō in materialibus indiuiduum cōprehenditur sensu. In substantijs aut i māliis nō sunt nisi accidentia sequentia formā et principia speciei querere i ipsis nihil est qd̄ cognoscit sensu. Et ex hoc vult vterius h̄c q̄ licet i substantijs materialibus indiuiduatio sit rōne materie in qua sunt accidentia indiuiduata: et p̄ cuius diuisionē forma que i ea recipit indiuidualiter multiplicat. n̄ i substantijs imaterialibus i quibus nihil est qd̄ nō pertineat ad speciem et ad qd̄ dicitur indiuiduatio est rōne forme. Vñ quilibet intelligentia infra primā seipsa indiuiduat et est hoc aliqd̄. de hoc tamen amplius ingrederē ad alijs p̄tinet locum. Intelligendum tertio q̄ cōmentator cōmmento nono alr̄ introducit hanc ptem. Vult enim q̄ cū dicitur. posuerit sup̄ius differentiam inter sensum et intellectum materiale. q̄ hic ponat differentiam inter intellectum materiale et virtutem imaginatiuam. et intelligendum p̄ imaginatiuā virtutē id qd̄ dicitur. intelligit p̄ phantasia. Nam cū imaginatiua moueat intellectum et extime

Tertius

elligendum secundo fm̄. cōmentatorem cōmento vnde
mo q̄ dispositio habita ab intellectu que diuersa i co qñ
cōprehendit formas rēz primas sensibiles est ei p̄ sensus
et dispositio que diuersa i eo p̄ cōprehensionē quiddi
tatis et forme et ei dispositio diuersa i se nō p̄ sensus. et iō
assimilat A. x. ipsum linee separabili hac dispositione. Pla
to autē linee extēse. et p̄ hanc dispositionē intelligit formas
rēz mathematicas cū nō accipiat intelligēdo eas magni
tudinem sensibile. Voluit ergo A. x. q̄ intellectus in tel
ligendo haberet dispositionē linee separabilis modo superi
us cōposito. Idcirco autē voluit q̄ haberet dispositionē
linee recte inapiendo ab intelligibilibus et illis pceden
do ad sensibilia semp̄ prius intelligendo magis vniuer
salia q̄ minus vniuersalia. Sed hic dubitat vtrū qd
ditas siue vniuersale sit primum obiectum intellectus.
Arguitur q̄ nō primo illud non est primum obiectum intel
ctus qd non est primo cognitū ab intellectu. sed qdditas
est huiusmodi. q̄ ē. paret p̄sequētia cū maior i et minor
declaratur quoniam illud est primo cognitū ab intellectu qd
primo mouet ipsum. sed hoc est singulare siue indiuiduū
qd representat p̄ phantasma extēse in sensu et non. qd
ditas vt p̄. quare rē. Et confirmat minor q̄ intellectu
p̄ prius illud cognoscit qd est facilius cognoscibile. sed in
diuiduū ē huius. ergo rē. Vnde A. x. in primo postērio
rum. Vniuersalia sunt difficilissima ad cognoscēdū. quia
sunt a sensu remotissima singularia autē facilia q̄ sunt sen
sui p̄pinquissima. Secūdo si quidditas esset primum ob
iectum intellectus tunc sequeretur q̄ indiuiduum nō possit
intelligi cōsequēdo falsum. q̄ intellectus ponit differe
ntiā inter qdditatem et indiuiduū. ergo intelligit vtrūq̄. et
phatur cōsequētia. q̄ diuersorū obiectorū sunt diuerse
virtutes cognoscitiue cū potentie distinguantur per actus
et actus p̄ obiecta. sed indiuiduum differt a quidditate: vt
p̄ ergo si quidditas esset primum obiectum intellectus i
diuiduū non posset ab eo cognosci. Tertio illud qd nō
est sensibile non est intelligibile. sed quidditas non ē sen
sibile. ergo rē. p̄ p̄ia et maior: q̄ vt habebitur infra ab
A. x. intellectus nihil intelligit sine phantasma. phantas
ma autē ē similitudo seu cognitio rei sensibiles in sensu cri
stis. minor etiam p̄ p̄ cōmentatorem secūdo huius
vbi dicit q̄ sensus nō cōprehendit qdditates rerū. In
oppositū videtur esse A. x. in littera vt communiter dici
tur. Idcirco dubio intelligendū primo q̄ aliquid esse pri
mum obiectum intellectus multipliciter intelligi pot̄. Pri
mo p̄mitate cōtatis et est illud qd adēquate continet oia
intelligibilia. Secūdo p̄mitate immutationis et hoc est
illud quod primo mouet intellectum. Tertio p̄mitate ex
clusionis et ē illud qd a solo intellectu cognoscit. et tale di
ci pot̄ intellectus obiectum p̄p̄ia. Quarto p̄mitate p̄
sectionis et hoc est illud qd est nobilius inter oia intelli
gibilia. Et penes hanc distinctionē poni possunt infra scri
pte conclusiones. Prima cōclusio ens transcendens su
ptum est primum obiectum intellectus p̄mitate cōtatis. p̄
quia adēquate omnia intelligibilia continet. Secūda
cōclusio ponit a quibusdam indiuiduū vel singulare ē pri
mum obiectum intellectus p̄mitate immutationis. p̄
quā eos quia intellectus primo mouet ad phantasma ip
sius indiuidui representatiue et p̄ consequens obiectū pri
mo intellectu immutā ē ip̄ singulare. Et hac conclu
sione sequit̄ primo q̄ prima spēs q̄ recipit i intellectu pos
sibile ē spēs singularis. Seq̄ secūdo q̄ intellectus pri
mo intelligit singulare q̄ vniuersale et plura silia possent in
ferri. Sed hanc cōclusionē sic argui solet. primum ob
iectum et potentia debet ad inuicē p̄portionari. sed singu
lare et intellectus nō p̄portionat̄ cū singulare sit materia
le et intellectus abstractus. ergo rē. Item si intellectus
possibilis primo intelligeret singulare non oporteret po

nere intellectu agentem A. x. in capitulo sequenti et p̄
batur cōsequētia q̄ intellectus agens non ponit nisi vt
abstrahat quidditatem a conditionibus materialibus impe
dientib⁹ cognitionē intellectus possibilis. sed si cōditiones
materialis essent primo intellecte ille nō impediret cogni
tionem intellectus possibilis. ergo non oporteret ponere
intellectu agentem vt a conditionibus materialibus ab
straheret qdditatem. quare rē. Tertia cōclusio ē imēdiate p̄
cedentē cōter ponit. qdditas i phantasma relucens ē
primum obiectum intellectus p̄mitate immutationis. Ista cō
clusio q̄ est de mēte cōmentatoris sic arguit̄. Illud ē primum
obiectum immutā intellectus cuius spēs prius recipit i intellectu
sed qdditas i phantasma relucens est huius. igit̄ rē. mi
nor: p̄bat q̄ spēs intelligibilis que prius recipit i intellectu
aut est spēs singularis aut vniuersalis qdditatio rei imu
terialis representatiue aut vniuersalis qdditatio rei ma
terialis p̄p̄ia phantasma. Vnde dicit nō pot̄ q̄ ex quo
intellectus nō ē hic et nūc i ip̄o nihil recipit pot̄ qd sit hic.
et nūc nec ē scdm̄ q̄ immaterialia nō intelligit̄ primo ab in
tellectu sed i postremo vt post ostēdet. ergo relinq̄ tertius
et sufficienti diuisione et sic p̄ tertia cōclusio. Ex quo primo
sequit̄ q̄ quilibet spēs q̄ recipit i intellectu ē vniuersalis.
Seq̄ secūdo q̄ intellectus prius intelligit vniuersale q̄ singu
lare. Sed hoc arguit̄ p̄bando q̄ si intellectus prius in
telligit vniuersale q̄ nūq̄ pot̄ intelligere aliqd̄ singulare.
q̄ vniuersale ē aliquid idēdē ad oia sua singula
ria et p̄ p̄ia p̄ cognitionē vniuersalis nō magis ducet i
tellectus i cognitionē vniuersalis q̄ alterius. sequitur
ergo q̄ aut simul ducet i cognitionē oium singulariū. qd
est falsū. aut nullū et hoc ē p̄positū. S̄ orte dicit q̄ h̄ cogni
tio vniuersalis sit necessaria. dispositio intellectus ad in
telligendū singulare illius vniuersalis ipsa tñ nō sufficit.
sed et regit̄ cōuersio intellectus ad phantasma illius singu
laris et q̄ nō cuiuslibet singularis phantasma ē i sensu. s̄
alicuius. iō intellectus post cognitionē vniuersalis illud
singulare intelligit ad cuius phantasma se cōuertit. Sed
tunc ē dubiū qd ē ista cōuersio et qualiter fiat. Vñ videt̄
q̄ intellectus ita cōuertat se ad phantasma i principio sicut
post intellectiōē vniuersalis q̄ tñ intellectus agens q̄ pos
sibilis semp̄ sunt sufficienter p̄ntes ipsi phantasmata et ni
hil aliud videt̄ regit̄ ad huius cōuersiōē. quare sequit̄
q̄ intellectus ita intelligit singulare in principio sicut vni
uersale. Et p̄ hoc dicit̄ alii q̄ intellectus p̄ eandē spēm in
telligit singulare et vniuersale indifferēter tñ. q̄ vniuersa
le intelligit p̄ spēm vniuersale scdm̄ se sumptā et vt est vni
uersalis representatiue et eandē intelligit singulare vt est cō
formis phantasmata a quo causata est et i cōseruari depen
dent. Sed h̄ illos arguit̄ q̄ hoc dato sequeretur q̄ intelle
ctus prius intelligeret qdditatem q̄ indiuiduū cuius opposi
tū ipsi dicit̄. Velunt enī q̄ intellectus prius intelligit acci
dens q̄ substantiā et q̄ prius intelligit indiuiduū sumptū
p̄ supposito cū accidentibus sensibilibus indiuiduū
q̄ qdditatem. Et sequela sic arguit̄ q̄ intellectus prius intel
ligit illud qd intelligit p̄ spēm absolute sumptā q̄ qd in
telligit p̄ eam sumptā i relatione ad aliud videlicet ad phan
tasma cui est cōformis intelligit indiuiduū vt opino po
nit. ergo intellectus prius intelligit qdditatem q̄ indiuiduū
p̄ p̄ia et maior declaratur q̄ ē absolutū alicuius p̄ ē
q̄ cō respectu eiusdem et p̄ p̄ia prius est spēs scdm̄ se
sumpta et put̄ est qdditatis representatiue q̄ sumpta i or
dine ad aliud et vt est conformis phantasmata: quare p̄
intelligit intellectus illud qd p̄ ipsam absolute sumptā in
telligit q̄ qd intelligit p̄ eā sumptā i relatione ad aliud.

Item arguit̄ secūdo si intellectus intelligit singula
re singulariter aut intellectiōē singulari aut vniuersali.
non intellectiōē singulari q̄ fm̄ eos in intellectu nō est
aliquid accidens indiuiduatum cum hic et nunc. nec intel

lectione vniuersali q: p intellectione vniuersale intellectus solū vniuersaliter comprehendit. Vñ non apparet veri- simile q: sola cognitio vniuersali singulare singulari cōprehendat. ppter bec et alia huiusmodi descendēdo opi- nionem supius posita q: tenet fides nra de aia intellectua mihi vñ dicendū q: non inōducit et tenere secundam con- clusionē premisā de mō intelligendi ipsius intellectus. Et argumenta ad eius oppositū adducta facili- ter solui pnt.

Ad primū igitur dī q: intellectus nō sit materialis si- cut plura intelligibilia ipsa sū adinuicē pporcionatur sicut mouens et motū et sicut actiū et passiū mō quo supra fu- it ostensū. Ad sū dī q: nō ponit intellectus agens vt re- moueat cōditiones indiuiduātes. sed vt cōcurrat ad pdu- ctionem speciei intelligibilis quam phantasma se solo non posset pducere qm materiale nō pot agere in imateriale nisi virtute alterius agentis imaterialis. Quarta con- clusio qddus est primū obiectū intellectus primū ex- clusio p3 ex quo a solo intellectu cognoscit. Quinta con- clusio deus est primū obiectū intellectus primū pfectio- nis p3 q: est pfectissimū intelligibilū. Ad rōnes i op- positū. Ad primā p3 ex dictis qualiter vtrūq: p3 pot de- di. s. q: prius intelligat singulare et q: prius intelligat vni- uersale. Ad cōfirmationē dī q: absolute singularia sūt facilius cognoscibilia. q: facilius cognoscimus p sensum q: est singulariū q: p intellectu q dī esse vniuersaliū. Et hoc voluit A. i. auctoritate predicta. Sed tñ sū conde- virtutē que pot vtrūq: cognoscere videlicet sū intel- ctū facilius cognoscunt vniuersalia q: singularia apd ter- tiam cōclusionē licet oppositū sit dicendū sū secundā con- clusionē vt patet i questione. Ad secundam dī q: pna valeret si qdditas cēt primū obiectū intellectus primū cōtatio et si sensus et intellectus nō essent virtutes inuicē subordinatē quoz neutrum est verū. Ad tertiā dī q: multa sūt intelligibilia: sunt intelligibilia que nō sunt sensibi- lia vt substantie abstracte accidentia que sūt in aia intel- ctua et reliqua huiusmodi. Sed qualiter intellectus i tel- ligendo dependat a phātalmate prius p pte dictum fuit et pōt amplius inquiri.

Dubitat autem vtrūq: aliquis: si intellectus simplex est et impassibilis: et nulli nihil h3 cōe sicut dicit Anaxagoras quō intelligere pati aliquid est. In quantum aliquid commune vtrūq: hoc qui- dem agere: illud vero pati videtur.

Ad dī A. p. mouet quasdam dubitationes et diuidit in du- os ptes. q: primo mouet. secūdo soluit ibi. Aut pati. Pri- ma adhuc i duos sū q: duas dubitationes mouet ibi secū- da. Amplius aut. De prima mouet dubitationem pri- mam que est quomō intellectus intelligit cū intelligere cō- sistat in qddā pati et intellectus ex quo ē simplex et ipassi- bilis pati non possit. Vñ de dī. Dubitatur aut vtrūq: a- liquis. Si intellectus simplex est et impassibilis et nulli ni- hil habet cōmune. i. cum nullo cōmuneat i materia sicut dicit Anaxagoras: quomodo intelligit si intelligere ē pa- ti aliquid: nam hoc qdem. s. agens videt agere. Illud ve- rē. s. patiens videt pati: in quantum aliquid est commune vtrūq: Intelligendū q: agens et patiens d3 cōicare i materia vt declarat i primo de generatione. Cum ergo in- tellectus sit mixtus materie nō videtur cū alio i materia cōicare. et p pna a nullo poterit pati. Et q: intelligere ac- cidit in quodā pati sequitur q: intellectus nō poterit intel- ligere cuius tñ oppositū ostensum est supra.

Amplius autem si intelligibilis et ipse: aut enī alijs inerit intellectus: si non secundum aliud ipse intelligibilis est: vnum autem aliquid intelligibile. Si autem sit mixtum aliquid habebit quod facit i

teligibile ipsum sicut alia.

Nunc ostendit quod intellectus qui cognoscit aliquid per suum contrarium est quid in potentia dicens. Oportet autem huius intellectum qui cognoscit aliquid per suum contrarium esse in cognoscens potentia et esse in ipso aliquomodo ipsum contrarium per quod aliud cognoscitur. si vero alicui intellectui non inest contrarium per quod aliud cognoscit vel potentialiter ad recipiendum aliquod contrarium ipsum se ipsum cognoscit: et est actu separabile ut est intellectus intelligentiarius et maxime cause prime. Intelligendum primo secundum commentatorem: quod oportet ut intellectus cognoscens habitum et suam privationem sit eadem virtus in se quod admodum cognoscens obscuritatem et lucem est eadem virtus visus. Et quod ista virtus cognoscens comprehendat privationem comprehendendo ex se esse in potentia cum fuerit in potentia: et comprehendat ex se virtutem. scilicet esse in potentia et esse in actu: et ista est dispositio intellectus malis. Vult igitur quod si aliqua virtus debet comprehendere privationem per cõceptum simplicem et affirmativum cuiusmodi sunt tenebra cecitas etc. quod illa comprehendat se esse in potentia per quod aliter non comprehenderet se venire de notitia habitus in notitiam privationis et notiter dicitur per cõceptum simplicem et affirmativum: quod de comprehendenti bus per cõceptum completum et negativum: ut plerique debet de sensibus illud non expedit: quod nullus sensus est supra se cõversivus: et talis virtus etiam debet comprehendere se aliquando esse in actu et aliquando in potentia cum comprehendat aliquando se habere notitiam habitus: et non adhuc privationis. sed ipsam postea acquirere ex consequenti et per deductionem: ut post apparebit. Intelligendum secundo secundum commentatorem: quod si fuerit aliquis intellectus qui non invenitur quandoque intelligens in potentia et quandoque

Tertius

intelligens in actu: tunc ille intellectus non intelliget priuationem omnino: immo nihil intelliget extra se: et hoc est vnum eorum quibus diuiditur iste intellectus. scilicet materia ab intellectu agente. scilicet in hoc intellectu materiali inuenitur vtriusque: in agente autem actus tantum non potest. Et quibus velle videtur commentator: quod nulla intelligentia intelligat aliquid extra se: quia quilibet est semper actu intelligens: tenendo tamen quilibet intelligentiam intelligere priuationem: ut multi asserunt dictum commentato: ris sic posset gloriari videlicet quod nulla intelligentia intelligat priuationem omnino. scilicet per notitiam distinctam a notitia habitus sibi oppositi. sicut facit intellectus possibilis: quoniam quilibet intelligentia per propriam essentiam intelligit vtriusque videlicet habitum et priuationem. Et cum dicit quod nihil intelligit extra se: sic moderari potest quod nihil intelligit quin illud intelligat intelligendo se. sed de isto amplius supra commento quinto.

¶ Et autem dictio quod aliquid de alio: sicut affirmatio vera est: aut falsa: omnis intellectus autem non omnis. sed qui est ipse quid est: sed in hoc quod aliquid erat esse: verus est. et non aliquid de aliquo sed sicut videtur proprii verum est. si autem homo album aut non: non verum semper. sic autem se habent quecumque sine materia sunt.

¶ Hic comparat intellectum simplicium ad intellectum compositum: et duo facit. primo hoc. secundo resumit quod dicta superius ibi. Idem autem est. Dicit de prima quod hoc sit differentia inter intellectum simplicium et intellectum compositum: quoniam intellectus simplicius semper est verus. sed intellectus compositum non semper est verus. sed aliquando verus et aliquando falsus. unde dicitur. Est autem omnis quidem dictio. id est compositio in qua aliquid dicitur de aliquo: sicut affirmatio aut supplet negatio vera aut falsa. sed non omnis intellectus est verus vel falsus. sed intellectus simplex qui est ipse quod quid est: in hoc quod aliquid erat esse. id est ipse quidditatis et essentie rei verus est. scilicet semper: sed intellectus compositus in quo aliquid dicitur de aliquo non semper est verus. sed est aliquando verus et aliquando falsus. Et hoc declarat per simile dicens quod sicut videre respectu proprii obiecti visus semper est verus: sic intellectus simplex de ipso: quod quid est semper est verus. Videre autem si ille qui est albus sit homo aut non: non est verum semper. sed est aliquando falsum: et similiter est de intellectu composito. Et postea subdit: quod quecumque aut sunt sine materia sic se habent. scilicet quod semper sunt vera et nunquam falsa. Intelligentiam quod commentator: commento. xxvi. illam litteram: sic autem se habent quecumque sine materia sunt. dupliciter exponit. Vno modo quod sicut visus respectu sensibilis proprii semper est verus. Et circa autem sensibile non proprium: et maxime per accidentis non semper est verus. sed multoties falsificatur: sic se habet circa intellectum materiale: qui est a materia separatus quod ipse in actione eius propria: que est formatio et simplex quidditatis cognitio: semper est verus. sed in actionibus eius per accidentis et non propriis in quibus aliquid de aliquo dicitur non semper est verus. sed multoties falsus. Et hoc expositio magis adheret translationi antiquae que est in numero singulari: videlicet ut etiam est dispositio eius quod est abstractus a materia: et hanc expositionem imitatur Agidius. Alio modo eam exponit commentator dicendo quod sicut visus respectu obiecti proprii semper est verus: sic est de dispositionibus intellectum abstractum a materia sine ipsarum intellectus: et earum que in suis actionibus semper vere et nunquam

falsae: cum in eis non inueniatur actio per accidentis: que est cum compositione predicati cum subiecto. sed solus actio per se simplex et intuitiva: quia suum intellectum est abstractum a materia: et huic consonat translatio noua que est in numero plurali. et eam Albertus insequitur.

¶ Idem autem est finis actus scientie rei: que vero finis potentiam tempore prior est in vno omnino autem neque tempore sunt enim ex actu ente ordinata. Resumit quedam superius dicta dicitur. Scientia autem in finem actum est idem rei scilicet: scientia vero que est finis potentiam in vno est prior quam scientia in actu. Omnino autem. id est vniuersaliter neque tempore. scilicet est prior scientia in potentia: scientia in actu. sed potius contra enim omnia que sunt in actu. postquam fuerunt in potentia sunt talia ex eo quod est actu: et hec omnia supra sunt declarata. Sed circa dicta cadunt duo dubia litteralia. Primum est quia videtur quod dicitur ibi contradicere. Nam in principio capituli dicitur: quod circa intellectum simplicium non cadit veritas vel falsitas. hic vero ponendo differentiam inter intellectum simplicium et compositum dicitur. quod intellectus simplicium semper est verus: ista autem repugnare videtur.

Secundum dubium est: quia dicitur. videtur velle quod prius cognoscatur per continuum sicut prius cognoscitur per habitum sibi oppositum: hoc autem est falsum: quia prius cognoscitur punctus quam continuum: et per consequens non cognoscitur per continuum: probatur assumptum: quia per dicitur in prologo libri primi. principia cognoscuntur ex cognitione suorum principiorum et electorum. sed indiuisibilia sunt electa et principia diuisibilia sicut punctus linee unitas numeri instans temporis. quare etc. Item quod ponitur in diffinitione alicuius prius cognoscitur cum diffinitio notificet diffinitum. sed in diuisibilia ponuntur in diffinitione diuisibilia sicut punctus in diffinitione. ergo etc. Ad hoc respondetur. Ad primum dicendo quod veritas dupliciter sumi potest. scilicet communiter et proprie. Communiter sumitur pro quacumque conformitate cognoscentis ad cognitum: et hoc modo sumitur hic dum dicitur quod intellectus simplicium semper est verus. Proprie autem sumpta sumitur pro conformitate alterius partis contradictionis: de qua potest esse dubitatio vel certitudo ad ipsam rem: et hoc modo sumitur supra cum dicitur quod solum circa intellectum compositum est veritas aut falsitas: similis distinctio poni potest de falsitate et sic mouetur instantia. Sed adhuc contra hoc aliquis posset instare probando quod non quilibet intellectus simplex est verus primo modo veritatem: capiendum. quia si sic: tunc cuiuslibet conceptui simplici intellectus posset in re aliquid correspondere: consequens falsum de his conceptibus chimera hircoecruus. ergo etc. Respondetur quod dictum dicitur. solum habet intelligi de intellectibus simplicibus immediate a phantasmatibus dependentibus: conceptus autem chimere et hircoecruus non sunt huius. sed immediate dependent a compositione intellectus componentis adinuicem diuersos conceptus disparatos absque copula verbali: sicut conceptum hirci cum conceptu cerui etc. Alii tamen dicunt quod illis terminis vocalibus: vel scriptis chimera hircoecruus non correspondent in mente conceptus simplices. sed complexi. Ad finem dubium conceditur quod continuum prius cognoscatur quam punctus caret continuitate et partium diuisibilitate: sicut vniuersaliter habitus prius cognoscitur quam priuatio. Ad odus autem finem quem intellectus ex notitia habitus deducitur in notitiam priuationis ei oppositae talis esse videtur: quoniam intellectus primo recipit in se speciem habitus per quam ipsum cognoscitur: deinde intellectus factus in actu per speciem habitus et eius cognitionem redditur vago.

robor qz prius: et efficitur potens deducere se ad cognoscendum omne illud quod habet ordinem aut habitum illi. Cum ergo privatio sibi opposita habeat ordinem ad ipsum sicut negatio habet ordinem ad affirmationem. id intellectus habita notitia habitus et positum per discursu deducitur in noticiam privationis seu privatum. Et quo patet qz per eandem speciem cognoscitur positum et privatum: successue tamen et per prius positum qz privatum. Idem etiam qz intellectus non possit intelligere non ens fm qz opponitur enti transcendentis su pro: quia tunc intelligeret non intelligibile: quod implicat: tamen bene potest intelligere hunc terminum non ens intelligit solum ens negative tamen. Ad rationes ergo in oppositum. Ad primam dicitur qz in notitia per se etia que ultimo habetur principia prius cognoscuntur qz principia. et hoc vult ibi A. x. sed in notitia imperfecta que in nobis est prior contingit e contra. Et similiter respondetur ad aliam.

Adetur autem sensibile ex potentia existente, sensitivo actu agens: non enim patitur neqz alteratur: ide alia hec species, motus: motus enim imperfecti actus: simpliciter autem actus aliter est qui perfecti.

Hec est quintum capitulum huius primi tractatus: in quo A. x. determinat de intellectu possibili per comparationem ad phantasmatum a quibus mouetur: et dividitur in duas partes: quia primo ostendit qualiter sensibile motus sensum, secundo assimilatur motui intellectus motui sensum: ostendendo qz ita se habent phantasmatum ad intellectum sicut sensibilia ad sensum: secunda ibi. Sentire quidem igitur. De prima vult qz sensibile deducit sensum et potentia ad actum: et qz motus qui fit in sensu a sensibili non est verus motus qui est actus imperfecti: sed est motus improprie dictus qui est actus perfecti. unde dicit, Sensibile autem videtur ex sensitivo existente in potentia esse agens actu. i. reducens sensum de potentia ad actum: non enim patitur neqz alteratur proprie. Unde hec species motus que fit in sensu est alia a motu proprie dicto. Ad motum enim proprie dictum est actus imperfecti et eius quod fluit successue de contrario in contrarium et de forma in formam donec perficiatur ut in tertio physico: cum fuit ostensum. Simpliciter autem aliter est actus: motus ille est actus perfecti cuiusmodi est ipsum sentire. Intelligendum primo qz transmutatio que fit in sensu a sensibili sive sit receptio speciei sensibilis sive sensationis non est motus proprie dictus propter duas causas. Prima est quia semper in motu proprie dicto aliqua forma abijciatur a subiecto cum sit de contrario in contrarium et in aduentu unius contrarii alterum abijciatur. In transmutatione autem sensus non oportet aliquam abijci formam: quia forma que inducitur scilicet species sensibilis vel sensatio non habet contrarium. Unde visus potest recipere speciem coloris aut visionem nihil deperdendo: et ita de alijs: et si in mutatione organi tactus reali aliquid obijciatur illud non per se facit ad eius immutationem spiritualem. sed magis impedit propter quod quantum prima immutatio sit verus motus: non tamen secunda. Alia causa est: quia in omni motu proprie dicto forma que inducitur successue: inducitur immutatione autem sensus forma que inducitur ut species sensibilis aut sensatio subito inducitur et in instanti. Intelligendum secundo qz commentator commentum. xxvii. movet unam questionem et soluit quomodo est et quomodo aliquid immutabile potest recipere cum causa receptionis sit materia. Soluit

dicendo qz materia non est causa receptionis simpliciter, sed solum individualis qualis non est illa que fit in immateriali.

Sentire quidem igitur simile est ipsi dicere solum et intelligere.

Assimilatur motum qui fit in intellectu motui sensus: et duo facit: quia primo assimilatur unum motum alteri quantum ad simplex iudicium et simplicem apprehensionem. secundo assimilatur unum motum alteri prout ibi habet esse delectatio aut tristitia: prosecutio vel fuga: ibi. Cum autem delectabile. Dicit de prima qz sentire quidem igitur quod est simplex apprehendere et iudicare fm sensum est simile ipsi dicere solum et intelligere idem iudicare et apprehendere solum qz intellectus: quasi velit dicere A. x. qz sicut sensus aliquando apprehendit et iudicat absqz hoc qz ibi sit delectatio aut tristitia: prosecutio vel fuga: sic et circa intellectum contingit, unde per dicere intelligit iudicare per intellectum: per intelligere autem apprehendere.

Intelligendum primo qz sensus et intellectus in multis operationibus assimilatur. Prima est simplex obijci apprehensio, non iudicando ipsum convenientis vel disconvenientis: et ad talem apprehensionem sive fit in se: sive in intellectu non sequitur delectatio aut tristitia et ex consequenti nec prosecutio vel fuga. Secunda est apprehensio complexa cum confirmatione aut negatione iudicando obiectum esse convenientis vel disconvenientis: et ad talem apprehensionem cuiuscunqz fuerit potentie sequitur delectatio si obiectum sub ratione convenientis apprehendatur: tristitia vero si apprehendatur sub ratione disconvenientis. Ex delectatione autem provenit appetitus ad prosecutionem. ex tristitia vero ad fugam et tandem per subordinationem motus virtutis ad apprehensionem suam et appetitum fit motus prosecutionis: ut delectabile attingatur: aut fuge ut triste cavetur. Sensus ergo et intellectus assimilantur in simplici obijci apprehensione complexa iudicando obiectum fore convenientis vel disconvenientis in delectatione vel tristitia et in prosecutione aut fuga. et hoc vult hic A. x. declarare. Intelligendum secundo qz in commento. xxvii. dicit similitudinem intelligere ad sentire aliter introductum. Vult enim qz in hoc sit simile qz sicut sentire est per se actio perfecta et sine tempore et absqz hoc qz ipsum precedat actio diminuta ita est de intelligere unde tam per sentire qz per intelligere cum fiant subito et in instanti acquiruntur forma perfecta et non forma diminuta que transeat ad ulterioris perfectionem sicut fit in motu proprie dicto: et hoc maxime verum est de actionibus primis et simplicibus sensus et intellectus caritibus compositione et divisione: ut supplet Albertus.

Cum autem delectabile: aut triste: aut affirmans: aut negans. prosequitur aut fugit et est delectari: et tristiari agere sensitiva medietate ad bonum aut malum: in quantum talia et fuga: aut et appetitus: hec que fm actum: et non alterum appetitum: et fugitum: neqz abinvenit: neqz a sensitivo: sed esse alterum est.

Nunc assimilatur motum intellectus motui sensus fm qz in his motibus habet esse delectatio aut tristitia: prosecutio vel fuga: et dividitur in duas: qz primo ostendit quod hec habeat esse in sensu. secundo quomodo in intellectu: ibi In intellectu autem anime. Dicit de prima: Cum autem delectabile aut triste apprehendit sensus aut affirmans aut negans ipsum esse convenientis vel disconvenientis tunc p.

tertius

sequitur aut fugit: et est delectari et tristari agere mediante virtute sensitiva ad bonum aut ad malum in quantum talia. Fuga autem et appetitus prosecutionis que sequuntur apprehensionem delectabilis vel tristabilis per sensum: sunt hec que sunt secundum actum. quoniam statim cum sensus apprehendit convenientis vel disconvenientis cum delectatione vel tristitia: animal actu appetit prosequi vel fugere. Post subditur quod non est alterum appetituum et fugitivum neque abinveniens neque a sensitivo secundum subiectum. sed esse eorum diffinitum est aliud. Intellegendum primo quod in illa particula: et est delectari et tristari et c. invenitur duplex littera. una dicitur: Et est delectari et tristari agere sensitiva mediante. et hec exposta fuit. Alia dicitur: Et est delectari et tristari agere sensitiva mediante. et exponitur id est sensu communi qui se habet sicut medium et centrum respectu sensuum exteriorum. nam sicut iudicia sensuum exteriorum complentur in sensu communi sicut etiam in eo completur delectatio et tristitia que sequitur ex illo iudicio. Et dicitur ad bonum aut ad malum. quia licet proprie loquendo solum intellectus comprehendat bonum aut malum secundum quod est bonum vel malum: tamen sensus dicitur esse ad bonum siue ad malum pro quanto delectatur vel tristatur prosequitur aut fugit comprehendendo bonum vel delectabile et malum vel tristabile secundum quod commentator exponit. Intellegendum secundo quod commentator commento decimonono illam partem Et fuga autem et appetitus hec que secundum actum aliter exponit. Vult enim ibi Aristoteles innuere differentiam inter appetitum sensualem et appetitum intellectuale que est quod appetitus sensualis semper est secundum actum id est respectu obiecti presentis. Intellegendum tertio quod per appetituum et fugitivum debemus intelligere virtutem desiderativam delectabilis et fugitivam tristabilis que est una et eadem virtus realiter: licet differat ratione et diversitate actuum respectu delectabilis et respectu tristabilis. quoniam respectu tristabilis appetit fugam: et respectu delectabilis prosecutionem. Unde sicut est eadem virtus gravitatis per quam gravitudo tendit ad locum deorsum et recedit a loco sursum. sic per eandem virtutem appetitum desideratur delectabile et abominatur tristabile. Appetituum ergo et fugitivum non sunt altera abinvenientes neque secundum subiectum neque realiter sed solum ratione. Deinde subdit Aristoteles quod non sunt altera a sensitivo: quod intelligi debet solum secundum subiectum: quia realiter differunt: et non solum ratione: quia sensitivus est cognoscitivus. appetituum autem non est cognoscitivus sed subordinatur cognoscitivo et in actualiter operando presupponit cognitionem. et per hoc distinguitur appetitus animalis a naturali qui non sequitur cognitionem. Aristoteles autem dixit appetituum et sensitivum non essentialiter ab invicem secundum subiectum contradicendo. Platoni quod posuit potentias anime ad invicem distingui: non solum ratione. sed etiam secundum subiectum dicendo intellectum esse in cerebro concupiscibilem: in corde nutritivum in epate. et quod sensitiva et appetitiva sunt simul secundum subiectum. Aristoteles superius secundo huius ratione firmavit. quia ubique est sensus et maxime iustus ibi est delectatio et tristitia secundum quod obiectum fuerit convenientis vel disconvenientis: ubiqueque autem est delectatio et tristitia ibi est appetitus. ergo ubiqueque est sensus ibi est appetitus.

Intellective autem anime phantasmata ut sensibilia sunt: cum aut bonum aut malum affirmat: aut negat: et fugit: aut prosequitur. propter quod nequaquam sine phantasmate intelligit anima.

Hic ostendit quomodo ex apprehensione delectabilia aut tristabilia per intellectum sunt delectatio vel tristitia: prosecution vel fuga sicut in sensu: ex hoc quia sicut sensibilia se habent ad sensum in movendo ipsum: sic phantasma se habet ad intellectum. et dividitur in duas. quia primo facit hoc. secundo quia mentionem fecerat de intellectu: quedam circa ipsum determinat. ibi secunda. Et oino in actioe. Prima adhuc in duas quia primo premitur intentum. secundo declarat ibi. Sicut enim aer. Dicitur prima quod intellective aut anime phantasmata sunt ut sensibilia. cum autem anima per intellectum affirmat aut negat bonum aut malum: tunc fugit aut prosequitur. propter quod anima intellectiva nequaquam intelligit sine phantasmate. Intellegendum primo secundum commentatoris commento. xxx. quod proportio imaginationis ad intellectum materialium est sicut proportio sensibilibus ad sensum. unde sicut sensus non sentit nisi presentibus sensibilibus a quibus movet recipiendo speciem sensibilem: sic intellectus materialis non intelligit nisi presentibus imaginationibus a quibus movet et recipit speciem intelligibilem: et quia species intelligibilis actualis intellectio dependet ab imaginatione non solum in fieri sed etiam in conservari. ideo subditur primo. quod intellecta universalia colligata sunt cum imaginationibus et corrupta per corruptionem eorum. Intellegendum secundo secundum primo. quod proportio intelligibilium ad imagines est sicut proportio coloris ad corpus coloratum non sicut proportio coloris ad sensum visus sicut estimavit Augustinus. Vult igitur commentator quod intentiones actu intellecte ita se habeant ad imagines siue phantasmata sicut se habet species vel intentio coloris ad corpus coloratum: et non sic se habent ad sensum visus. quia intentiones actu intellecte non recipiuntur subiective in phantasmatibus: sicut intentio coloris subiective recipitur in visu sed ipse effectus producantur a phantasmatibus sicut intentio coloris effectus producantur a corpore colorato. sunt autem subiective in intellectu materiali: quia ut dicit commentator: sicut sunt abstracta a materia: ita indigent subiecto abstracto a materia. ideo subdit: Sed intellecta sunt intentiones formarum imaginationis abstracte a materia et indigent necessario in hoc esse habere materiam aliam a materia quam habebant in formis imaginationis. Et quod intentio actu intellecta siue species intelligibilis non recipiatur in imagine ut dixit Augustinus. sic ergo arguitur primo. quia imagines efficiunt intellecta ut iam ostensum est. ergo si imagines ea receperunt: tunc res reciperet se et motor esset motum ita quod idem respectu eiusdem et secundum idem esset motor et motum. et hoc est impossibile.

Sicut enim aer pupillam huiusmodi fecit: ipsa autem alterum: et auditus similiter. Sed ultimus unum et una medietas: esse autem ipsi plura: quo autem discernit: quo differt dulce et calidum: dictum est quidem et prius dicendum autem et nunc. Et enim aliquid unum. sic autem et trius: sed hoc in proportionali: aut numero ens unus habent se ad utrumque sicut illa ad invicem. Quo enim differt non homogeneis iudicare aut contraria ut album et nigrum.

Declarat que dixerat et duo facit. quoniam primo declarat phantasmata sic se habere ad intellectum sicut sensibilia ad sensum. secundo autem declarat quod intellectus apprehendens aliquid delectabile vel tristabile prosequitur aut fugit. ibi secunda species quidem igitur. Prima iterum in duas. quia primo facit quod dictum est. secundo dicta sua in terminis manifestat. ibi: Sit igitur sicut.

Dicit de prima q. sicut aer. s. alter atus a colore fecit pupillam oculi huius. s. qualiter coloratam per impressionem speciei coloris in ipsam et ipsa pupilla altera facta seu altera alterum fecit qualem. quia sensum communem et auditus similiter immutatus a sono immutat sensum communem et vlt. quilibet sensus particularis immutatus a suo sensibili immutat communem sensum. sed ipse sensus communis est vnus vltimus et vna medietas ad quam terminantur immutationes omnium sensuum particularium: sicut omnes linee ducte a circulo conferentia circuli ad centrum terminatur ad ipsum centrum. est ergo sensus communis terminans omnes illas immutationes vnus per essentiam. sed ipsi sunt plura esse. vnde videtur dictum est prius in capitulo de sensu communi. Dicendum autem est. et nunc ille sensus quo anima discernit quod dulce est et calidum et est sensus communis. est enim aliquid formaliter licet per se diuersificetur. et sic est terminus vni omnium immutationum sensuum exteriorum. et hoc in proportionali. i. proportionabiliter se habet circa intellectum sicut circa sensum. quoniam intellectus est ens quid vnus numero se habet ad vtrumque intelligibilem ab eo sicut illa se habent adinuicem. s. sensus et sensibilia. quo enim differunt indicare non homogenea id est qualiter differunt indicare sensibilia diuersorum generum: aut contraria eiusdem generis ut album et nigrum: supple non facit diuersitatem in proportionato: quia vtrouque sicut se habent sensibilia ad sensum. sic se habent phantasmata ad intellectum. Intelligentium q. sicut sensus communis ad quem terminantur immutationes omnium sensuum exteriorum est vnus secundum rem. s. diuersificatur secundum esse secundum quod est terminus immutationis vnus sensus et secundum quod est terminus immutationis alterius sensus: et sic intellectus materialis est vnus secundum substantiam ad quem terminantur immutationes omnium phantasmatum et omnium intelligibilium. diuersificatur tamen secundum esse et rationem secundum quod est terminus immutationis vnus phantasmata et alterius. hoc autem non esset nisi phantasmata ita se haberent ad intellectum sicut sensibilia se habent ad sensum sine fuerint diuersorum generum: ut color et sonus. sine eiusdem generis contraria: ut album et nigrum. vnde sicut per sensum immutatam a sensibus particularibus possumus cognoscere differentiam coloris et soni et albi et nigri. sic per intellectum immutatam a phantasmatibus illorum sensibilibus possumus differentias illas cognoscere. et hoc vult hic A. declarare. quare et.

Sic igitur sicut a. album ad b. nigrum. g. ad d. sicut illa adinuicem: quare et permutatum. g. d. vni sunt existentia: sic se habebant sicut a. b. ad eundem qui dem esse autem non idem et illud similiter. Eadem ratio est et si a. quidem dulce sit: et b. vero album.

Ad manifestat quod dixit in terminis ponendo q. a sit album: b. vero nigrum: g. sit phantasma album d. phantasma nigrum. tunc arguitur sic: Sicut a se habet ad b: sic g se habet ad d. ergo permutatum comparando ista ad potentias suas sequitur q. sicut a b immutant eandem virtutem. s. sensum communem: ita g d immutant eandem virtutem. s. intellectum: quod non esset nisi sic sensibilia se haberent ad sensum: ita phantasmata se haberent ad intellectum. et sicut dictum est de albo et nigro que sunt eiusdem generis et suis phantasmatibus: ita argueretur de sensibilibus diuersorum generum a phantasmatibus suis. Dicit ergo. si igitur sicut a album ad b nigrum g ad d. s. se habet sicut illa adinuicem. quare et permutatum. sicut igitur g d vni sunt existentia vti utraque eius motina. s. intellectui hoc: sic se habebunt a b que et sunt motina vnius virtutis. s. sensus. Idem quidem est sensus secundum rem qui limitatur ab a. esse autem eis ut immutetur ab vno illorum non est idem cum esse eius ut immutetur ab altero et illud similiter. i. et similiter est de g d respectu intel

lectus ut patuit supra. et eadem ratio est siquidem dulce sit b vero album.

Species quidem igitur intellectus in phantasmatibus intelligit. et sicut in illis determinatur est ipsi imitabile et fugiendum et extra sensum: cum in phantasmatibus fuerit mouetur ut sentiens quod fugibile est. quia ignis contrarium cognoscit videns quod mouetur quoniam impugnans est. aliquando autem que sunt in anima phantasmatibus aut intellectibus et tanquam videns rationatur et deliberat futura ad presentia: et cum dixerit ut ibi letum aut triste: hic fugit: aut imitatur.

Nunc declarat q. intellectus apprehendendo aliquod delectabile aut tristabile affinitat aut negat et persequitur vel fugit dicens q. intellectum quidem intelligit species: i. formas vel quidditates materialium in phantasmatibus. Et sicut in illis phantasmatibus determinatum est sic ipsi intellectui determinatum mutabile et fugiendum et extra sensum cum in phantasmatibus id est cum sensibile quod est extra sensum id est ab sensu fuerit a phantasmatibus re-presentantibus ipsum per modum terribilis: tunc intellectus mouetur et accenditur in habitatione cognoscit communem id est ut communiter faciunt omnes. quoniam talis ignis est impugnans id est signum impugnationis et prelii. Aliquando autem non prius sensibus tanquam videns phantasmata aut intellectibus que sunt in anima rationatur et deliberat futura ut presentia. et cum dixerit. i. cognouerit respectu futurorum aliquid letum aut triste ut ibi. et sicut facit respectu presentium hic fugit. s. triste aut imitatur. s. letum. Intelligentium primo q. si intellectus prius sensibus potest comprehendere aliquid letum aut triste et imitari aut fugere. sic facit respectu presentium sensibus ut comparando futura ad presentia et iudicando de ipsis ac si presentia essent. Intelligentium secundo secundum primum. q. virtus cogitativa sicut declaratum est in libro de sensu et sensato quando innabit se cum informativa i. imaginativa et rememorativa innata est presentare et imaginibus rebus aliquamquam nunquam sensit in ea dispo-ne secundum quas esset si sensisset eam fide et informatione. i. cognitione completa et simpliciter. et sic intellectus iudicabit illas imagines iudicio vltimo. Et in mentio cogitationum nihil aliud est quam hoc. ut virtus cogitativa ponat rem absentem a sensu quasi re-sensatam id est presentem. et ideo comprehensibilia humana di-uiduntur in hec duo. s. in comprehensibile cuius principium est sensus: et comprehensibile cuius principium est cognitio. i. incomprehensibile presens et incomprehensibile ab sensu. vel secundum aliquos in formam sensatam vel in intentionem non sensatam. sed prima expositio plus deseruit proposito. Et si quis quereretur exemplum quomodo virtus cogitativa adiuta per imaginativam et rememorativam puenit ad cognitionem alicuius prius nunquam sensati ab illo cogitare tale potest adduci. Dato enim q. bonus naturalis cogitet de grandine futura in estate: et per virtutem memorati- uam memoretur se vidisse post talem calorem estiuum. et post talem nubem frequenter secutam fuisse grandinem. et per virtutem imaginatiua imaginetur de sensum gradinis tunc per virtutem cogitativam potest iudicare recte vero iudicio grandinem esse cito futuram ac si eam videret ac tu cadere. Intelligentium tertio secundum primum. q. non debet aliter quis dicere q. virtus cogitativa componit intelligibilia singularia id est diuisim intellecta. quia iam declaratum est q. intellectus materialis componit ea. cogitatio enim non est nisi in distinguendo individua illorum intelligibilia et presentia ea in actu

tertius

quasi essent apud sensum & ideo quando fuerint in p[re]sentia apud sensum: tunc cadet cogitatio & remanebit actio intellectus in eis. i. respectu eor[um]. Cogitativa ergo comprehendit individua sensibilia scilicet data q[uod] sunt absentia & futura et ea p[re]sentat intellectui ac h[ab]eant p[re]sentia c[on]parando ea ad p[re]senta ut patet ante fuit ostensum: que cum fuerint p[re]sentia apud sensum tunc cadet cogitatio non q[uod] nullo modo tunc cogitet de eis cogitativa: sed quia non amplius cogitabit ea esse futura & remanebit actio intellectus in eis. i. respectu eor[um] dum imutabitur per actum cogitativum.

Et oino in actione: & quod sine actione est ver[um] & falsum in eodem genere est cum bono & malo. sed in eo quod simpliciter differt & a quodam.

Hic d[icitur] q[uod] quedam determinat circa intellectum. & dividitur in tres partes. quia p[ri]mo ostendit quomodo intellectus speculativus differt a practico. secundo ostendit quomodo intellectus intelligit mathematica & naturalia. tertio querit utrum intellectus possit intelligere abstracta simpliciter ut sint intelligentie. ibi secunda abstractione autem dicta. ibi tertia d[icitur] autem contingat. De p[ri]ma vult q[uod] intellectus practicus & intellectus speculativus sint idem subiecto. sed tamen differt sicut universale differt a particulari. unde dicit. Et omnino in actione. i. intellectus practicus cui competit agere & operari: & quod sine actione. Intellectus speculativus cui competit speculari & non agere: supple sunt idem genere & subiecto: quod patet. q[uia] verum enim & falsum que spectant ad intellectum speculativum est in eodem genere cum bono & malo que spectant ad intellectum practicum. sed differt i[n] eo q[uod] simpliciter differt a quodam. i. differt intellectus speculativus a practico sicut simpliciter differt a quodam & universale a particulari quoniam intellectus speculativus considerat res ut habet esse simpliciter & universale: intellectus autem practicus considerat res ut habet esse quoddam seu particulare. Intelligendum p[ri]mo q[uod] per intellectum speculativum d[icitur] intelligit actum intelligendi vel habitum intellectualem qui sunt de ipsis universalibus & speculabilibus cuius finis est veritas vel aggregatum ex intellectu materialiter aliquo eorum. Per intellectum autem practicum intelligit c[on]similia de rebus particularibus habita a nobis de operationibus cuius finis est opus extrinsecum seu bonum. Et quo patet q[uod] per id quod est in actione intelligi habet intellectus practicus: per id autem quod est sine actione intellectus speculativus. Intelligendum secundo q[uod] illa verum & falsum sunt in eodem genere cum bono & malo dupliciter c[on]suevit exponi. Uno modo exponitur a commentatore commento. xxiij. dicendo q[uod] verum & falsum bonum & malum sunt in eodem genere p[ro]dicamentum. quia omnia ista sunt cognitiones que sunt de genere qualitatis. nam aliqua cognitio est vera & falsa: aliqua bona & aliqua mala. sicut verum est quoddam malum. Alio modo exponitur q[uod] verum & falsum que dividunt intellectum speculativum sunt i[n] eodem genere idem i[n] eodem subiecto. scilicet intellectu materiali differunt tamen formaliter ut dictum est supra.

Abstractione autem dicta intelligit sicut simum sicut q[uod] simum non separate. Inquantum autem curvum si aliquid intellexit actu sine carne intellexit in qua curvum sicut mathematica non separata tanquam si separata sint intelligit cum intelligat illud. Omnino autem intellectus qui sine actu res est intelligens

Ostendit qualiter intellectus intelligit mathematica & naturalia dicens. q[uod] abstractione autem dicta idem mathematica que abstracta dicuntur intellectus intelligit abstra-

bendo a materia sensibili sicut simum sicut q[uod] simum est intelligit non separate non abstractendo a materia sensibili: inquantum autem est curvum si aliquid intellexit actu: sic carne utiq[ue] ipsum intellexit in qua est curvum. Sic mathematica licet non sint separata tanquam separata sint intelligit cum intelligat illud idem aliquid illorum. omnino autem idem est universaliter intellectus qui est secundum actum est sicut res scilicet intellecte. Intelligendum q[uod] Aristoteles per ista que dicit non vult aliud nisi q[uod] res intelligitur ab intellectu abstracte vel non abstracte a materia sicut q[uod] in sua ratione includunt vel non includunt materiam. & quia naturalia in sua ratione includunt materiam sensibilem ut simum carnem nasi: & ita de alijs. ideo naturalia non possunt abstrahi a materia sensibili sed semper cum ea intelliguntur. Mathematica vero licet secundum esse semper reperiantur in materia sensibili: quia tamen i[n] sua ratione eam non includunt sed solum materiam intelligibilem videlicet quantitatem. ideo sic materia sensibili intelliguntur: non autem sine materia intelligibili. unde curvum quod formam mathematica dicit. sed secundum esse in carne nasi reperitur. quia tamen eam in sua ratione non includit sed quantitatem: ideo sine carne nasi intelligi potest. sed non sine quantitate. qualiter autem non separata possunt intelligi separate per abstractionem intelligendo unum & non aliud absq[ue] mendacio & falsitate: non autem per negationem unum ab alio removendo: in secundo philosophico plenius habet inquiri.

Autem contingit aliquid separatorum intelligere ipsum existentem non separatim a magnitudine aut non: considerandum posterius.

Nunc querit utrum intellectus possit intelligere abstracta simpliciter ut ipsas intelligentias dicens. Utrum autem contingit ipsum intellectum nostrum existentem non separatim a magnitudine intelligere aliquid separatorum idem aliquam substantiam separatam: aut non considerandum est posterius scilicet in metaphisica. Intelligendum p[ri]mo q[uod] solutio istius questionis pertinet ad metaphisicum ubi tractatur de intelligentijs. sed tamen in nulla ipsius parte habemus hanc questionem solutam ab Aristotele quia illius scientie complementum ad nos non pervenit: aut quia translatum non fuit: aut quia morte p[re]cens sententiam illam non perfecit. Albertus autem dicit Alpharabium tradidisse d[icitur] hanc questionem soluisse in decimo ethicorum ubi tractat de felicitate contemplativa eaz[um] ponendo in contemplatione dei & aliarum intelligentiar[um]. Sed dubitatur quia hic dicit d[icitur] intellectum nostrum non esse separatim a magnitudine superius dixit ipsi esse imitum & immaterialem: ista autem aduersari videntur.

Dicendum q[uod] intellectus diversimode est separatus et non separatus a magnitudine. nam superius dictus fuit separatus a magnitudine: quia non est organicus nec eductus est de potentia materie ut cetera forme materiam perficientes. hic autem dicitur non separatus a magnitudine aut quia eam perficit: & aut informat: aut saltem quia eam presupponit in operando: ut dictum est sepe. Intelligendum secundo q[uod] Commentator super hoc textu commentum trigemesexto facit unam longam digressionem i[n] qua pertractat hanc questionem scilicet utrum intellectus materialis secundum quod est copulatus nobis possit intelligere substantias separatas: que incipit ibi Op[er]et igitur p[ri]us perscrutari. Et dividitur principaliter in duas partes: in quaz[um] p[ri]ma recitat opiniones alior[um] de ista questione. in secunda autem ponit opinionem p[ro]p[ri]am. ibi dicamus igitur quoniam. p[ri]ma dividitur in tres p[ar]tes in p[ri]ma ponit opinionem Alexan. in secunda p[ro]p[ri]am

Themistij. in tertia ponit opinionem Auenpace. ibi se-
cunda. Dicamus igitur q. Themistius. ibi tertia Auepa-
ce autem. De hinc ponit opinionem Alex. ostendendo p-
mo q. si intellectus materialis dicatur esse generabilis et
corruptibilis. ut facit Alexander p. nullo modo poterit
p. ipsum continuari cum substantiis abstractis. Et arguit
sic. In rebus liberatis a materia intellectus est intellectu
omnibus modis ut superius ostensum est. ergo si substā-
tia generabilis et corruptibilis intelligeret formas abstrac-
tas et efficeretur idem cum eis: tunc natura contingens ef-
ficeretur necessaria: et hoc est impossibile. quare et c. Ad
hoc forte responderet aliquis dicendo q. Alexander vo-
luit q. essentia intellectus adepti in nobis quo intelli-
git formas abstractas non esset informatio facta de no-
uo in intellectu materiali que ante non erat: itaq. intel-
lectus agens non efficitur de nouo forma intellectus possibi-
lis sed copulatur nobiscū adeo q. sit forma nobis non in
principio sed postquā intelligimus alia entia. Sed contra
hoc arguit p. quoniam si ista copulatio esset facta postquā
non erat ut esset necessaria: tunc oponebit ut in illa hora in
qua ponitur esse sit transmutatio in recipiente aut in rece-
pto aut in viroq. sed impossibile est ut sit transmutatio in
recepto. s. in intellectu agente. ergo erit in recipiente. s. in
intellectu materiali. et si in intellectu materiali fuerit transmu-
tatio que ante non erat et non nisi per unionem intellectus
agentis secum ut forma postquā non videbatur. qre et c.
Vnde nisi esset talis noua receptio intellectus agentis no-
bis p. propria non esset differentia inter continuationem eius
nobiscū et cum alijs entibus et inter continuationem eius
in vna hora et in alia hora nisi ponamus continuationem
intellectus agentis nobiscū esse per alium modum q. p.
receptionem. et quis est ille modus quasi dicat non alius.
Postea dicit q. Alex. ppter scientiam istius modi vi-
detur ambigere in hoc. et dicit in libro suo de aia qd intel-
lectus qui intelligit abstracta non est intellectus materialis
nec intellectus in habitu. quia intellectus qui intelligit ab-
stracta est neq. generabilis neq. corruptibilis. sed tam in
intellectu materiali q. intellectus in habitu finem e. ge-
nerabilis et corruptibilis. quare et c. Deinde cum decla-
rauit q. intellectus qui est in nobis intelligit formas abstrac-
tas non est generabilis neq. corruptibilis dixit ipsum esse
intellectum adeptum finem Alex. et voluit istum intellectum non
esse virtutem neq. habitum aic. sed esse nobis ab extrinse-
co. Sed hoc arguit p. querendo qd intelligat Alex. p.
intellectum adeptum. aut enim intelligit intellectum agentem.
aut alium intellectum. si intellectum agentem: tunc remanet
ad hoc dubitatio de modo continuationis eius nobiscū et
noue. quomodo in postremo intelligimus per ipsum sub-
stantias abstractas et non in principio. Si intelligit intel-
lectum alium ab agente: similiter remanet dubitatio ut prius
de modo quo nobiscū continuatur ut sic arguatur. Si in
hac hora intelligimus substantias abstractas per intellec-
tum agentem et prius non intelligebamus. ergo in hac ho-
ra intellectus agens nobiscū alio modo copulatur q. p-
rius. sed ille nouus modus copulationis non est nisi noua
receptio. ergo intellectus agens de nouo recipitur in no-
bis vel in aliquo existente in nobis sed omne quod recipit
de nouo est generabile et corruptibile. ergo intellectus agens
de nouo recipitur ab aliquo generabili et corruptibili. et p-
consequens natura corruptibilis recipit naturam eternam
abstractam et vniuersalem. Et quo vltius sequitur q.
natura contingens efficitur necessaria: quod est impossi-
bile. et patet consequentia. quia abstractum et vniuersale non
recipitur nisi in re materiali et incorporea. et per consequens
eterna et necessaria. Postea commentator adducit que-
dam dicta Alexandri que posuit supra in quodam suo tra-

ctatu de intellectu que superius dictis repugnare videtur:
dicit enim illic q. cum intellectus qui est in potentia fuerit
completus: tunc intelligit agentem. quoniam sicut poten-
tia ambulandi quam habet homo in natiuitate venit ad ac-
tum ambulationis post tempus in quo perficiuntur et con-
plentur membra quibus fit ambulatio: ita intellectus qui
est in potentia cum fuerit perfectus intelligit ea que sunt
finem suam naturam intellecta et facite sensata esse actu intel-
lecta quia est agens. Et quibus omnibus vult q. intel-
lectus materialis non in principio sed in postremo intelli-
gat intellectum agentem et alias substantias abstractas: q.
repugnant dictis in libro de anima. Post in breui col-
ligit commentator dicta Alexandri dicens q. cum aliquis
aggregauerit omnia dicta Alexandri videtur ipsum opi-
nari q. quando intellectus qui est in potentia fuerit per-
fectus: tunc intelligentia agens copulabitur nobiscū per
eam intelligentiam res abstractas et faciemus res sensibi-
les esse actu intellectas s. q. ipse est forma in nobis. Et vi-
detur intendere per hunc sermonem q. quando intellectus
materialis fuerit perfectus habebit speculatiuum. et intel-
lectus in actu fuerit perfectus per cognitionem omnium
intelligibilium: tunc copulabitur cum eo iste intellectus a-
gens et fiet forma in eo. et tunc intelligemus per ipsum in
intellectum agentem res alias abstractas: non q. intellectus
materialis prius intelligat agentem. et ppter tale intelli-
gere fiat continuatio intellectus agentis cum eo. sed prius sit
continuatio. et per talem continuationem intellectus age-
ns cum intellectu materiali postea intelligemus per ipsum
intellectum agentem res alias abstractas. Et q. hoc su-
cit mens Alexandri declarat commentator: per quedam
verba ab eo posita in suo tractatu de intellectu vbi dixit q.
quando intellectus qui est in actu idest agens fuerit cau-
sa finem suam intellectus materialis in actione eius p-
pria. s. in abstractando et informando idest intelligendo vna
quamq. formarum materialium in ascendendo apud illa
formam idest continue melius et plura intelligendo et plu-
ri lumine recepto ab intellectu agente: tunc intellectus agens
erit adeptus qui non est pars anime neq. virtus anime.
sed sit in nobis ab extrinseco quando nos intelleximus
per ipsum. quoniam tunc erit vltima forma in nobis.
Fundamentum ergo Alexandri est q. intellectus agens
est primo causa agens intellectum materiale et intellec-
tum quiescentem in habitu. et ideo non copulatur nobis cu pri-
mo. sed cum intellectus materialis fuerit perfectus tunc a-
gens fiet forma materialis et copulabitur nobiscū: et in-
ligemus per ipsum res alias abstractas: non tamen q. in-
tellectus qui est in habitu intelligat hunc intellectum agen-
tem. quia intellectus in habitu est generabilis et corrupti-
bilis. intellectus autem agens est neq. generabilis neq. cor-
ruptibilis. Sed contra hoc arguit commentator: ut prius
sic. quoniam finem istam opinionem intellectus agens est de
nouo forma intellectus in habitu postquam non fuit et hoc
provenit ab aliqua dispositione facta de nouo in intellec-
tu in habitu que prius non erat: que quidem dispositio est
ca q. intellectus agens est forma intellectus in habitu p. q. si fuit et illa
dispositio vel est receptio noua: vel alia dispositio est receptio noua
ergo recipiens est nouus. et sic illud quod est generabile et
corruptibile recipiet eternum et assimilabitur ei. et per con-
sequens generatum fiet eternum: quod est impossibile.

Si autem sit alia dispositio a receptione querit commen-
tator que sit illa quasi dicat q. non pot esse alia a receptio-
ne. Et subiungit Commentator: ad hoc opinionem Al-
pharabii in sua Nichomachia: qui dixit quod est impossi-
bile quod corruptibilis recipiat eternum. et quia intellectus
materialis est corruptibilis ut opinabatur. ideo intellectus
materialis nec recipit intellectum agentem. et ex consequens

tertius

nec alias substantias abstractas. unde posuit q. intellectus agens non comparatur ad nos sicut forma: sed solum ut agens. h. in contrariū dixit in epla sua de intellectu ubi voluit q. intellectus malis potest intelligere substantias abstractas.

Deinde ponit commentator unam rationem contra ponentes intellectum materiale esse eternum et q. posset intelligere substantias separatas. quoniam ex his statim sequi videtur q. semper in presentia intellexit eas et semper in futuro intellexit eas: cuius contrariū cōter ponit quoniam tunc puer in primo instanti sue natiuitatis intelligeret substantias separatas. et p. p. quia in primo instanti natiuitatis pueri secum copulatur intellectus malis. sed q. cito intellectus malis copulatur nobis tā cito sibi et ex p. nobis copulatur intellectus agens. ergo etc. Hanc tamen rationem p. dupliciter soluit. Primo dicendo q. intellectus malis nō copulatur nobis in principio. quia nō copulatur nobis nisi per cōpulationem cū formis imaginatis. et hoc non est in primo instanti esse pueri. Secundo soluit dicendo q. modus copulationis intellectus materialis nobiscū est alius a modo copulationis intellectus agentis cū intellectu malis. et p. p. intellectus agens nobiscū. quare non sequitur q. si aliquis aliquid copulet intellectus materialis q. p. tunc copulet intellectus agens. Et dicit p. q. si esset idem modus copulationis utriusq. intellectus sed in alia et alia dispoñe: tunc querebatur que esset illa dispositio et assignari non posset.

Ad id vltimum cōmentator aliqua et dicit. Quē pace multum curiosum fuisse in solutiōe huius q. nōis et declaratiōe possibilis continuationis hōis cum substantijs separatis: que quia facilia sunt breuitatis causa relinquuntur. Dicitur igitur q. Themistius. Hic narrat opinionē Themistij adducendo rationem suam per quam pbat q. intellectus materialis potest intelligere substantias abstractas que tenet per locum a maiori. et arguit sic. Intellectus materialis potest abstrahere formas a materijs et intelligere eas. ergo a fortiori potest intelligere formas que de se sūt abstracte a materia. patet p. quia intellectus materialis cū sit abstractus maiorem cōuenientiam et similitudinem habet cum formis alijs abstractis q. cum formis materialibus.

Pro hac rōne dicit cōmentator q. aut intellectus materialis est corruptibilis: aut non. si intellectus materialis sit corruptibilis et virtus in corpore. consequentia illa non valet: sicut a simili non sequitur. Lūne solis est de se magis visibile q. color: quia color non videtur nisi per lumen solis. sed visus potest aspicere colorem. ergo magis potest aspicere lumen solis. patet q. non valet consequentia. p. hoc q. visus est admixtus materie. Si autem intellectus materialis fuerit incorruptibilis et non admixtus materie: tunc illa consequentia erit bona. quia in cōmpendentibus que non sunt admixta materie quod intelligit minus perfectū intelligit etiam magis perfectum: et non cōuerso. Et hoc sic solet exponi q. in separatis a materia quod habet naturale desiderium ad intelligendum minus perfectum habet naturale desiderium ad intelligendum magis perfectum: et non cōuerso. quia cognitio rei nobilioris est nobilior et ad eam est maior inclinatio s. naturam. Sed statim contra Themistium monet cōmentator unam dubitandē que est talis. Et quo intellectus materialis potest intelligere intellectum agentem et alias substantias separatas q. re intellectus agens non continuatur nobis in principio quando nobiscū continuatur intellectus materialis: sed solum in postremo. Huic questioni adducit cōmentator unam rōnem Alex. superius positam que est q. oēs ens generatum quando puerit ad finem in sua generatione ad vltimam perfectionem tunc peruenit ad finem et ad cōplementum in sua actione. Si fuerit ex entibus actiuis aut in sua passione si fuerit ex entibus passiuis: aut in viresque si fuerit utriusq. sicut patet de ambulante et ambulatione.

ro qua agens intelligit seipsum. s. per essentiam intellectus agentis: et per talem intellectiōnem esse eternam ad quas phantasia nullo modo cōcurrit. quare et cetera. Et huiusmodi vis non in toto concordat Albertus dicens: quod intellectus statim adeptiōnis non contingat intellectus intelligere absque phantasmate: tamen post statim adeptiōnis bene potest videlicet postquam intellectus possibilis totum lumen intellectus agentis adeptus fuerit. Unde tunc aggregatum ex utroque dicitur intellectus adeptus. Secunda opinio est sancti Thomae dicitur esse impossibile intellectum nostrum corpori coniunctum aliquid actu intelligere nisi ad phantasia se conuertat: quod duabus evidentis ostenditur: quarum prima quoniam cum intellectus sit potentia nō videtur organo corporali nullo modo in suo actu impediretur perfectionem organi corporalis nisi ad eius actum requireretur actus alicuius potentie videntis organo corporali. sed certum est quod intellectus in suo actu impeditur per lesionem organorum virtutum sensitiuarum interiorum. ergo intellectus pro suo actu indiget actu alicuius sensus interiorum: et talis dicitur phantasia. igitur et cetera. per consequentiam et maior: minor autem ad experientiam declaratur. nā intelligendo non solum de nouo scientiam acquirendo. sed etiam videntis scientia precepta per lesionem organi virtutis imaginatiue: ut in freneticis accidit: aut memoratiue ut in litargiis accidit. Secunda euidētia est quia quando aliquis conatur aliquid intelligere format aliqua phantasmata per modum exemplorum in quibus quasi inspicit quod intelligere studet: et propter hoc cum aliquis volumus facere aliquid intelligere proponimus sibi exempla de quibus phantasmata formare possit ad intelligendum. Alterius addit quod quia potentia cognoscitiua proportionatur cognoscibili: ideo intellectus angelicus qui totaliter a corpore est separatus proprium obiectum est substantia intellectualis a corpore est separata: et per huiusmodi intelligibile materialia cognoscit. sed intellectus humani qui corpori est coniunctus obiectum proprium est quidditas in materia corporali existens: et per huiusmodi rerum visibilium quidditates sive naturas inuisibilium rerum aliter qualem accipit cognitionem. Et quia de ratione quidditatis rei materialis cum non sit absque materia corporali ē quod sit existens in aliquo individuo ideo ab intellectu nostro corpori coniuncto cognosci non potest: nisi ut est existens in aliquo particulari: non autem per sensum et imaginationem comprehendimus particulare: quare necesse est ad hoc quod intellectus noster intelligat quidditatem rei materialis que est suum proprium obiectum: ut ad phantasia se conuertat et speculetur naturam vniuersalem existentem in particulari ubi obiectum proprium nostri intellectus esset substantia separata vel quidditas rei sensibilis non existens in particularibus: ut solato posuit: tunc oporteret quod intellectus noster in intelligendo se conuerteret ad phantasia. Tertius modus fuit quorundam modernorum qui in intellectu possibili duplices posuerunt species. s. abstractas ex phantasmatibus per actionem intellectus agentis: et sicut tales non potest intellectus intelligere quin concurrat phantasma: et hoc semper accidit in principio dum intellectus incipit intelligere. Alias autem species posuerunt intellectus ex precedentibus per operationem intellectus possibilis facti in actu: et sicut tales potest intellectus intelligere non concurrente phantasmate: quia tales non dependent a phantasmate sicut priores: sed remanere possunt in intellectu cessante omni operatione sensus: et hoc declarant per eos qui extasim patiuntur qui si pungantur non patiuntur ex eo quod a sensibus sunt abstracti: et tamen intelligunt cum post reuersionem ad opera sensuum multa mirabilia dicant que ignorauerant prius.

Volunt ergo isti quod intellectus semper in principio quando in-

tellectus incipit intelligere concurrere: phantasma tamen in p. esse postquam factus est in actu etiam ante adptiones intelligere potest absque phantasmate. Ex quibus omnibus patet qualibet intelligi habeat quod hic dicitur. *Ar. vi. delectat q. necesse est quodcumque intelligentem phantasma aliquod speculari: quoniam secundum primum modum intelligi habet de intelligente intellectione noua: et secundum secundum verba iacet et secundum tertium in principio quando intellectus incipit intelligere.* Ad rationes autem in principio adductas respondetur. Ad primam responderi potest secundum viam dicendo quod species reseruate in intellectu non sufficiunt ad hoc ut actualiter intelligat. sed requiritur et conuersio intellectus ad phantasma per quam fiat in actu completo: ut dictum fuit supra. Vel potest dici secundum aliam viam quod requiruntur phantasmata tamque agentia a quibus species totaliter in conservari dependet. Et cum arguitur quod tunc non essent habitus in intellectu. respondetur negando consequentiam: quia habitus intellectuales dependunt autem in conservari a phantasmatibus: quia tamen conservantur quod est: semper est eis sufficienter presens quod non contingit de lumine et luminoso et reliquis huiusmodi: ideo non obstat quin illi sint habitus. Ad secundam cum arguitur quod tunc non intelligeret intellectus: nisi illud cuius phantasma esset in sensu. negatur consequentia. Et apud viam sancti Thomae sufficit quod nunquam intelligat intellectus corporis unitus: nisi in sensu sit phantasma illius quod intelligitur: aut alterius ad quod ipsum intellectum habitudinem habet. De modo vero secundum quem intellectus unitus corpori intelligit substantias separatas parit supra per commentatorem qui vult quod postquam in intellectu possibile est completa generatio intellectus speculativi sine habitu: quod in intellectu agens unitur sibi ut forma totum suum lumen ei communicando: et tunc possibile intelligit agentem per substantiam ipsius intellectus agentis: et quia intellectus agentis unitur intelligentie superiores ut intelligentia lumen immediate: et mediante ea intelligentia immediate superior: et sic ascendendo usque ad primum et eas per seipsas intelligit: ideo mediante intellectu agente intelligentie unitur cum intellectu possibili: et ab eo per seipsas intelligitur. Et sic secundum cum intellectus possibilis secundum statum vite presens cognitione intuitiva aut mere substantiali substantias separatas intelligere potest. Sanctus autem Thomas in hoc Auerrois aduersatur dicendo intellectum nostrum corpori coniunctum nullo modo substantias separatas cognitione intuitiva ac mere substantiali intelligere posse. sed solum per discursum et secundum aliqua ipsi attributa procedendo ab effectu ad causam ad quam cognitionem phantasma effectus concurrat. Unde secundum cum cognoscuntur quo ad quia est per motum celi uniformem et semper continuum quod non potest esse nisi a substantia abstracta et immateriali et penitus insatigabili: postquam vero intellectus erit a corpore separatus: tunc poterit perfectissime substantias separatas intelligere per lumen ab eis recepta. hoc recitare voluit ad declarationem maiorem. Ad tertium dicitur quod *Ar. vi. per sensum ibi intelligit sensum exteriorem qui non sentit nisi presente sensibili: sed sensus interior: vltra sensum communem sentiat non presente sensibili.*

Quoniam autem anima secundum duas distincta est potentias que animalium est: et discretio quod intelligentie opus est: et sensus et adhuc in mouendo secundum locum motum: de sensu quidem et intellectu determinata sunt tanta: de mouente autem quid forte sit anime speculandum est. vtrum vna quedam pars ipsius sit separabilis aeternitatem aut ratione: aut om-

nino anima: et si pars aliqua: vtrum propria quedam sit preter consuetas dici: et ductas. aut harum vna aliqua sit.

Ar. vi. in precedenti tractatu determinauit de intellectu: nunc in hoc tractatu. secundo huius tertij dicitur: inquit de secundum locum motum: et continet quatuor capitula de quorum primo determinat de principio motus secundum locum inquirendo et arguendo. in secundo de eo determinat secundum veritatem. in tertio comparat aduicem aliquas anime potentias id est vegetatiuam et sensitivam. in quarto ostendit quod est impossibile corpus alijs esse corpus simplex ibi secundum capitulum. Videntur autem duo hec. ibi tertium. Vegetabilem quidem ibi quartum. Quod autem impossibile. Primum capitulum principaliter diuiditur in duas partes: in quarum prima ponuntur et improbantur distinctiones antiquorum de potentijs anime. In secunda disputatur inquit de principio secundum locum motus: ibi. Et etiam de quo. Prima pars adhuc diuiditur in duas: quia primo premitur intentionem continuando se ad preceptum. Secundo adducit distinctiones antiquorum de potentijs anime: ibi. Habet autem dubitationes. Dicit de prima. Quoniam autem anima que est animalium est distincta id est distincta secundum duas potentias: quia et discretio quod est opus intelligentie et sensus id est sentire sunt illa ex quibus arguuntur animam animalium secundum duas potentias scilicet intellectum et sensum diuersificari ad huc anima animalium distinguitur in mouendo motum secundum locum per potentiam secundum locum motum: de sensu quidem et intellectu determinata sunt tanta. De mouente autem potentia speculandum est quid forte sit anime. Et primo vtrum sit vna quedam pars ipsius anime separabilis ab alijs: aut magnitudine id est subiecto: et non solum ratione ut posuit Plato: aut ratione scilicet solum id est diffinitione: aut sit omnis id est tota anima. Secundo si potentia secundum locum motus sit pars aliqua anime vtrum sit pars anime propriam vel pro etiam sit preter partes consuetas dici et dictas aut sit vna aliqua harum scilicet consuetarum dici vel dictarum.

Habet autem dubitationem mor: quomodo oportet partes anime dicere: et quor. modo enim quodam infinite videntur. et non solum quas dicunt quidam determinantes rationatiuam: et irrascibilem et appetitiuam. hi autem rationem habentes: et irrationabilem.

Adducit distinctiones antiquorum de potentijs anime et diuidit in duas: quia primo ponit illas distinctiones. secundo eas reprobat: ibi. Secundum enim differentias. De prima dicitur: quod mor autem habet dubitationem in quomodo oportet dicere. id est distinguere partes potenciales anime: et quot sunt: quia quodam enim modo videntur esse infinite huiusmodi partes et non solum ille quas quidam dicunt determinantes. id est distinguentes potentias anime rationatiuam et in irascibilem et appetitiuam. id est concupiscibilem. Hi autem. scilicet alij in rationem habentem et irrationabilem. Intelligendum primo quod *Ar. vi. dicit quod potentie anime quodammodo videntur esse infinite: quia potentie anime dupliciter possunt distingui. Vno modo scilicet genere suo. alio modo secundum species specialissimas. Si distinguantur secundum sua genera sic sunt pauca numero ut patuit supra. Si autem distinguantur secundum species specialissimas hoc iterum dupliciter fieri potest. vno modo secundum se: et sic non sunt valde multe ut post apparebit. alio modo possunt distinguantur secundum specificam distinctionem suam et accidentium. et sic*

tertius

sunt vnde multe et quodammodo infinite non quod in rei veritate sunt infinite: sed videntur esse infinite: quia earum numerus non nisi cum magna difficultate propter ipsarum multitudinem sciri potest. **I**ntelligendum secundo quod Aristoteles duas posuit distinctiones antiquorum de potentis anime. Prima fuit Platonis secundum commentatores quod potentiarum anime alia est rationalis alia irascibilis: et alia concupiscibilis. Secunda sunt quorundam aliorum antiquorum quod potentiarum anime alia est rationalis et alia irrationalis.

Secundum enim differentias per quas has separant et alie videntur partes maiorem his differentiam habentes de quibus et nunc dictum est. **E**getativa autem que cum plantis inest et omnibus vivacibus et sensitiva quam neque sicut irrationabile neque sicut rationem habet ponet quis utique facile.

Reponat illas distinctiones: et dividitur in tres sicut eas reprobat per tres rationes ostendendo eas esse insufficientes et non comprehendere omnes potentias anime: ibi secunda. **A**dhuc autem phantastica. ibi tertia. **A**dhuc autem appetitiva. **S**ed prima adducit primam rationem que est talis. **P**otentia vegetativa que inuenitur in plantis et potentia sensitiva que inuenitur in brutis sunt potentie anime quare nulla est rationalis vel irrationalis: concupiscibilis vel irascibilis. quare et cetera. **D**icit ergo. secundum enim duas per quas istis separant et distinguuntur has anime potentias et alie videntur esse partes anime potentiales habentes maiorem differentiam his potentis de quibus et nunc dictum est in distinctionibus illarum antiquorum. vegetativa. n. potentia que et in plantis inest et omnibus alijs vivacibus. et sensitiva. s. brutorum sicut irrationabile sunt habent. quam neque secundum rationem brutum ponet quis utique facile. s. aliquam ipsarum et cetera. **S**ed hic dubitat utrum ois potentia anime sit rationalis vel irrationalis. et utrum sic auctoritate Aristotelis. i. ceteri. ponentes illam distinctionem tanquam sufficientem. **R**espondet **E**gidius d. q. sicut rationale et irrationale si sumatur ut sunt differentie divise de genere substantie dividit idem genus puta animal nec copetur nisi animal: sic si sumantur ut sunt differentie divise potentiarum anime dividitur solus potentiarum eiusdem anime. s. anime humane. **P**ropter quod advertendum quod potentiarum anime quedam est rationalis per essentiam ut intellectus voluntas quedam est rationalis per participationem ut sensus et appetitus qui sunt confecti rationi et apti ei obedire. quedam vero est irrationalis per participationem: ut vegetativa hec que coniungitur rationi: sed non est apta ei obedire. **I**n alijs autem vivacibus ab homine non recipitur potentia propter rationem aut irrationalem. **E**t quo per quod non dat potentia irrationalis per essentiam: et ex hoc apparet ratio ad dubium vtrum illa distinctio potentiarum anime sit sufficiens ad propositum Aristotelis. in li. ceteri. ubi loquitur solus de potentis anime humane: non in est sufficiens ad propositum Aristotelis. hic loquitur naturaliter de potentis anime. **A**pparet ulterius quod nec distinctio alia. **P**rima est sufficiens. quia si concupiscibile et irascibile capiatur ut distinguatur per rationem non recipitur nisi in homine: quare insufficiens: est distinctio. **S**ecunda. quod alia. quia ista alia non comprehendat omnes potentias anime humane: ista autem nec comprehendit omnes potentias anime nec omnes potentias anime humane sed solus potentias anime humane rationales per essentiam vel participationem ut patet ex dictis.

Adhuc autem et phantastica que per esse qui dem ab omnibus altera est. **E**t ut autem harum eadem vel altera sunt habent multam dubitationem si aliquis ponat separata anime.

Adducit secundam rationem que est quod potentia phantastica que in brutis est potentia anime et in non est aliqua illarum enumeratarum per illos antiquos. quare et cetera. **D**icit ergo: **A**dhuc autem phantastica potentia que per se quidem. i. definitionem est altera ab omnibus alijs potentis anime: cui autem harum poten-

tiarum anime. s. rationali vel irrationali sit eadem vel altera multam habet dubitationem. et pro etiam si aliqua ponatur partes anime separatas. s. loco subiecto: ut posuit **Plato** et non solum ratione. **I**ntelligendum in quod phantasia que est in brutis non est rationalis nec irrationalis: ut patet ex dictis nec concupiscibilis nec irascibilis: et si hoc verum est ubi distinguatur ab alijs potentis anime ratione adhuc magis hoc verum erit ubi distinguatur ratione et etiam subiecto. **H**ic tamen dubitatur quia videtur quod phantasia canis sit rationalis per participationem. quia canis disciplinatus per phantasiam obedit domino suo qui est agens cum ratione. ergo et cetera. **R**espondetur quod sicut bruta non habent propriam disciplinam: sic nec habent obedientiam proprie loquendo de obedientia cum sit virtus moralis que in solo homine reperitur. **S**i tamen large loquendo concedere vellemus bruta perfecta habere prudentiam et obedientiam ex eo quod per phantasiam determinate operantur sicut per naturam inclinantur aut ab aliquo instructa sunt operari debere: tunc dicere debemus quod non ex hoc solo dicitur aliqua potentia rationalis per participationem quia potest vel est apta obedire rationi. sed quia coniungitur rationi et est apta ei obedire ut dictum fuit supra. sic autem non est de phantasia canis ut patet. quare et cetera.

Adhuc autem et appetitiva que et ratione et potentia altera videtur utique esse ab omnibus: et inconviniens utique hanc sequelstrare. **I**rrationativa. n. voluntas sit. et in irrationabili concupiscencia et irascit. **S**it autem tria in anima: in unoquoque crit appetitus.

Ponit tamen rationem que magis videtur procedere contra distinctionem Platonis que est talis. **T**riplex est potentia appetitiva scilicet voluntas concupiscibilis et irascibilis. ergo male ponit solum duplicem. dicit igitur: **A**dhuc autem appetitiva que et ratione et potentia scilicet activa utique videtur esse ab omnibus alijs potentis anime. et inconveniens est utique est hanc sequelstrare scilicet solum in duas partes cum sint tres: quod patet. quia in rationata aut alia sit voluntas. in anima autem irrationali quia sensitiva sit concupiscencia et ira id est concupiscibilis et irascibilis. si autem hec tria sunt in anima id est hec tres virtutes appetitive: tunc in unoquoque homine ergo habet animam ratiocinativam et sensitivam erit appetitus triplex s. unus intellectivus et duo sensitivi. **H**ic dubitat. qualiter in homine triplex reperitur potentia appetitiva: et triplex reperitur appetitus: et quomodo distinguatur. **R**espondendum quod sicut appetitus naturalis sequitur formam naturaliter impressam ut appetitus ad locum deorsum gravitatem. et ita de alijs. sic appetitus animalis sequitur formam ab anima apprehensam. et quia apprehensio anime est duplex scilicet intellectiva et sensitiva: ideo prima facie est duplex potentia appetitiva scilicet anime intellective que dicitur voluntas: et anime sensitive. et similiter duplex est appetitus videlicet intellectivus qui sequitur cognitionem intellectus et sensitivus qui sequitur cognitionem sensus. **S**ed ulterius potentia appetitiva anime sensitive. et similiter appetitus sensitivus est duplex. s. concupiscibilis et irascibilis. et hec due potentie appetitive sic distinguuntur. quoniam sicut ignis non per eandem virtutem movetur sursum et agit in contraria que possunt ipsum impedire in tali motu sed per aliam et aliam. **U**nde per levitatem movetur sursum per caliditatem agit in contraria ipsius a tali motu impedivit. sic animalia non per eadem virtutem appetitivam desiderant propter convenientiam et aggredi resistunt et impediri ne consequantur bonum desiderium: sed per diversam. ut ubi gra-

Liber

Leo per viam virtutem appetitivam desiderat moveri ad cibum sibi convenientem. et hoc dicitur concupiscibilis. per aliam vero desiderat aggredi bestias que nituntur ipsi impeditur ne talem cibum adipiscatur: et hoc dicitur irascibilis et quilibet istarum habet persecutionem et propriam fugam: quoniam sicut grane per eandem virtutem recedit a loco sursum et accedit ad locum deorsum. scilicet gravitatem: sic al per eandem virtutem appetitivam desiderat et persequitur quod fuit apprehensibile tanquam convenientis. abominatur autem et fugit quod fuit apprehensum tanquam inconvenientis desiderium. ergo est persecutio ipsius concupiscibilis et abominatio eius fuga. Similiter per eandem virtutem al audet et aggreditur impeditur ipsius a bono desiderato dum sperat posse ea superare. et timet non aggrediendo dum de victoria desperat sic quod audacia et spes sunt persecutio ipsius irascibilis: timor autem et desperatio sunt fuga ipsius. Et si queratur quare appetitus intellectivus est unus et indivisus: sensitivus autem est divisus et pluralis. Respondetur quod huius causa est: quia intellectus apprehendit bonum sub ratione universalis: sensus vero sub ratione particulari. modo universalis aggregat que particularia dividit.

Et si ulterius queratur utrum datur voluntas activa et voluntas passiva sicut datur intellectus agens et intellectus possibilis. Quidam tenent quod sic. sed melius videtur esse dicendum quod eadem voluntas est activa et passiva respectu eiusdem actus. scilicet voluntatis vel nolitionis quem agit et recipit in seipso: nec in hoc requirit aliud determinans nisi se ipsam. De hoc tamen alibi plenius inquirendum.

Et etiam de quo nunc sermo instat: quid forte movens finem locum animal est. Secundum quidem igitur augmentum: decrementum motum qui omnibus inest. Videbitur utique movere generativum et vegetativum. de respiratione autem et expiratione: et sono: et vigilia posterius prospiciendum. Habent enim dubitationem multam. Sed motu finem locum quid sit movens animal finem processum motum considerandum.

Hic inquit de principio motus finem locum dubitando et arguendo. et dividitur in duas partes. quia primo continetur ad se ad dicenda. secundo exequitur de intento: ibi Quod quidem ergo. De prima dicitur quod etiam inquirendum est de eo de quo nunc instat sermo videlicet quod sit movens a motu se finem locum. finem quidem enim augmentum et decrementum motum movetur animal per principium quod inest omnibus viventibus. unde generativum et vegetativum quod inest omnibus viventibus videbitur utique movere. scilicet animal motu augmenti et decrementi. De respiratione autem et expiratione et somno et vigilia posterius prospiciendum est habent enim et hec dubitationem multam. sed de motu finem locum quid est movens animal finem motum progressum est considerandum.

Quod quidem igitur non vegetativa potentia manifestum. Semper enim propter aliquid motus hic: et aut cum phantasia aut appetitu est. Nihil enim non appetens: aut fugiens movetur: sed aut violentia.

Prosequitur de intento et dividitur in quatuor partes in quarum prima arguitur quod principium motus progressivi in animali non est potentia vegetativa. in secunda quod non est potentia sensitiva. in tertia quod non est intellectus. in quarta quod non est appetitus. ibi secunda Similiter autem neque

ibi tertia et vero neque ratiocinativa. ibi quarta et vero neque appetitus. De prima arguitur quod potentia vegetativa non sit principium motus progressivi. et arguitur sic: Omnis motus processivus fit per appetitum et phantasia. alicuius enim trinitas distantis ab animali. sed potentie vegetative non competit phantasia nec appetitus. ergo potentia vegetativa non est principium motus progressivi. patet consequentia cum minori et maior declaratur in littera. Et confirmatur hec ratio. quia si potentia vegetativa esset principium talis motus cum plante habeant potentiam vegetativam: tunc sequeretur quod plante motu progressivo moverentur. et per consequens haberent organa necessaria ad talem motum ut pedes vel alas. consequens falsum. quare etc. Dicitur ergo quod quidem ergo non vegetativa potentia scilicet sit principium motus progressivi in animali est manifestum. semper enim hic motus est propter aliquid et est aut cum phantasia quantum ad obiecta absentia: aut cum appetitu quantum ad obiecta presentia: quod probatur. quia nihil non appetens delectabile: aut fugiens id est abominabile trinitas movetur hoc motu: sed aut violentia scilicet movetur.

Amplius et plante utique essent motive tali motu et utique haberet aliam quam partem organicam ad motum hunc. Similiter autem neque sensitivum. Multa enim sunt animalium que sensum quidem habent: manentia autem sunt et immobilia per finem. Si igitur natura frustra facit nihil: neque in necessariis nisi in ordinatis et imperfectis. Huiusmodi autem animalium perfectiora non ordinata sunt. Signum autem est: quia generativa sunt et augmentum habent et decrementum: quare et habent utique partes organicas processivis.

Secundo arguitur quod potentia sensitiva non sit principium motus progressivi. et arguitur sic. Aliqua habent potentiam sensitivam que tamen non sunt mobilia tali motu. ergo etc. assumptum patet de animalibus multis: que licet sint mobilia in loco finem dilationem et constrictionem: non tamen sunt mobilia motu processivo de loco ad locum. dicitur igitur: Similiter autem neque sensitivum scilicet est principium motus progressivi. quia multa enim sunt animalium que sensum quidem habent: manentia autem sunt et immobilia sunt per finem id est versus ad finem vite eorum. Et quia aliquis posset cavillare dicendo quod talia animalia licet habeant principium motus finem locum videlicet potentiam sensitivam non tamen movetur tali motu. quia non habent organa ad ipsum requisita ut pedes vel alia huiusmodi. hoc remouet dicens. Igitur si per quia: natura nihil facit frustra neque deficit in necessariis nisi in imperfectis et ordinatis in propria specie. huius autem animalium de quibus arguitur est perfecta sunt in sua specie: et non sunt ordinata in eis. signum autem huius est. quia quedam eorum sunt generativa et habent augmentum et decrementum: et breviter omnia que competunt proprie speciei. quare si haberent potentiam finem locum motum et per eam haberent utique partes organicas processivis. Aliter enim aut natura in eis aliquid fecisset frustra. scilicet dando eis potentiam finem locum motum que nunquam posse secundum locum movere aut defecisse in necessariis. non dando eis organa quibus potentia finem locum motum indigeret ut erat ad opus.

At vero neque ratiocinativa et vocatus intellectus est movens. Speculativus quidem igitur nihil speculatur actuale. neque dicitur de fugibili et persequi

tertius

bit. Semper autem motus aut fugientis aut psequentis aliquid est. Sed neq; cum speculatus fuerit aliquid huiusmodi iam precipit aut psequi aut fugere: puta cum multotiens intelligit terribile aliquid aut delectabile nō iubet at timere: sed cor mouetur. Si autem delectabile altera aliqua pars.

Tertio arguit q; intellectus non est principium motus pcessus. et diuiditur in duas. quia primo arguit de intellectu speculativo. secundo de intellectu practico: ibi Amplius et precipiente. De prima dicitur At vō neq; ratiocinatio. i. intellectiva potentia et vocatus intellectus est motus a motu cum speculativo. et hoc primo arguitur de intellectu speculativo. quia speculativus quidem enim intellectus nihil speculatur actuale: id est agibile. cum non ordinetur ad opus: neq; dicit aliquid de fugibili et psequibili: id est nō precipit prosecutionem vel fugam que fit per motum processum. semper autem motus processus est fugientis aut psequentis aliquid. Et subdit ad maiorem declarationem fuerit aliquid huiusmodi fugibile aut psequibile. Neq; pro non iam precipit aut psequi aut fugere puta multotiens intelligit terribile aliquid aut delectabile nō iubet aut timere illud terribile sed cor mouetur si debet esse fuga terribilis per virtutem aliam ab intellectu speculativo. Si autem delectabile aliquis psequatur mouetur aliqua altera pars videlicet pars. et hoc dicitur propter opinionem Platonis: qui posuit virtutem transibilem in corde et concupiscibilem in pace. In hoc ergo stat visus rationis q; quia intellectus speculativus non precipit prosecutionem aut fugam que fit per motum processum. ideo non est principium istius motus.

Amplius et precipiente intellectu: et dominante intelligente fugere aliquid aut psequi non mouetur: sed finis concupiscentiam agit: ut incontinens et totaliter videmus. quoniam habens medicinam non sanatur tanquam alterius proprium ut agere finis scientiam: sed non scientie.

Idem arguit de intellectu practico dicens. Amplius et precipiente intellectu scilicet practico et dicente aliquē fugere intelligibilia ab eo. aliquid autem psequi non mouetur. i. ille homo exequendo quod precipit practicus intellectus cauendo mala et imitando bona. sed multotiens secundum concupiscentiam sensualem agit et operatur oppositum: ut incontinens. Et quo patet q; intellectus practicus non est principium talis motus. et istud confirmat Aristoteles alia ratione dicens: et totaliter autem videmus quoniam habens medicinam non sanatur multotiens enim medicus egrotans non operatur ut precipit ars medicine vivendo noctua et iubendo proficua. s; oppositum facit in sequendo appetitum sensualem: quare tunc non sanatur tanquam agere secundum scientiam alterius quidem sit proprium scilicet appetitus: sed non sentire. Intelligendum q; ratio stat in isto: si intellectus practicus esset principium motus processus: tunc homo semper operaretur ut precipit practicus intellectus consequens experiretur falsum in incontinentibus et medicinis egrotantibus.

At vō neq; appetitus huiusmodi motus dicitur est. abstinentes enim appetentes et concupiscentes non operantur quorum appetitum habent: sed consequuntur intellectum.

Quarto arguit q; appetitus non sit motus processus: dicens: At vero neq; appetitus est dominus huius motus: quia si sic: tunc homines in actionibus suis semper sequerentur appetitum. consequens falsum. abstinentes enim sunt appetentes appetitum sensuali: et concupiscentes venerea vel alia huiusmodi delectabilia: et tamen non operantur ea quorum habent appetitum sed: sequuntur in suis operationibus intellectum cuius ratio dicat oppositum.

Dubitar hinc utrum intellectus speculativus et intellectus practicus sint potentie anime realiter distincte. Arguitur q; sic. Primo ex distinctione suorum actuum quia intellectus speculativus non precipit fugam aut prosecutionem. intellectus autem practicus sic per Aristotelem in littera. Secundo ex distinctione suorum obiectuum. quia obiectum intellectus speculativi est ens seu verum speculabile. intellectus autem practici obiectum est verum operabile a nobis. Tertio ex parte suorum finium. quia finis speculativi intellectus est veritas: finis autem practici est operatio extrinseca. In oppositum arguitur. quia si intellectus speculativus et practicus essent potentie realiter distincte: tunc sequeretur q; eiusdem anime essent quatuor: intellectus scilicet duo agentes et duo possibiles: quorum alteri essent speculativi et alteri practici. consequens est nō concessum. et consequentia est manifesta. Pro dubio premitendum primo q; intellectus speculativus seu practicus tripliciter potest capi scilicet pro potentia intellectiva: pro habitu intellectuali: et pro aggregato ex utroque.

Premittendum secundo q; ex parte obiectorum intellectus et voluntas distinguuntur. quoniam obiectum intellectus est ens seu verum. obiectum autem voluntatis est bonum. Premittendum tertio q; species intelligibiles multiplices habent nomina sed diversis respectibus nam dicitur intellectus in actu ut per eam intellectus possibilis ducatur de potentia ad actum. et dicitur intellectus in habitu pro quanto remanet in intellectu post actualem considerationem. dicitur autem intellectus speculativus: ut ordinatur in cognitionem entis speculabilis: ut sunt celus: elementum: et alia huiusmodi speculabilia: que ut talia nō sunt a nobis operabilia. sed dicitur intellectus practicus: ut in cognitionem entis practici ordinatur operabilis a nobis secundum q; huiusmodi. sicut sunt sanitas: domus: et reliqua talia: et additur secundum q; huiusmodi. quia non incontinentem eandem rem esse ens speculabile et operabile diversimode. unde ad eandem sanitatem efficiendam concurrunt ars et natura. ut est ab arte: est ens operabile. ut vero est a natura: ens speculabile dicitur esse. Premittendum quarto q; non solum species intelligibiles firmate in intellectu habitus nominantur: sed etiam quedam qualitates in intellectu producte ex frequentatis actibus eius habitantes ipsum ad prompte ac facilius producendum committentes actus: ut sunt habitus virtutum intellectualium sicut ex libro ethicorum colligi potest. et hec verius habitus intellectuales nominantur q; species intelligibiles. Quibus premisis teneri possunt iste conclusiones. Prima conclusio talis est: Capiendo intellectum speculativum et intellectum practicum solum pro potentia intellectiva non distinguuntur realiter: sed solum ratione. q; distinguantur ratione patet. sed q; non distinguantur realiter probatur. quia intellectus possibilis est practicus et speculativus. ergo et c. patet consequentia. et assumptum probatur. quia intellectus possibilis est omnia fieri. ergo recipit habitus speculativos et practicos et cognoscit speculabilia et operabilia sed ut cognoscit speculabilia: dicitur speculativus: operabilia autem practicus. ergo et c. Secunda conclusio.

Intellectus speculativus et intellectus practicus sunt propter habitus intellectuales realiter distinguuntur. Patet de habitibus scientiarum speculatarum: sic

sunt metaphysica mathematica et naturalis et de habitibus scientiarum practicarum: ut sunt scientie morales medicina et alie huiusmodi qui realiter distinguuntur. Tertia conclusio sequitur quod intellectus speculativus et intellectus practicus sumpti per aggregatis ex potentia intellectus et habitu intellectuali realiter distinguuntur. patet quia includit formas realiter distinctas. Quarta conclusio responsiva intellectus speculativus et intellectus practicus non sunt potestate anime realiter distincte patet ex dictis. Rationes autem ad oppositum facit solum quod probant distinguuntur ratione. et hoc est concedendum ut patet ex dictis.

Identur autem duo hec mouentia: aut appetitus aut intellectus. Si aliquis phantasiam posuerit sicut intellectus quendam

Multa enim enim preter scientiam sequuntur phantasias et in aliis animalibus non intellectiva: neque ratio sed phantasia utraque. hec ergo motiva sunt locum intellectus et appetitus.

¶ Istud est secundum capitulum huius tractatus in quo dicitur determinat finem veritatem de principio motus finem locum. et continet duas partes principales: in quarum prima ostendit que sunt principia mouentia motu finem locum. secundo determinat numerum et ordinem eorum que concurrunt ad talem motum ibi. Quoniam autem tria sunt.

Prima in duas: quia primo facit quod dictum est. secundo reuertitur ad improbandum distinctiones potentiarum anime superius positas ibi. Diuidentibus autem.

Prima adhuc in duas. quia primo ostendit quod intellectus et appetitus sunt mouentia animal motu finem locum. secundo reducit hec mouentia ad unum mouens ibi. Appetibile enim. Prima iterum in duas. quia primo premitur quod intendit. secundo declarat ibi. Intellectus autem.

De prima dicitur quod videtur autem hec duo mouentia motu finem locum. sicut appetitus aut intellectus. et hoc si aliquis posuerit phantasiam sicut quandam intelligentiam et eam comprehendat sub intellectu. dico autem si aliter quia posuerit phantasiam et c. quia multa enim operantur homines preter scientiam in quibus sequuntur phantasias suas et in aliis animalibus ab homine non est intelligentia neque ratio sed phantasia. utraque ergo hec sunt motiva finem locum. sicut intellectus et appetitus.

Intelligendum quod si autem ad apprehensionem intellectus multotiens sequitur motus. sic ad apprehensionem phantasie multotiens sequitur motus. quare si volumus phantasiam tolerare sub intellectu propter aliqualem eorum similitudinem ad invicem: tunc erunt duo principia motus. per se sunt. et vniuersaliter cuiusque motus finem locum. sicut intellectus et appetitus. sed si volumus distinguere intellectum a phantasia: tunc erunt tria principia. sicut intellectus phantasia et appetitus.

¶ Intellectus autem qui propter aliud ratiocinatur et qui practicus est. differt autem a speculo finem finem: et appetitus propter aliquid omnis est. Cuius enim appetitus: hoc principium practici intellectus ultimum autem principium actionis: quare rationaliter hec duo videntur mouentia: appetitus et intelligentia practica.

¶ Declarat quod dixerat ostendendo quod intellectus practicus et appetitus quia sunt per aliquid. sicut propter opus extrinsecum sunt principia motus finem locum dicens. Intellectus autem qui ratiocinatur propter aliquid et qui est practicus differt autem a speculativo sine. quia finis intellectus speculativi est veritas. finis autem intellectus practici est opus: et omnis appetitus est propter aliquid omnis est appetitus. sicut finis est principium practici intellectus. ultimum autem est principium actionis. quare rationaliter hec duo

videntur mouentia. sicut appetitus et intelligentia practica.

Intelligendum primo secundum commentatorem comento. xlviij quod illud quod domiat in isto motu appropriatur et non est cognitio cum multotiens moueamur ab desiderio. Intellectus videt nos non debere moueri neque etiam quod dominatur in isto motu est desiderium: quia multi homines desiderant sed non consequuntur desiderium sed in intellectu. Et quo patet quod nec solum intellectus nec solum appetitus est principium motus finem locum: sed ambo si mul sunt principium in tali motu. propter quod subditur commentatorem motus localis impossibile est attribui alteri istarum virtutum singulariter. Et apparet etiam quod utraque illarum habet introitum in mouendo. motus enim non sit sine desiderio nec sine intellectu aut imaginatione. Idcirco ergo quod si debet fieri motus finem locum: oportet quod concurrant intellectus vel phantasia qui comprehendant finem illius motus. et appetitus facienti talem motum propter finem locum finem: propter quod dicit Albertus quod sufficiens vniuersalis causa illius motus est aggregata ex duobus quorum unum determinat et precipit motum: et est intellectus practicus vel phantasia loco illius et alterum exequitur motum et est appetitus. Unde quotienscumque appetitus intellectui vel phantasie consenserit motum precipientibus: tunc erit motus et talis qualis est consensus appetitus ad intellectum vel phantasiam. Intelligendum secundo per notitiam illius littere illud cuius per appetitus principium in intellectu practici et ultimum est principium actionis: ut habetur secundo physicoz. finis in operationibus est sicut principium in speculabilibus. nam sicut intellectus speculativus primo habet noticiam principiorum deinde per principia venatur conclusiones. sic intellectus practicus primo accipit ipsum finem cuius est appetitus: deinde per ipsum investigat ea que sunt ad finem et ultimum investigatur erit principium tue actionis. verbigratia. appetitus desiderat sanitatem tanquam finem: tunc intellectus practicus accipit hunc finem videlicet sanitatem tanquam principium: et per ipsum investigat ea que sunt ad finem: arguendo sic. Hoc corpus est sanandum. sed non potest sanari nisi per talem herbam. ergo talis herba est inueniendum. sed non potest inueniri nisi cado ad botum. ergo eundem est ad botum. hoc igitur quod eundem est ad botum est ultimum investigatum et ab isto incipit actio quia primo itur ad botum postea recipit herba et ultimum inducitur sanitas. patet ergo quomodo sanitas que est finis cuius est appetitus est principium a quo incipit discurre intellectus practicus inueniendum ea que sunt ad finem: et ulterius quomodo ultimum id est ultimum inuentum per talem discursum est principium actionis. id est illud a quo incipit operatio per quam debet induci finis intentus.

¶ Appetibile enim mouet: et propter hoc intelligitur tamen mouet: quare principium hoc est quod et phantasia aut cum moueat: non mouet sine appetitu. Unum igitur mouens quod appetitus.

¶ Ad id reducit plura mouentia ad unum principale mouens. et continet tres partes. in prima facit quod dictum est in secunda declarat quod dixerat. in tertia ostendit quomodo in talibus mouentibus potest esse rectitudo et quomodo non. ibi secunda. Si enim duo. tertia ibi. Intellectus quidem igitur. De prima Aristoteles reducit intellectum et appetitum ad ipsum appetibile tanquam ad mouens principale dicens: Appetibile enim mouet et propter hoc intelligentia mouet. quia quod est appetibile est principium scilicet principale huius motus: quod mouet omnes alios motores. et propter hoc intellectus et appetitus mouent et phantasia autem cum moueat non mouet sine appetitu et nisi si mota fuerit ab appetibili cuius est appetitus. unum igitur est mouens principale scilicet illud quod est appetibile.

tertius

Intelligendū sūm 2m. comento. xlii. q. intellectus quādo appetendū aliquid desiderabit per se et mouebit p desiderium necesse est ut iste intellectus sit mouens sūm q. est desiderans nō sūm q. est appetendens neq. sūm q. desiderium est alia virtus ab intellectu que etiam est mouens etc. Vult comentator q. intellectus non mouet solū sūm q. cognoscit: sed sūm q. determinatur a potentia appetitiua et potentia appetitiua non mouet in eo q. alia virtus ab intellectu: sed in eo q. est coniuncta intellectui. quia potentia appetitiua non appetit nisi qd pū cognitiū fuit etiā hūmāz attingeret finē nisi potentia cognitiua repiret media que eam duceret ad illum finem etc.

C Si enim duo intellectus et appetitus mouebāt sūm cōmūnem vtiq. aliquam speciem mouebant: nūc autem intellectus non videtur mouē sūm appetitū. voluntas enim appetitus est. Cum autem sūm rationem mouetur: et sūm voluntatez mouetur. appetitus autem mouet ppter rationes. concupiscentia enim appetitus quidam est.

Dedarat quod dixerat ostendendo q. intellectus et appetitus mouent ppter eundem finem. s. appetibile. Dicit ergo: Si enī duo. s. intellectus et appetitus mouebant vtiq. sūm aliquam eōdem speciem. s. formā mouebant. nūc autem intellectus non videtur mouens sūm appetitū. Volūtas enim appetitus est cū aut aliquis sūm rationem mouetur et sūm voluntatem mouetur. appetitus aut mouet ppter rationem. Concupia enī quidē est quidam appetitus. Intelligendū sūm 2m. comento. l. q. motor qui est desiderans qui est vnus cōiungit ut illud quod mouebitur ab eo quod est mouens animal. s. vñs desideratiua sit vñm et hoc est aut intellectus aut imaginatio sūm q. vtiq. est desiderans. et si mouens aīal esset duo. s. intellectus per se: et vñs desideratiua per se sūm q. sunt diuersa: tunc motus mālīs non pueniret ab eis nisi accidentaliter. s. p. naturā cōm istis duabus vñtibus que essent aliā ab vñq. il. l.az. sicut enim manus dextera leuat pōdus accidentaliter q. sine ea posset leuare manus sinistra. et cō. ideo eis attri butis vna virtus cōis que leuat pondus p se. s. vñs leuatiua. et ita etiā de intellectu et appetitu si glibet illorum sine alio posset mouere al qd non mouet nisi accidentaliter: et esset alia vñs eis cōis que moueret p se. pp. qd vlti^o subdit q. intellectus nō vt mouere nisi voluntarie sicut imaginatio non videtur mouere sine desiderio et differētia inter voluntatē et desideriu est. q. qñ volūtas et desideriu mouent tūc volūtas mouet sūm cognitionē. i. cognitionē intellect^o desideriu aut mouet non sūm cognitionē: sed supple secū dū imaginationem. Adē dubitatur pmo quō intellectus et appetitus mouent sūm aliquā spēm eis cōm. Ad qd rādet Egidius pmitendo pmo q. quōtensūq. ad aliquā actionē concurrūt plura agentia illud qd ē pncipalius ē q. si forma et spēs alterius vt si ad mouendū vñm concurrūt lux et color: q. lux ē pncipalior i mouēdo vñū q. color: erit lux qñ spēs et forma coloris. et ex hoc lux dī qdā cōis for/ma ad se et ad colorē. nā lux mouet vñū sub ppha forma. color vñ mouet vñū sub forma lucis. lux ergo et color mouent vñū sub aliqua forma cōi vt sub forma lucis: ita intellectus et appetitus mouēt sub aliq cōi spē q. appetitus est pncipalior cā illius motus. Intellectus vñ mouet p appetitū p qd sub spē appetitus sū talis motus. ideo intellect^o et appetitus mouent sūm spēm eis cōm. s. sūm appetitū.

Aliter tñ et melius rīderi pōt dicendo q. finis ē illa species cōis sūm quā mouetur intellectus et appetitus: vt habetur secūdo physicoz. finis et forma cōiūciūt. et p dī. sepe forma et spēs idē sunt. Cū ergo intellectus et appetitus moueant ppter eundem finem. s. appetibile: sequitur q. si nō est illa forma seu spēs cōmūnis ppter quam abo mo/

uent. Dubitat secūdo quō intellectus non mouet sine appetitu. sed appetitus mouet sine intellectu: cuius oppo sitū sepe dictū fuit ab dī. et a 2m. Respondet q. intellectus capitur duplī. s. ppe et cōiter. p ppe sūptus distinguitur a phantasia. sed sūptus cōiter includit phantasiā vt dictū est supra. et sūlī dupliciter capi pōt appetitus. vno modo p appetitū sensitīu. s. distinguendo ipsum contra volūtatē sūm quem modū a 2m. appellatur desiderium. Alio modo cōiter vt includit tam appetitū intellectiū q. sensitīu. tūc dicitur q. intellectus et appetitus capiānt cōiter neq. cor mouet sine altero. quia sola apphensio obiecti sub ratione pfcui vel nocui non sufficit ad motum sed o. concurrere appetitiū ad illum motum. nec appetitus aīalis de quo est sermo s. aliquo obiecto pōt haberi nisi ipsum p cognitum fuerit. et hoc volūcrūt supra dī. et 2m. et similiter descendendo ad magis spālia dicere habemus q. intellectus ppe sūptus non pōt mouere sine voluntate eius differētiā determinante neq. volūtas absq. intellectu cū volūtas non feratur nisi incognitū per intellectum. Et pporcionabiliter dicendum est de phantasia et appetitu sensitīu. Sed si intellectus ppe sumatur et appetit^o cōiter vt hic dī. facere videtur: tūc p. verū esse qd dicit. s. q. intellectus non mouet sine appetitu: appetitus tamen mouet sine intellectu. et verificatur p appetitū sensitīu brutorum et frequenter in hōibz incōtinentibus sū motus i se qñ concupiscentias sensū contra rectū dic tamen rōnis ipsius intellectus. Dī. aut qñ intellectus et appetitus con formantur in mouendo et sū motus intellectus redcat ad appetitū tanquam ad pncipalius mouēte vel cōmuer/so possit inquirere.

Intellectus quidē omnis rectus est: appetit^o aut et phantasia recta et non recta. vnde semper quidē mouet appetibile. Sed hoc est bonū: aut apparet bonum. actuale autem est contingens: et aliter se habere. Quod quidē igitur huiusmodi potentia mouet anime: que vocatur appetitus manifestum est.

Ostendit quomodo in talibus mouentibus potest esse rectitudo et non rectitudo et quomodo non dī. Intellectus quidē igitur omnium pncipiorum est rectus idē omnes habitus pncipiorum operabilium est rectus. Appetitus autem et phantasia sunt aliquando recta et aliquando non recta. vnde semper quidē mouet appetibile. sed hoc. s. appetibile est bonum. s. existens aut apparens bonū. Non omne. s. bonum existens vel apparens mouet intellectum practicum vel phantasiā practiciā. s. bonum actuale idē agibile quod dependet ex operibus nostris: bonum autem actuale est bonum contingens aliter se habere et tunc concludit dicens q. quidē igitur huiusmodi potētiam anime que vocatur appetitus mouet manifestum est.

Intelligendū pmo q. ea in que fertur intellectus sūmediate sunt pncipia que quia sunt sicut locus iāne i domo quem nullus ignorat. ideo in eis non cadit error: neq. deceptio siue fuerint speculabilia siue agibilia seu practica: vt q. omne bonum est psequendum: omne malum ē cui tandum. et ita de aliis. ppterca dicit dī. q. omnis intellectus est rectus. phantasia autem et appetitus quia sunt circa bonum particulare qd aliquando est existens bonum et aliquando apparens et non existens. ideo phantasia aliqui est recta et aliquando non et similiter appetitus. et idē accidit intellectus cum non fiat in pncipijs vniuersalibus sed sub eis accipit particularia: quia in particularibus que accipit vel concludit potest esse rectitudo vt si arguat sic: Omne bonum est faciendum. hoc est bonum. ergo hoc ē faciendum. pūet enī q. si illud qd demonstratur in minori est bonū ibi est rectitudo: si vero nen: ibi non ē rectitudo.

Intelligendum secundo q. non omne bonum indifferenter mouet intellectum practicum vel appetitum. q. nō bonum commune omnibus quod est semper existens iactu ut dicit commentator. sed bonum operabile a nobis q. quia contingens est cum nostre operationes sint circa generabilia. ideo possibile est tale bonum aliter se habere.

¶ Diuidentibus animae partes si finis potestas diuidant et separant valde multe sunt vegetabile: sensituum: intellectuum: consiliarium: ad huc appetituum. hec enim plus differunt ab inuicem q. cōcupiscibile et irascibile.

¶ Reuertitur ad pbandum distinctiones particularum animae superius positas. et diuiditur in tres. quia primo facit quod est. secundo soluit rationem superius adductam contra veritatem. tertio epilogat. ibi secunda. Quoniam autem ibi tertia specie quidem igitur. Dicit de prima q. an quibus diuidentibus partes animae si finis potestas eas diuidant et separant. tunc valde multe et longe plures sunt q. dixerint illi antiqui. s. vegetabile: intellectus: consiliarius: ad huc appetitus. hec enim plus differunt ab inuicem q. cōcupiscibile et irascibile. Intelligendum q. intellectus differt a consilio quia intellectus potest esse necessarius et non solum futurorum. sed est presentium et preteritorum. consiliarium autem est solum futurorum et possibile aliter se habere et c.

¶ Quoniam autem appetitus sunt contrarii ad inuicem. hoc autem accidit cum ratio et concupiscentia contrarie fuerint. Sit autem in ipsis sensus habentibus. Intellectus quidem igitur. ppter futurum retrahere iubet. Concupiscentia autem ppter ipsum iam videtur enim q. iam delectabile et simpliciter delectabile: et bonum simpliciter. ppter ea non videtur quod futurum.

¶ Declarat quomodo visus auditus et olfactus sentiunt a longe sua sensibilia dicens. Hoc autem erit. scilicet animal processionem sentiat a longe per sensus alios a tactu et gustu si sensuum fuerit sentiens per medium extrinsecum: eo quod illud quidem. scilicet medium a sensibili patiatur et moueatur ipsum autem. scilicet sensuum ab illo. scilicet medio: et hoc declarat a simili in motu locali dicens. Sicut enim mouens finem locum facit aliquid permutare aliud sicut alicubi. id est ad aliquod locum et depellens aliter facit ut depellat aliud et talis motus est per medium et primum quidem mouens depellit et non depellitur. ultimum autem motum depellitur solum et non depellit. Medium autem utraq; quod depellit et depellitur. Multa autem media. id est non differt in proposito: siue multa sint media: siue unum tantum quod semper medium est mouens et motum. Idem ostendit in alteratione dicens. Sic in alteratione. scilicet est sicut in motu locali preter quod in alteratione unum manens in eodem loco alterat: quod non contingit de corpore quod mouet aliud motu locali: ut si in cera tingerit aliquis usque ad id mota est cera usquequo tingerit. lapis autem nihil recipit talis impressionis propter duriciem eius. sed aqua propter eius molliciem est huiusmodi impressionis receptiva usquequo. pulvis autem maiorem distantiam quam cera. Aer autem ad plurimum. id est ad maiorem distantiam quam aqua et facit moueri et patitur propter eius raritatem si maneat indiuisus propter obstacula et fit unus. **¶** Intelligendum quod sicut in motu locali quando unum mouet aliud per medium: ut dum homo mouet lapidem mediante baculo homo est pellens tantum et non pulsus et lapis vel aer est pulsus tantum et non pellens. baculus vero est pulsus ab homine et pellens lapidem. Sic est in alteratione: quod primum alterans est alterans non alteratum et ultimum alteratum est alteratum non alterans. medium vero est alteratum et alterans: ut per in alteratione cere: distinguitur successus ab aliquo alterante. Nam alterans primum non alteratur et per cere ultimo alterata non alterat. prius vero prius alterate sunt alterantes partes ultimo alterata et alterate a primo alterante. in hoc tamen est differentia in motu locali et in motu alterationis quod pellens in motu locali si fuerit corpus mouet localiter: quia corpus non potest moueri aliud localiter: nisi moueatur. sed alterans potest manere continue in eodem loco. Cum ergo transmutatio sensuum a sensibilibus si quedam alteratio spiritualis: ideo dum sensus sentiunt per medium extrinsecum: primo sensibilia imprimunt suas species in medium: postea medium immutatum a sensibilibus imprimit eorum species in sensum et sic sensatio. et sic in tali alteratione sensibilia sunt mouentia non mota sensus vel organum est motum non mouens respectu sensationis exterioris. medium vero est mouens sensum vel organum. et motum a sensibili: et hoc voluit hic Aristoteles declarare.

¶ Unde et de repercussione est melius: quam visum egredientem reperiit aerem pati a figura: et colore usquequo quidem sit unus. In leui autem et minus. propter quod iterum hic visum mouebit. Si

cut utiq; si in cera sigillum ingrederetur usque ad finem.

¶ Et nunc declaratis redarguit opinionem Platonis ponentis visionem fieri per egressum radiorum ab oculo ad obiectum visibile: et eorum repercussionem ab obiecto visibili ad oculum ipsum obiectum visibile visui representatum. Nam per et dictis non fieri hoc modo visionem. sed eo quod obiectum visibile multiplicat suam speciem per medium ad ipsum visum. Dicit ergo. Unde et de repercussione visus quam posuit Plato melius est aerem pati a figura et a colore et reliquis huiusmodi usquequo quidem sit unus et continuus quam visum egredientem ab oculo reperiit a visibili ut posuit Plato. in leui autem ut in aere plano ubi non est obstaculum ipse est unus propter quod iterum hoc. id est aer motus a visibili mouebit visum sicut utiq; si in cera ingrederetur sigillum usque ad finem.

¶ Intelligendum quod melius est ponere visionem fieri per receptionem speciem visibilium in visum ad ipsum ab obiecto per medium multiplicatarum quam ponere ipsas fieri per radios egredientes a visu ad rem visibilem ab ipsa ad visum repercussos: quoniam omne agens agit per seipsum per quam est in actu: visus autem non est in actu per radios ab eo egredientes. sed bene est in actu per species ab obiectis visibilibus in eo impressas: ideo per illas poterit agere visiones ad hoc si ponamus sensum agentem. Si autem teneamus sensibilia esse activa sensationum exteriorum ut magis puto: tunc per euidentius verum esse quod dicitur de hoc tamen in principio libri de sensu et sensato latius discutendum.

¶ Quod autem impossibile sit simplex esse vniuersalis corpus: manifestum est: dico autem puta ignem aut aerem. si ne quidem enim tactum: neque unum contingit animalium sensum habere. corpus enim tactuum animatum omne sicut dictum est.

¶ Illud est quartum capitulum et ultimum huius sectionis tractatus in quo Aristoteles probat quod est impossibile corpus animalis esse corpus simplex: et diuiditur in duas partes in quarum prima proponit quod intendit. in secunda declarat ibi. Alia autem. De prima intendit quod quia omne corpus animalis habet tactum et tactus non potest referri in vno simplici elemento: ideo impossibile est corpus animalis esse corpus simplex: ut ignem vel aerem: et ita de alijs. Dicit ergo. Quod autem impossibile sit corpus animalis esse simplex manifestum est ex dicto. Dico autem: puto aut ignem aut aerem: aut aliud tale: quod per quia sine quidem enim tactu neque unum. id est nullum contingit animalium sensum habere cum tactus sit fundamentum omnium aliorum sensuum. Corpus enim animalis omne est tactuum. id est habens tactum et animatum sicut dictum est: tunc supplenda est ratio sic. Omne corpus animalis habet tactum: sed tactus non potest saluari in vno simplici elemento. ergo nullum corpus animalis est simplex.

¶ Intelligendum quod quia tactus est fundamentum omnium aliorum sensuum et ceteris materialior: ideo tactus potest esse in animali sine alijs sensibus. sed alij sensus non possunt esse sine tactu propter quod sequitur quod corpus quod non habet tactum nullum habet sensum.

¶ Alia autem preter terram: sensitiva quidem utique sunt. omnia autem eo quod per alterum sentire faciunt sensum et per medium: tactus autem est in angendo ipsa: propter quod et habet hoc nomen:

et tamen alij sensus tactu sentiunt: sed per altera. hic autem videtur solus per se ipsum.

¶ Declarat ppositum et tria facit: q. primo ostendit quare tactus habuit hoc nomen. secundo declarat q. in vno simplici elemento non potest saluari tactus: et p. prius neq. corp. aliis. tertio manifestat q. quacumque alia privatur tactu necesse est ea mori: ibi secunda. Quare huius: ibi tertia. Alia manifestatur igitur. De prima vult q. solus tactus sentit immediate tangendo sui sensibile absq. concursu medij extrinseci: id habuit tale nomen dicitur igitur. Alia aut. s. sensibilia a tangibilibus sensibilia utiq. sunt p. altera. i. p. media extrinseca. oia aut alia sensibilia sentiuntur eo q. faciunt sensum sentire p. altera. i. p. media extrinseca. tactus aut est in actu tangendo sui sensibilia immediate: ppter qd. et habet hoc nomen tactus: et tunc alij sensus sentiunt tactu. i. tangendo: sed p. altera et concurrente medio extrinseco: hinc autem sensus. s. tactus videt p. se ipsum sentire absq. concursu medij extrinseci. Intelligendum q. q. omne sensibile sentit p. hoc q. ab eo multiplicat eius spes vsq. ad sensum: ideo quilibet sensibile dicitur sentire a suo sensu tangendo. sed tamen q. inter alios sensus a tactu et sua sensibilia cadit medij extrinseci id non dicitur sentire tangendo immediate. ppter qd. nec tactus appellatur. tactus autem est sensus p. media extrinseca qd. est p. alio ut patuit. secundo huius q. tamen non concurrunt medij extrinseci nisi p. accidens: ut supius fuit ostensum: id sentire dicitur tangendo immediate p. privationem medij extrinseci ad eius operationem essentialiter requisitum propter qd. et habuit hoc nomen tactus.

¶ Quare huiusmodi elementorum nullum utiq. erit corpus aliis. Neq. itaq. terrenum: omnium enim tangibilium tactus est. sicut medietas et susceptivus sensus. Non solum quecumq. differentie terre sunt: sed calidi et frigidi et aliorum omnium tangi possibile. Et propter hoc ossibus et capillis: et huiusmodi partibus non sentimus: quia terre et sunt et plante et ob hoc neq. vnum habent sensum quia terre sunt: sine aut tactu: neq. vnum possibile est alium esse. hic autem sensus non est neq. terre: neq. alius elementorum nullius.

¶ Declarat q. in vno simplici elemento non potest saluari tactus neq. corpus animalis dicens. Quare nullum huiusmodi elementorum utiq. erit corpus animalis: neq. itaq. terrenum erit corpus animalis de quo magis videt: et a fortiori neq. aliterus elementorum: q. ar. q. omnia enim tangibilia qualitatibus tactus est sicut medietas que non reperitur in aliquo elementorum cum habeant eas in excellentia: et tactus est sensus susceptivus non solum differentiarum quorumq. sunt differentie terre: sed calidi et frigidi et aliorum omnium possibile tangi. i. senti p. tactu. Et propter hoc ossibus et capillis et huiusmodi partibus non sentimus: q. terre sunt et plante etiam ob hoc nullum habent sensum: q. terre sunt. sine aut tactu neq. vnum. i. nullum aliud sensum possibile est esse in aliquo corpore. hic autem sensus. s. tactus non est neq. terre neq. nullum alterius elementorum: ut nuper probatum est: et super fuit negatio: ut in plerisque locis consuetus est d. x. facere. q. forte in greco ad ornam. confert. Intelligendum q. tactus confertur in quadam temperantia et mediocritate omnium tangibilium qualitatibus: ut secundo huius fuit ostensum. sed nullum elementorum habet oia tangibilia differentias: etiam eas quas habet non in mediocritate habet. sed in excellentia: ideo nullum elementorum potest tactum habere: et p. prius neq. alium sensum. Et quo inferit d. x. q. cor. x. a que sunt terra a predominio non habent tactum: et in eant mediocritate tangibilium qualitatibus. Sed contra hoc dubium occurrit: q. in omni mixto perfectio predominatur terra: quod p. q. si nature

sue diminuitur movetur deorsum. sed corpus animalis est mixtum perfectum: ergo in ipso dominatur terra: et tamen habet tactum. quare etc. Ad hoc respondetur Albertus dicens: q. in corpore animalis dominatur terra arithmetice: q. plus habet de terra absolute q. de aliquo alio elementorum. sed in eo non dominatur terra geometrice tunc proportione naturaliter habeat de quolibet quatuor elementorum quantum copietur sibi ut sentiat: quod non contingit de alio mixto. Alter dicit potest q. terram dominari in aliquo mixto congrue dupliciter. Uno modo secundum molem et secundum qualitatem localiter motuam. Alio modo secundum virtutes et qualitates alterativas. Primo modo dominatur terra in corpore aliis: ut argumentum probat: et tale dominum non tollit sensum. Secundo modo non dominatur terra in corpore animalis: q. tale dominum tollit sensum: et de isto hic loquitur d. x.

¶ Manifestum igitur quoniam necesse hoc solo privata sensu animalia mori. Neq. n. hic possibile est habere non animal existens neq. cum sunt animalia. animalium necesse est habere preter hunc.

¶ Ostendit q. animalia necessario moriuntur cum tactu privantur: quod de nullo alio sensu contingit et continet duas partes: in quarum prima facit quod dictum est. In secunda inferit aliqua sequentia ex dictis ibi. Et propter hoc De prima dicit. Quod manifestum est igitur quoniam necesse est animalia hoc solo sensu. s. tactu privata mori. neq. enim est possibile non esse animal habere hunc. s. tactum: neq. cum sit animal necesse est ipsum alium sensum habere preter hunc ut tactum. Intelligendum q. q. tactus autem coniecit immediate essentiam anime sensive: aut temperamentum requisitum ut ipsa in animalis corpore conservetur: ideo si destruitur tactus hoc erit aut q. anima sensiva destruitur vel a corpore remouetur: aut q. destruitur temperamentum sine quo non potest in corpore conservari. sed quodcumque illorum contingit: necesse est animal mori: ut p. q. ergo cum animal privatur tactu ipsum necessarium est mori. Sed hic dubitatur: q. supius dixit d. x. duos sensus esse necessarios animalis. s. tactum et gustum: hic autem solum tactum dicit necessarium esse: non hoc repugnare videtur. Ad hoc p. ratio p. dicta supius quoniam gustus dicitur summi consuevit. Uno modo secundum sensum discretivum saporis et gustus sic dicitur: non est necessarium animalis: et hoc modo cum hic accipit d. x. Alio modo sumit gustum ut est sensus alimentis: et ut est discretivus calidi frigidi humidi et sic: non simpliciter. sed ut repugnat in alimentis secundum quod modum dicitur quod dicitur non distinguere ab eo rebus: sed solum p. rationem et gustum sic dicitur et necessarium animalis: et hoc modo locum est supra de gustu. Et ex hoc distinctione p. solo dubitatio si quis diligenter animadvertat.

¶ Et propter hoc quidem alia sensibilia excellentia non corrumpunt animal: ut color et odor: et similia. Sed solus sensus nisi secundum accidens: puta si si mul cum sono depulsio fiat: et ictus: et amarus et odor re alia movetur que tactu corrumpit et humores autem secundum quod accidit simul tactuum esse si corrumpit. Tangibilium autem excellentia. ut calidiorum et frigidiorum: et durorum corrumpit animal. Quibus quidem enim sensibilibus superfluitas corrumpit sensum: quare et quod tangi potest tactum. hoc autem tactu determinatur est vivere. Sine enim tactu monstratum est. q. impossibile est animal esse. Unde tangibilium excellentia non solum corrumpit sensum sed animal. quia necesse est solum habere hunc.

¶ Hic inferit aliquid ex dictis sequentia et dividit in duas: sicut duo hic inferit: ibi secunda. Alios autem sensus. De prima

tertius

fert q^o excellētie sensibiliū alioz a tāgibiliū^o : licet eorum pāt^o hōs sēsus a tactu: nō tū cōrūpūt p seipsū aīal. s; si cōrūpūt hoc ē p accidēs: s; excellētie tāgibiliū nō solū p se cōrūpūt tactū. s; ēt ipsū aīal hoc seq^o ex pri^o declaratis : q; si solus tactus ē necessari^o aīali: seq^o q illud qd p se cōrūpūt tactū vt sūt excellētie tāgibiliū p se cōrūpūt aīal: qd āt cōrūpūt aliū sensū nō o; cōrūpūt aīal: ex quo sine eo pōt al cē s; si cōrūpūt illud erit p accidēs rōne alteri^o secū āneri: vt p; ex tectū: id dicit. Et pp hoc qd ē. s. q^o alij sēsus a tactu nō sūt necessarij aīali alia sēsibilia a tāgibiliū^o excellētijs suis nō cōrūpūt aīal: vt color odor et son^o. s; solū sensus nisi s; accūs: puta sī cū sono vbi grā tonitruū fiat depulsiō et ict^o tūc sonus tonitruū poterit cōrūmpere. animal per accidēs rōne motus aeris vel fulminis cui cōtingitur.

Et a visu et odore animalia mouentur: que. s. visus et odor cōrūpūt animalia a tactu idēst tangendo sine inqū tum sunt tangibilia et non inquantū sunt visibilia vel odorabilia. humor autem idēst sapor sic cōrūpūt animal fin q; simul accidit ipsū esse tactū idēst tangibile et non solum vt est gustabile: tangibilia autē excellētie vt calidum frigidum et durum cōrūpūt animal scilicet per se. Omnis quidem cūq; superfluitas sensibilibus cōrūpūt sensum: quare et quod tangi potest si superfluit fuerit: cōrūpūt tactum. hoc autem. s. tactu determinatū est viuere ipsi animalī. monstratū est autem q; impossibile est animal esse sine tactu. vnde idēst ppter quod excellētia tangibilibus solum cōrūpūt sensus tactus sed et animal. quia necesse est ipsū animal solum habere hunc sensum. s. tactum. Sed posset quis dubitare quomodo visus odor cōrūpūt animal sicut ea que cōrūpūt tactu. Huic respondeo q; cōmūiter dicitur q; basiliscus interficit hominem visu: et q; in India sunt quidā serpentes qui aspicientes poma ea taliter veneniunt q; ea gustantes postea moriuntur: quod nō est intelligendum vnde et verba proferuntur. s. q; a visibus illorum animalium aliqua transmutantur ad res visas fin q; visus sunt. quia de ratione visus nō est aliquid imprimere in obiecto: sed magis ab eo recipere vt declaratum est. Sed debem^o imaginari istud cōtingere ppter hoc q; dum illa animalia aspiciunt aliquid ab eorum oculis valde porosis vapores alij qui venenosi exsunt et egrediuntur qui aeris cōmūscuntur et ipsū inficiūt et veneniunt per partem post partem vsq; ad certam distantiam: cum aer sic infectus peruenit ad hominum visus contingit ipsū per anhelitū et reliq; corporis porositates attrahi ab eo et sic vapores illi ab oculis illoz animalium egressi hominem tangentes interficiunt: et poma veneniunt ad ea peruenientes: quod non facerent nisi ad contactum venirent. Et similiter est de corpore odorem habente aut saporem: quod potest venenare et interficere non fin q; odorabile vel gustabile tantū: sed fin q; simul accidit ipsū esse tangibile per resolutionem partium venenosaz ab eo peruenientium ad illū qui venenatur. et hoc voluit A. x. c. 3 dixit: Et a visu et odore animalia mouentur que tactu cōrūpūt.

C Alios autē sensus habet animal sicut dictum est non ppter esse: sed ppter bene vt visum. quia in aere et aqua vt videat. Ommino autem quantū in diaphano. gustum autem habent ppter delectabile et triste vt sentiat quod in alimento et concupiscat et moueatur. auditum autem vt significetur aliquid ipsi. linguam autē habet quatenus significat aliquid alteri.

Finis.

C Infert aliud quod est q; solus tactus est necessari^o aīali

alij autem sensus non sūt simplr necessarij animalī: sed faciunt ad bene esse. Dicit ergo: Alios autem sensus a tactu habet animal sicut dictum est: non ppter esse idēst non ppter hoc q; sint necessarij ad esse animalis: sed ppter bene esse vt visum est. quia vt videat que sunt in aere et in aq; ommino autem idēst vniuersaliter. quoniam videat in diaphano gustum habet ppter delectabile et triste: vt sentiat delectabile et triste quod est in alimento: et concupiscat alimentum et moueatur ad ipsum. Auditum autem habet vt ipsi aliquid significetur ab alio per sermonem. linguā autem habet quatenus significet aliquid alteri per vocem p lationem. Sed dubitatur vtrum alij sensus a tactu sunt necessarij animalī. et videtur q; sic. quia multa sunt animalia que habēt ea ex quibus sunt apta nutriri in loco sue generationis. Ideo talibus aīalibus sunt necessarij sensus alij a tactu vt sibi a lōge possint q̄rere alimētū. Rūdet q; sens^o alij a tactu nō sūt necessarij simplr aīali: s; solū sūt necessarij cuidam aīali. s. animalī processiuo debenti sibi querere cibum a longe. tactus autem est simpliciter necessari^o animalī quia cuiuslibet animalī. Item sensus alij a tactu nō sunt necessarij animalī processiuo nisi ad diū durandum. tactus autem est necessari^o simpliciter ad esse. Item sensus alij a tactu sunt necessarij animalī processiuo quodammodo per accidens. s. vt possit sibi querere alimētū tactus autem est ei necessari^o per se p quanto qualitates tangibiles quarum tactus est perceptus sunt per se d cōpositione animalis. non autē sic est de cōstitū^o sensibilib^o paliosensu. Et hoc fit finis et cōplementū expositionis libri de anima ad laudem dei omnipotentis. Amen.

Declassimi philosophi Baetani Thienensis dicunt: cōmento in tria volumina A. x. de Anima deo faciente maximo finis impositus est Henrici de sanco Dr so impensa ingenioz diligenter impresso et solerti cura emendato: Dicit. Anno ab incarnatione domini. M. ccc. lxxxvj. rj. Cal. octobus.

the first of these is the fact that the
 the second is the fact that the
 the third is the fact that the
 the fourth is the fact that the
 the fifth is the fact that the
 the sixth is the fact that the
 the seventh is the fact that the
 the eighth is the fact that the
 the ninth is the fact that the
 the tenth is the fact that the

the first of these is the fact that the
 the second is the fact that the
 the third is the fact that the
 the fourth is the fact that the
 the fifth is the fact that the
 the sixth is the fact that the
 the seventh is the fact that the
 the eighth is the fact that the
 the ninth is the fact that the
 the tenth is the fact that the

the first of these is the fact that the
 the second is the fact that the
 the third is the fact that the
 the fourth is the fact that the
 the fifth is the fact that the
 the sixth is the fact that the
 the seventh is the fact that the
 the eighth is the fact that the
 the ninth is the fact that the
 the tenth is the fact that the

the first of these is the fact that the
 the second is the fact that the
 the third is the fact that the
 the fourth is the fact that the
 the fifth is the fact that the
 the sixth is the fact that the
 the seventh is the fact that the
 the eighth is the fact that the
 the ninth is the fact that the
 the tenth is the fact that the

Incipit questio de Sensu Agente
disputata per Bactanum de Thien
nis artium et medicine doctorem sa/
mosissimum.

Veritur utrum pro sen/
satione causando oportet
at ponere sensum agentem
Arguitur qd sic primo ar/
gumento quo videtur Ari/
stoteles in principio tertij
de anima ad probandum
necessitate intellectus age/
tis. Arguit enim sic. In
omni natura in qua est ali/
quid quod est omnia fieri
est aliquid est omnia face

re: hanc relinquit pro manifesta. sed in natura intellectus
est aliquid quod est omnia fieri videlicet intellectus possi/
bilis qui respectu formarum intellectuum est pura poten/
tia cum nullam naturam habeat nisi qd possibilis sit voca/
tus et sit ante intelligere tanquam tabula media in qua ni/
hil est scriptum. ergo in natura intellectus dabitur etiam
aliquid quod est omnia facere. tale autem est intellectus a/
gens qui est honorabilior intellectu possibili et substantia
actu ens: ut innuit Ar. quare et.

¶ Similiter in proposito arguitur. In omni natura in
qua est aliquid quod est omnia fieri: est etiam aliquid qd
est omnia facere. sed in natura sensus est aliquid quod est
omnia fieri: ut sensus passivus. unde Aristoteles secun/
do de anima loquens de sensu dicit: Oportet autem uni/
versaliter de omni sensu accipere: quoniam sensus quidem
est susceptivus specierum sine materia. ergo in natura sen/
sus etiam est aliquid quod est omnia facere. sed tale non
potest esse nisi sensus agens: ergo oportet dare sensum a/
gentem.

¶ Secundo nullum agens materiale potest vigore pro/
prio producere effectum spirituale: nisi concurrat alio
agente spirituali cum semper effectus alicuius sue cause pro/
porcionetur: et propter hoc phantasma quod est materiale
non potest producere speciem intelligibilem que est ab/
stracta et spiritualis in intellectu possibili nisi concurrat in/
tellectus agens qui est spiritualis. sed forma sensibilis est ma/
terialis: species autem sensibilis est spiritualis et sensatio
etiam in sensu causata. ergo ad producendum speciem sen/
sibilem et sensationem in sensu preter formam materiale
sensibilem: oportet concurrere aliud agens spirituale. et
hoc dicitur sensus agens. quare et. forte ad hoc diceretur
qd illa spiritualiter effectus est ratione materie in qua reci/
pitur que est spiritualis videlicet anime sensitivae et non ra/
tione agentis.

¶ Sed hoc remouet commentator secundo de anima co/
mento sexto dicens: Et non potest aliquis dicere qd ista di/
uersitas accidit per diuersitatem subiecti ita qd fiant inten/
tiones propter materiam spiritualem que est sensus non
propter motorem extrinsecum. melius enim est extimare
qd causa in diuersitate materie est diuersitas formarum. et
cum ita sit necesse est ponere motorem extrinsecum in sen/
sibus qui faciat intentiones que sentit potentia in sensibi/
li actu intentionis aliam a sensibilibus sicut fuit necesse in
intellectu. Visum est igitur qd si concesserimus qd diuer/
sas formarum est causa diuersitatis materie qd necesse
erit motorem extrinsecum esse. Sed Aristoteles tacuit
hoc in sensu. quia latet et apparet in intellectu. ex quibz ver/
bis possumus duo colligere. Primum est qd sensus est

spiritualis quia forma que in eo recipitur est spiritualis. et
non ecomuerso. Secundum est qd est dare sensum agen/
tem extrinsecum a sensibus passivis aliam a sensibilibus.
sed de isto infra dicetur. Et confirmatur eadem ratio.
quia nullum agens principale per se producit effectum eo
nobiliorem et qd suam speciem transcendat. sed operationes
vitales cuiusmodi sunt visio auditio et. transcendunt spe/
ciem obiecti materialis extrinseci et sunt eo nobiliores. er/
go habent aliud agens a sensibilibus et speciebus eorum:
et hoc erit sensus agens. quare et.

¶ Tertio: Nobiliori forme nobilior operatio debetur: s;
potentia sensitiva est nobilior potentia vegetativa. ergo si
bi debetur nobilior operatio. cum ergo agere sit nobilior
qz pati et operatio vegetativae sit agere: ut asserit Aristoti/
les secundo de anima et primo de generatione. sequitur a
fortiori qd operatio virtutis sensitivae est agere: et per con/
sequens virtus sensitiva ad suam propriam operationem
que est sensatio concurret active: quare est dandus sensus
agens. Et confirmatur. quoniam cuiuslibet forme est
agere. sicut enim proprium materiae est pati: sic proprium
forme est agere. sed anima sensitiva est forma. ergo habet
istam actionem sibi propriam. talis autem non potest esse
nisi sentire ut patet. ergo sentire est affective ab anima sen/
sitiva sic erit dare sensum actum. Confirmatur secun/
do idem sic: Omnis actio immanens est in agente. s;
sensatio est actio immanens ut vult Aristoteles nono metha/
physice qui declarans qd actio immanens est in agente. di/
citur exemplificando ut visio est in vidente. ergo sensatio
est in agente ipsam. cum ergo sit in anima sensitiva sequit/
ur animam sensitivam agere sensationem: et per consequens
in ipsa esse sensum agentem. Unde sicut anima sensitiva
non potest recipere sensationem nisi sit disposita per se
sui passivum sic. Nec poterit ad eam active concurrere
nisi disponatur per sensum actum. nulla enim substā/
tia potest immediate ad operationem propriam active aut
passive concurrere. sed semper aliquo indiget intermedio
ut inductive potest ostendi. et hoc idem voluisse videt Ar/
istoteles secundo de anima dum dicit qd anima est causa cor/
poris viventis in triplici genere cause scilicet in genere cau/
se formalis efficientis et finalis. Non autem est causa cau/
sa efficiens quia ipsum efficiat ut patet: sed dicitur esse cau/
sa eius effectiva quia est causa effectiva motuum propriorum
corpori animato. et hoc declarando Aristoteles inducit ex/
emplum de triplici genere motuum scilicet de motu p gres/
sivo et de augmentatione propria et de ipsa sensatione qua
alterationem quandam dicit videri: et hoc asserit etiam co/
mentator dicens qd anima est causa movens omnium mo/
tum corporis tam verorum qz estimatorum per motu esti/
matorum intelligendo motus improprios et perfectivos: cu/
iusmodi sunt sensatio et intellectio.

¶ Quarto principaliter arguit sic: Nisi daretur sensus agens
ex actu sentiendi maior argueretur perfectio ipsius obiecti
qz sensus. consequens falsum ut constat. et probatur con/
sequentiis. quia quodcumque ad aliquem effectum duo
concurrunt: unum active et reliquum passive ex illius per/
fectione. maior concluditur perfectio actui qz passivi cum
a principio activo maior sit causalitas supra ipsum effec/
tum qz a principio passivo. Sed si non daretur sensus a/
gens ad actum sentiendi concurreret sensus solum passi/
ve et obiectum active. ergo ex actu sentiendi maior perfec/
tio argueretur ipsius obiecti qz sensus: quod erat pro/
bandum.

¶ Quinto arguit unus doctor. Nisi daretur sensus a/
gens sequeretur qd species sensibilis esset nobilior ipso
sensu. consequens falsum. quia virtus sensitiva est virtus
anime illi propria. species autem sensibilis in inanimato recipit

ut in argumentis. quare rē. et consequentiam arguit sic. quandoque aliqua duo habent eandem nobilissimā operationem illud est alio simpliciter nobilius quod ad illam nobilitatem habet cōsistentiam. hec est manifesta. quia potentie cognoscuntur per actus: et illa potentia dicitur alia nobilior quia nobiliorē habet operationem: aut si eandem hāz opā nonē nobilissimā supra illā nobilitatem habet cōsistentiam: sed si non datur sensus actiuus: tunc species sensibilis inmediate et per se producit sensationem in sensu. et sic sensatio erit nobilissima operatio. Vtriusque scilicet speciei sensibilis et sensus. cum ergo ad illam nobilitatem habet cōsistentiam species sensibilis qz sensus ex quo sensus cōcurreret solum passive et species sensibilis active. sed nobilior est agere qz pati: tunc de necessitate sequeretur specie sensibilem esse nobiliorē sensui. Hanc rationem ponit ille doctor: per verba satis prolixa premitendo quattuor suppositiones: vis tamen citius est ista. Et si diceretur qz agens principale respectu eiusdem nobilissime operationis bene est nobilius passio: non autem agens instrumentale sicut est species sensibilis. Contra hoc similiter arguet de forma materiali: sensata que ponitur agens principale sensationis apud negantes sensum agentem qz illa esset per seior qz sensus sicut esset albedo aut alia sensibilis forma quod tamen est falsum.

¶ Sexto predictus doctor: ad idem sic arguit: Aliquid est per se et immediatum principium affectionum sensationis: illud aut est species sensibilis aut sensus agens: ut patet aduertenti ex sufficienti distinctione. sed illud non est species sensibilis. ergo est sensus agens. quare rē. qz illud nō sit species sensibilis probatur sic: Nihil potest esse per se et immediatum principium actuum et receptionum vnius et eiusdem ut patet. sed species sensibilis est per se et immediatum principium receptionum sensationis: ergo non productuum. probatur minor quoniam ipsius sensationis est aliquod immediatum et per se principium receptionum: et illud aut est species: aut sensus ut constat. sed non est sensus. ergo est species. qz non sit sensus probatur. nam vniū et idem non potest esse principium immediatum per se et receptionum diversorum quorum vnum ad aliquid per se ordinatur sicut videtur esse manifestum. cum ergo species sensibilis per se ordinatur in ipsam sensationem in sensu per se et immediate recipiat speciem sensibilem ut omnes fatentur. sequitur qz non recipit immediate ipsam sensationem: quod fuit probandum. Ex quo vltius sequitur. qz sensus recipit sensationem mediante alio et nō nisi mediante alio et non nisi mediante specie. quare rē. In deductione huius rationis predictus doctor longis vult verbis que breuitatis causa omittuntur. Ad oppositum et pro parte negatiua questionis multipliciter arguitur primo sic. Omnis virtus que non erit in actu nisi per agēs extrinsecum est passiva per Aristotelem nouo metaphysice dicentem qz potentia passiva est principium transmutandi ab altero in quantum alterum est. sed omnis sensus est huiusmodi ut patet inueniendi. quare rē. Et confirmatur quia omnis virtus actiua cuius operatio non transit in materiam exteriorē potest erire in actu non concurrente aliquo extrinseco. cum ergo operatio sensus non trāseat in materiam exteriorē si esset virtus actiua posset erire in actu non concurrente obiecto extrinseco: quod tamen est falsum. Secundo. si daretur sensus agens tunc sensuum esset in potentia essentiali ad sentire quia omne qd reducitur ad actum ab agente per se est in potentia essentiali ad illud: ut colligitur octauo physicoz et quarto celi. sed si esset sensus agens per se productiuus sensationis: tunc sensuum reduceretur ad actum sentiendi per agens per se. quare rē. consequens tamen est falsum: quia sicut

grauē in actu non est in potentia essentiali ad vbi deorsum sed accidentaliter solum: sic in proposito est de sensuum in actu. unde antequam sensuum generetur dicitur esse in potentia essentiali ad actum sentiendi. quia si daretur ipsi recipere oportet sensuum essentialiter transmutari. sed post qz est in actu est solum in potentia accidentaliter. quia si debz recipere ipsum sentire non oportet ipsum transmutari essentialiter sed solum accidentaliter recipiendo speciem sensibilem. Et ex hoc patet distinctionem positam a Joanne de Bandano de potentia essentiali inutilem et superuacuum fore. Tercio si esset sensus agens: tunc non omnis sensus esset susceptiuus specierum sine materia cōtra Aristotelem loco superius allegato. Oportet autem vniuersaliter accipere hec videlicet si dicatur ut Joannes de Gandauo respondet quod Aristoteles in secundo de anima solum determinat de sensibus passivis. quoniam ut dicit cōmentator secundo de anima commento secagesimo: magis latet qz datur sensus agens qz ut datur intellectus agens. sed Aristoteles in secundo de anima inuestigatur intellectu agentem. ergo a fortiori in secundo de anima vbi determinat de sensu debuit inuestigare et notificare sensum agentem si daretur. quare rē. Et pro hac parte sūt auctoritates non pauce Aristotelis et cōmentatoris. Dicit enim Aristoteles. Sensus autem in ipso moueri et pati accidit. Item in illo capitulo: Diuidendum autem de potentia et actu loquens de ipso sentire dicit: qz huiusmodi operationis actiua sunt extra visibile audibile et reliqua sensibilia. et in multis locis secundi de anima dicit qz sensus reducitur a sensibili de potentia ad actum: quod non esset nisi consequens esset virtus passiva et non actiua. Cōmentator autem dicit qz necesse est si sensus esset virtutes actiue ut sentirent ex se et non indigerent sentire aliquo extrinseco. Itā dicit qz mouēs primam perfectionem in se habent sicut extrinseca sensata. et post addit qz sensus nō mouetur nisi motu qui dicitur comprehensio a rebus particularibus sensibilibus et ille sunt extra animam. et cōmentator quinquagesimo tertio inquit: Cum declarauit qz sensus est ex virtutibus passivis non actiuis. et illa habent dupliciter esse scilicet esse in potentia antequam virtutes eius perficiantur a motore extrinseco: et esse in actu quando fuerint perfecte et intente ventientes rē.

¶ In hac questione talis ordo seruari debet. quoniam primo premitentur aliqua p̄ambula: deinde ponentur cōclusiones de questione. Quantum ad primum sciendum est primo qz de sensu agente an datur: varie opiniones fuerunt. Quidam enim dixerunt dari sensum agentem extrinsecum sensibus passivis quem dixerunt intelligentiam quandam esse. Unde sicut posuerunt intelligentiam primum mobile mouentem esse intellectum agentem. sic voluerunt vltimam intelligentiam scilicet mouentem orbem line esse sensum agentem. hi tamen bipartiti fuerunt quoniam aliqui voluerunt obiectum sensibile in medio et organo speciem sensibilem causare: deinde intelligentiam agentem mediante sensibili specie sensationem in sensu producere. Alij vero quibus minus est credendum dixerunt intelligentiam agentem speciem sensibilem producere. deinde sensibile mediante tali specie sensationem efficere. et hanc dicunt fuisse opinionem Auerois secundo de anima commento quinquagesimo nono dicentis Aristotelem exponendo. Oportet enim qz prima perfectio sensus sit ab intelligentia agente ut declaratur in libro animalium.

Secunda autem perfectio sit a sensibilibus: deinde subdit in fine cōmenti. sed prima perfectio sensus differat a scientia scientis que est in actu quando non cōsiderat in hoc qz mouens primam perfectionem in sensu et extrahēs eā in secunda sūt extrinseca sensata ut visibilia et mouēs scientie

de prima perfectione in secundam sunt extrinseca sensata ut visibilia et mouens scientem de prima perfectione in secundam et aliud copulatum cum anima copulatione i esse. Vult ergo commentator ut dicunt q. sicut habitus intellectus seu species intelligibilis est prima eius perfectio: sic species sensibilis est prima perfectio sensus. et hec fit ab intelligentia agente: et sic intelligere in actu est secunda perfectio intellectus: sic sentire est secunda perfectio sensus. et hec fit ab obiecto sensato. differentia tamen est quantum ad agens inter secundam perfectionem intellectus est ei intrinsecum et copulatum secundum esse. est enim intellectus agens qui copulatur possibili sicut forma materie ut declaratum est in tertio de anima.

¶ Sed contra ambas opiniones sic arguitur: Omnis intelligentia supercelestis respectu horum effectuum particularium est agens vniuersale: et semper inter agens vniuersale et effectum particularem oportet esse aliud agens particulare intermedium limitans agens vniuersale magis ad hunc particularem effectum q. ad alium. ergo sequitur q. nulla intelligentia supercelestis est principium immediate productionum speciei sensibilis aut etiam sensationis. igitur etc. Item contra secundum modum quem attribuant commentatori arguitur sic: Nobiliori cause nobilior effectus debet attribui. sed intelligentia est nobilior et magis spiritalis q. forma sensibilis. ergo intelligentie nobilior et spiritalior effectus debet attribui q. forme sensibilis cum ergo sensatio sit nobilior et magis spiritalis q. species sensata: tanquam eius proprius effectus q. species sensata et contra species sensibilis magis attribuitur forme sensate tanquam immediate eius effectus q. ipsa sensatio.

¶ Et cum dicunt illam esse opinionem Commentatoris: hoc est negandum. quoniam vult commentator q. secundum perfectionem sensus est sentire et illam faciunt sensata extrinseca sicut et speciem sensibilem. sed non vult q. prima perfectio sensus sit species sensibilis: sed q. sit ipsa potentia sensitiva in anima existens mediante qua sentit ut naturali ei potentia receptiva. q. hec fit eius intentio apparet expresse in principio illius commentarii dum commentator dicit: Et prima transmutatio sentientis que est similis transmutatio in hominis de ignorantia ad scientiam per doctorem est transmutatio que fit per agens quod educit virtutes sensitivas de potentia materie generans animam et non a sensibilibus. ¶ Ad idandum est ergo de istis hominibus qui ita false ponunt commentatori illud cuius oppositum dicit expresse. Et cum ulterius inquit commentator q. prima perfectio sensus sit ab intelligentia agente. istud sic debet intelligi scilicet q. prima perfectio sensus sit a generante quod dicitur intelligentia pro quanto agit propter determinatum finem directum et regulatum ab intelligentia et superioriibus ut alibi habet videri. De eo vero quod dicit commentator commento sexagesimo: q. necesse est ponere motorem extrinsecum in sensibus animam a sensibilibus infra dicit.

¶ Secunda opinio fuit Joannis de Bandauo ponentis in anima sensitiva duplices naturales potentias quarum quasdam dicit esse sensus passiuos: quasdam vero actiuos de qua in conclusionibus ponendis discutietur. Tertia fuit opinio Joannis Bridani ponentis animam sensitivam per essentiam propriam absque aliqua naturali potentia illi superaddita specie sensibili in organo inducta ad sensationem actiuam passiuam concurrere de qua etiam post de terminabitur. Aduerte tamen q. licet Joannes Bridanus ponat speciem sensibilem recipi subiective in organo

et non in anima sensitiva. Alij tamen dicunt et forte verius q. species sensibilis recipitur etiam in compositore in anima sensitiva cum secundum Aristotelem sensus sit susceptivus specierum sine materia. Quarto opinio que veritati propinquior apparet et mentibus auctorum concordior ponit q. nullo modo non sit dare sensum agentem respectu sensationum sensuum exteriorum intrinsecum aut extrinsecum. et q. obiecta sensibilia sunt sufficientia ad producendum speciem sensibilem in sensu et tandem sensationem mediante sensibili specie absque concursu alterius particularis agentis. ¶ Remittendum primo q. sensum quidam exteriores et quidam interiores. ¶ Remittendum secundo q. duplex est sensatio scilicet exterior et interior. Sensatio exterior est illa que fit in sensu exteriori: sicut visio auditus olfactio gustatio et tactio. Sensatio vero interior est illa que in sensu interiori causatur: sicut apprehensio sensus communis aut cogitatio. ¶ Remittendum tertio q. sensus equivoce sumitur. Nam aliquando sumitur pro anima sensitiva: et aliquando pro potentia in ea existente mediante qua sentit: aliquando vero pro ipso sentire hoc patet ex varijs dictis auctorum.

¶ Quantum ad secundum sit hec prima conclusio. Nulla intelligentia est sensus agens respectu omnium sensationum exteriorum aut sensibilibus exteriorum tanquam agens principale propinquum. Ista conclusio ponitur contra opinionem primam cuius probatio ex illius opinionibus improbatione accipitur breuitatis causa. Dicit autem respectu sensationum exteriorum. quoniam ad sensationem interiorum quandoq. concurrunt intelligentia tanquam agens principale et propinquum. unde tempore soni multiplicat intelligentia suum lumen spirituale. necdum ad intellectum immo etiam ad sensum interiorum: qui cum sit spiritalis: sensu exteriori est illius amplius susceptivus tunc ergo ipso per sensibilibus species non distracto sicut in vigilia contingit causari in eo intelligentia per lumen quod sibi imprimat actum sentiendi: et tunc somnia causantur que diuina a medicis appellantur. Et aliquando tempore vigilię taliter causatur sensatio in sensu interiori hominis habetis animam elevatam non immeritam materie a passionibus et sensibus: ut colligi potest de mente Avicene. Quarta sexti naturalium et Alberti in libro de somno et vigilia.

¶ Ex conciliatore etiam differentia qua querit an somnia conferant ad curam. Secunda: Nullus sensus exterior ad sensationem particularem actiuam concurrunt: sed obiectum extrinsecum cum specie ab eo causata. Ista conclusio est bipartita: cuius prima pars a quibusdam sic arguitur. Si anima sensitiva preter sensum passiuum poneretur alij sensus ad sensationem exteriorum actiuam concurrere: aut ille esset cognoscens: aut non cognoscens. non potest dici q. esset cognoscens: quia tunc superfluerent sensus passiuus qui tunc cognoscens. nec etiam est non cognoscens: quia tunc sensus passiuus esset eo perfectior cum cognoscens sit perfectius non cognoscens. hoc autem est falsum. Ad hoc respondet Joannes de Jan. dicens q. h. sensus passiuus inquam cognoscens perfectior sit sensu actiuo inquam non cognoscens in sensu actiuo simpliciter et secundum substantiam est perfectior q. sensus passiuus nec vlt cognoscens est simpliciter nobilior non cognoscens. Sed hec ratio non valet. quia si modo est verum q. sensus passiuus cognoscat cum sit q. latus de secunda specie q. latus est de eo q. dixerit sensu passiuum cognoscere tenedo alia q. ipse concedit. Et si aliquis auctor dicit sensu exteriori indicare siue cognoscere capit sensum passiuum sensitivum et non passivum et potentia naturali. Sic arguit q. vlt cognoscens simpliciter et secundum substantiam est nobilior non cognoscens saltem si fuerit eiusdem generis naturalis ut videtur corruptibile aut vlt cognoscens quoniam ex perfectio operationis arguit

perfectio potentie siue fuerit actio siue passio, sed cognosce
re est opatio nobilior q̄ sit aliqua opatio illius quod nō
cognoscit, ergo cognoscens est nobilior non cognoscere.
Vnde multi concedūt q̄ formica est nobilior corpe celesti
intelligentia seclusa, hoc tū concedere nō oī, quia celum &
formica non sūt eiusdem generis naturalis cum celum
incorruptibile sit, formica autē sit corruptibilis. Sed aliter
est de sensu actiuo & de sensu passiuo si ambo ponantur in
anima sensitua: quia tunc ambo corruptibiles essent, ideo
si passiuus esset cognoscens & non actiuus infallibiliter se
queretur q̄ passiuus esset simpliciter nobilior sensu actiuo,
quod tamen ipse negare conatur, ideo pro eadez parte ali
ter sic arguitur. Si esset sensus agens respectu sensationis
exterioris tunc contingeret alias sentire sensu exteriori ab
sente sensibili, consequens falsum, & contra Aristotē p̄
batur consequentia, quia agente naturali appropinquato
passio necessario fit actio: ut colligitur ex primo de genera
tione, sed absente sensibili & dato sensu agente tunc alias
habet in se virtutem actiuam sensationis exterioris & pas
siuam, ergo tunc fiet sensatio, quare &c. Et si dicatur q̄
requiritur species sensibilis que producat ab obiecto ut
disponat sensum passiuum ad recipiendum sensationem:
ut ponit predictus Ioannes. Contra hoc argumen
tum q̄ talis species possit produci a sensu agente. Nam
omne agens quod sufficit aliquam formam inducere i sub
lecto sufficit etiam illud subiectum disponere pro receptio
ne illius forme ut patet in alijs tam inanimatis q̄ anima
tis: ut in oruto & planta & igne & alijs talibus, sed per ipm
in anima sensitua est sensus agens sufficiens inducere sen
sationem in sensu passiuo, ergo etiam sufficit ipsum dis
ponere pro illius receptione & per consequens species sen
sibilem in eo causare. Et confirmatur, quia sicut se ha
bet intellectus agens ad intellectum possibilem in produ
ctione intellectionis: ita se haberet sensus actiuus ad sen
sum passiuum in productione sensationis. Sed intellec
tus agens producit in intellectu possibili speciem intelli
gibilem que intellectio causatur nullo extrinseco concurren
te, ergo similiter sensus agens producit in sensu passiuo
speciem sensibilem qua sensatio causatur, tenet consequen
tia cum maiori ex conuenienti similitudine, & minor colli
gitur ex tertio de anima. Secunda pars illius conclusi
onis sic probatur. Omnis effectus particularis in actu re
quirit aliquod agens particulare in actu & instrumentum
aliquod ipsius agentis, sed sensatio exterior est effect⁹ par
ticularis in actu, ergo requirit agens principale particula
re in actu & instrumentum aliquod ipsius agentis, tale au
tem agens principale particulare aut est intelligentia ali
qua aut virtus aliqua existens in anima sensitua: aut ipa
anima: aut obiectum sensibile per sufficientem diuisionē,
sed non est aliqua intelligentia ut asseruit prima conclusio
nec virtus aliqua anime sensitue ut patuit per primā par
tem huius conclusionis etiam si daretur sensus agens nō
esset agens principale: sed instrumentum anime sensitue:
ut tenent ipsum ponentes, nec etiam est anima sensitua:
ut in sequenti conclusione ostenditur, ergo relinquatur vl
timum dandum esse videlicet illud esse obiectum sensibile
ipsius autem instrumentum non potest esse nisi species se
nsibilis ab eo producta, quare &c. Ex quo sequitur cōtra
Ioannem de Bando q̄ species sensibilis concurret ac
tue ad actum sentiendi & non tantum dispositiue siue pas
siue ut ipse multoties ponit. Tertia conclusio, anima
sensitua in ordine ad sensationes exteriores est potentia
pure passiuā, hoc conclusio probatur. Si anima sensitua
concurreret actiue ad sensationem exteriorē cum nulla
substantia sit principium immediate productuum alicui⁹
sue operationis sed semper indiget aliquo instrumento si

bi naturaliter existente: tunc in anima esset aliqua virtus
naturalis qua videntur ut instrumento in productione sen
sationis, talis autem esset sensus agens quem tamen non
dari probatum est in prima parte secunde conclusionis, hoc
stante tunc arguitur sic. Anima sensitua non concurret ac
tue ad sensationem exteriorē ut nunc argutum est & ad
eandem concurret passiue ut omnes patentur, ergo anima
sensitua ad sensationes exteriores pure passiue concur
rit, & per consequens in ordine ad ipsas est potentia pure
passiuā.

¶ Ad habitus respondetur ad rationes ante oppositum
factas. Ad primam cum dicitur q̄ in omni natura in
qua est aliquid &c. Respondeo q̄ Aristoteles non vult il
lam propositionem esse vniuersaliter veram: sed cum hac
modificatione scilicet q̄ illud quod est omnia fieri possit &
duci ad actum non concurrense actiuo extrinseco, hoc enī
stante: tunc in eadem natura bene erit aliquid quod ē om
nia agere ut est de intellectu, quoniam licet in principio cō
currat phantasia causatum ab obiecto exteriori: post ta
men habitationem potest intellectus moueri ad intellec
tum: nullo, particulari extrinseco concurrense cum tunc
in potestate nostra sit intelligere cum voluerimus. Sic au
tem non est de sensu exteriori quia semper in suo actu sen
tiendi presupponit obiectum extrinsecum. Ad secundā
cum arguitur q̄ materiale non potest vigore proprio pro
ducere spirituale, hoc est negandum immo forma materia
lis sensata ex se producit se spiritualiter in medio aut organo
no producendo speciem sensibilem aut sensationem non
concurrense alio particulari agente nisi forte per accidens
si teneamus subiectum forme secum coagere: Et ad cō
firmationem cum dicitur q̄ nullum agens principale agit
vltra propriam speciem, verum est in generatione vniuo
ca: sed in generatione equiuoca ut in proposito non in con
uenit aliquod agens aliquid perfectius se producere im
mo Burleus in quodam suo quolibeto tenet q̄ qualitas
potest vigore proprio produci e formam substantialem &
tanquam agens principale particulare ut caliditas formā
substantialem ignis, & ita de alijs.

¶ Attendendum tamen pro argumento q̄ non omnino
ita se habet sensibile ad sensum sicut intelligibile ad intelle
ctum. Nam intelligere videlicet phantasia siue intentio
imaginata sic se habet ad intellectum possibilem: quod nō
est de se sufficiens ipsum mouere, quia phantasia est ma
teriale & extensum, intellectus autem possibilis est abstra
ctus & inextensum, ideo phantasia non est de se in actu re
spectu intellectionis & sufficienter dispositum, sed in poten
tia solum propter quod oportuit pro intellectione causan
da seu specie intelligibili in intellectu possibili prater phan
tasia concurrere intellectum agentem qui irradiaret fan
tasia & faceret ipsum in actu & ex eo abstraheret speciem
intelligibilem, sensibile autem est de se in actu respectu spe
ciei sensibilis aut sensationis sciende, quoniam licet poten
tia sensitua sit ens spiritualius q̄ sensibilis forma: est ta
men potētia organica & extensa sicut forma sensibilis: qua
re in ea potest recipi species sensibilis & consequenter sen
satio absque aliqua abstractione & absque concursu alterius
agentis particularis spiritualioris q̄ sit forma sensata pre
sertim cum species sensibilis & similiter sensatio sint exten
se & materiali conditione participantē.

¶ In hoc capit similitudo, quia sicut intelligibile mouet
intellectum: ita sensibile mouet sensum.

¶ Ad tertiam cum dicitur q̄ nobilior forme nobilior ope
ratio debetur, hoc conceditur & ulterius dico q̄ nobilior ē
operatio potentie sensitue q̄ vegetatiue sit actio. Nec
vniuersaliter agere est nobilior q̄ pati nisi fuerint eius
dem rationis.

Ubi autem fuerint diuersarum rationum fiat euerfus:
 1. q. passio certa actione sit nobilior: ut in proposito quoniam
¶ Concludit ex dictis naturam materie prime. ⁊ primo facit hoc. secundo remouet dubium ibi Sed quo primo. Dicitur ex quo ita est q̄ subiectum transmutationis substantialis non est ens in actu necesse est q̄ natura huius subiecti scilicet materie prime sit non possibile ita q̄ potentia & quasi differentia substantialis eius. ⁊ ex hoc est q̄ nullam habet propriam formam nec accidentalem de se. sed eius substantia est in potentia vel in posse: ⁊ ex hoc habet q̄ recipit omnes formas substantiales ⁊ accidentales. ⁊ hoc est descriptio materie prime. Nota q̄ licet intellectus ⁊ sensus ⁊ materia prima sint nature receptive diuerse siue de tāmē recipiunt vñ dicit commentator: tertio de anima. quia intellectus non recipit formas individuales sicut sensus ⁊ materia prima. nec etiam recipit formas cum corruptione contrarij scilicet materie prime nec sensus. Similiter hinc facit. ⁊ ideo iste receptiones sunt similes quantum ad aliqd ⁊ dissimiles quantum ad alia.

Item nota ut dicitur in 3.º tercio celi et mundi: ex hoc quod materia prima est ens solum in potentia et hoc est quod recipit omnes formas de sua natura. et ideo dicitur in 1.º ibidem quod cum elementa sint aliquid de se in actu ideo de natura sua non sunt in potentia ad omnes formas sed solum ad formas mixtorum que sunt in eis in potentia solum. sed materia prima est in pura potentia ad omnes formas ita quod primo recipit formas impsectas. scilicet elementorum: deinde perfectas. scilicet substantiales mixtorum. Tercio et ultimo accidentales sic etiam intellectus si debet recipere omnes formas intellectuales debet esse de nudatus ab omnibus et nullam habere apud se ut dicitur tercio de anima a philosopho commentatore.

¶ Sed posset hoc per quod substantiatur hoc subiectum differt a natura subiecti quod substantiatur per hoc posse in hoc quod posse dicitur respectu forme. Hoc autem subiectum est unum entium existentium per se: quorum substantia est in potentia.

¶ Ad id remouet dubium. primo facit hoc. secundo ex dictis inferri concluditur ibi. Et ideo difficile primo quia dixerat statim quod naturam materie prime est natura potentie et hoc creditur aliquis quod materia et ipsa potentia essent eiusdem essentie prime cum natura potentie. hoc remouet et dicit quod posse quo substantiatur hoc subiectum. scilicet potentia que accipit quasi pro differentia substantiali ipsius materie prime differt a materia prima quia materia prima est substantia et ens in se. potentia vero est quidam respectus et habitudo ad formas et sicut materia est de natura substantie: habitudo autem de natura accidentis et relationis: et ita differt materia prima a sua potentia. Notandum quod cum dicitur in 1.º quod potentia non est de natura materie. ratio huius est quia sunt diversorum predicamentorum unus. scilicet substantie est: aliud relationis: et quod unus corrumpitur et aliud manet. materia enim permanet: sed potentia semper corrumpitur. Alia autem ratio est ad hoc quia illa differunt quorum unus multiplicatur et aliud non. modo potentia multiplicatur et diversificatur in diversitate formarum. materia autem prima semper eadem et una.

¶ Et ideo difficile est intelligere vel imaginari nisi in comparatione ad alterum sicut dixit Alexander.

¶ Inferri concluditur ex dictis dicens quod materia prima sit solum ens in potentia. et ideo difficile est eam intelligere nisi in comparatione ad aliquid. scilicet formam ut dicitur in 1.º. Notandum est quod dicitur hic in 1.º. et in primo physico quod natura materie prime non est bene intelligenda in se. ratio est. quia nequid intelligitur primo vel in actu vel in actu. sed materia prima non est habens ideo non bene intelligitur in se. Et est notandum quod ipsa intelligitur per analogiam ad aliquid. scilicet ad formam. quia sicut in artibus forma intelligitur in comparatione ad aliam formam que iam est in actu vel est aliquid quod est sub tali forma. sic est de intellectu materie prime: quia non intelligitur primo sed ex consequenti eo quod de se non est actus nec actus. Sic sunt illa que non habent materiam que materia est impedimentum intellectus ut deus est: separata a materia que sunt actus puri et de se maxime intellectui.

¶ Cum inuenit substantiales formas diuisi in diuisionem huius subiecti. Diuisio autem non est huic subiecto vel in hac substantia nisi in quantum habet quantitatem scilicet quod primum eorum que preexistunt in hoc sunt diuisiones que dicuntur corpus.

¶ Postquam determinauit auctor de natura materie prime generabili et corruptibili in se. hic determinat de ea in comparatione ad formas subales. et ostendit in ordine et respectu se habere ad formas quod idem est: circa quod duo facit. primo ostendit generaliter quod dimensiones indeterminate precedunt formam unamquamque in materia in indiuiduum: et quod dimensiones terminantur sequitur formam in materia. secundo reddit spem liter ad declarandum quod dimensiones indeterminate nunquam separantur a materia ibi. Et quia inuenit omnes formas. prima in duas. primo declarat generaliter et dimensiones terminantur preceps. secundo quod dimensiones terminantur sequitur formam in materia ibi. Et tamen inuenit dimensionibus. Primo dicit quod cum Alexander vidit diuisi formas in diuisione subiecti in quo sunt. diuisio autem substantie non debet nisi per quantitatem. cum ergo subiectum hoc quod materia sit suba et prius naturaliter diuisum quod habeat formam sequitur quod prius naturaliter existit in hoc subiecto dimensiones tres que diuisum corpus quod forma. et per consequens quod aliquid aliorum que sequitur formam et ideo dicit absolute quod principia corporum que existunt in his subiecto sunt diuisiones. Notandum ut in 1.º. dicitur. et materia. quod tam in multitudine generabilium et corruptibilium ab uno generante. scilicet indiuiduo est multiplicatio ad materiam et diuisio in partes in quas agens agit. cum ergo forme non diuisantur nisi per diuisionem materie et materia diuisum per dimensiones. ergo dimensiones adueniunt materie quod hoc forma vel illa. et tunc dicitur vii. physico quod quantitas immediata adheret materie. Sed obiectio quia dimensiones ex quo sunt accidentia non habent esse nisi a forma. quia ut dicitur septimo metha. accidentia non sunt entia nisi quia entis. quare non videtur quod preceps formam in materia. Ad hoc dicitur quod dimensiones ut sunt interminate debent esse in materia ut autem sunt terminantur dicuntur forme et ideo dimensiones sunt in composito terminantur ratione forme: indeterminate vero ratione materie. igitur dimensiones non habent esse extra animam accidentaliter: sed sunt indeterminatæ. sic nec materia prima habet esse extra animam sed in forma ut dicitur in 1.º. metha. essentia in materia est ab essentia forme et compositi: sic est de dimensionibus. quia igitur sunt semper determinate in re extra animam tunc est essentia in diuisione ut sunt dimensiones habentes terminos. quia tantum recipiunt a forma essentia tamen dimensionum nunquam corrumpitur cum corrumpitur huius et illius: sic nec essentia materie corrumpitur. et ideo preceps ad formam particulari est et ad illam.

¶ Et cum inuenit in his dimensionibus communem formas: quarum quilibet habet propriam quantitatem terminatam scilicet dimensiones terminatas ultimo actu non posse esse nisi postquam forma substantialis existit in eo sicut est dispositio de aliis accidentibus existentibus in actu.

¶ Ostendit quod dimensiones terminantur consequuntur formam in materia. et hoc declarat tribus rationibus quarum secundam ponit ibi. Et cum inuenit. tertia ibi. Et cum accepit signum. primo dicit quod cum Alexander inuenit omnes formas coiccare in istis dimensionibus quilibet autem forma habet quantitatem terminatam. propriam manifestum fuit ei quod dimensiones terminantur non possunt in ultimo actu et perfectione existere in subiecto nisi postquam forma substantialis in eo fuerit sicut nec alia accidentia in actu perfecto existunt nisi in formis. Notandum ut in 1.º. dicitur vi. physico quod sicut unaqueque forma habet qualitates determinatas ita habet quantitatem determinatam ad minimum et ad maximum. et hoc idem dicitur secundo de anima. quod omnium naturarum constantium terminus est magnitudinis. et ideo cum res quantitas sit forma dimensionum manifestum quod dimensiones terminantur in quo actu habent terminos proprios formarum consequuntur formas substantiales in materia. Item notandum quod passiones et accidentia de se sunt interminate. et habetur ex octauo methaphysice: terminata vero sunt a forma. quia omnis terminus est a forma: ut dicitur Commentato. 3. celi et mundi.

C Et inuenit enim subiecta omnium accidentiū indiuidua substantie que sunt in actu de quibus de terminatum fuit ab eo esse composita ex formis et subiecto: quod est in potentia.

Declarat hic secundam rationem dicens subiecta quod omniū accidentiū sunt indiuidua substantie. sed dimensiones sūt de numero accidentiū existentū in actu in subiecto. q̄ subiectū eorū vel substantia erūt indiuidua substantie. sed indiuidua substantie sūt composita ex m̄a. ergo dimensiones terminate posteriores sūt forma in materia q̄a accidēs est posterius subiecto naturaliter. Notandū est sicut dicit p̄m. tertio d. e. aia q̄ l3 forma substantia et accidentia in b̄ conueniūt q̄ sunt in subiecto: differūt itē quia forma substantia tibiis non regit q̄d p̄existat suū subiectū neq3 actu immo ipsa dat actū essendi. forma v̄o accidentalis non regit q̄d p̄existat suū subiectū neq3 actu imo ipsa dat actum essendi forma v̄o accidentalis non p̄t exsistere nisi subiectū sit in actu q̄ eam in actu recipit saltem sed p̄m. et ita est de dimensionibus terminatis. et hoc est q̄d dicit p̄m. vij. metba. pbi. f. q̄ indiuiduū substantie p̄cedit indiuiduū accidentiū vij. physicoz. et sic dicit q̄ via substantie ad esse p̄cedit m̄a ad esse accidentium.

Et accepit etiam signum ex hoc q̄ hoc subiectum recipit accidentia contingentia in eo q̄ nō est simplex. quoniam si esset simplex actu nō posset recipere accidentia. P̄dati enim contrarium est ipsi actui.

Dicit hoc idem tertio. d. q̄d signū etiam ad hoc b. f. q̄ dimensiones terminate sequuntur formam in materia est q̄d illud subiectum q̄d habet dimensiones terminatas recipit accidentia contraria et cōtingētia: ita q̄ q̄q3 vnū q̄q3 aliud. modo illud subiectū q̄d q̄q3 recipit vnū: q̄q3 aliud non est subiectū simplex in actu existens. quia recipere est quoddā pati. illud autē q̄d est simplex actus est impassibile et nō est passibile q̄a pati cōtrariū ē actui. ergo erit tale subiectū cōpositū ex forma que ē accidēs et m̄a que est in potentia et ita subiectū dimensionū terminatarū est cōpositū ex materia. quare dimensiones terminate sequent formaz substantialem in materia.

Et quia inuenit omnes formas cōmunicare in dimensionibus non terminatis sciuit q̄ prima materia nunquā denudatur a dimensionibus non terminatis. quoniam si denudaretur: tunc corpus ēēt ex non corpore: et dimensio ex non dimensione.

Dicit ad declarandū specialiter q̄ dimensiones interminate nūquā separant a materia. et p̄mo declarat ratione secūdo declarat oīa supradicta sensu et exemplo ibi: et hoc totū contingit. Circa primū ponit duas rōnes deducētes ad incōuenientia duo. secūdo ibi Et tūc forma corruptibil. P̄mo dicit q̄ omnes forme cōmunicant in dimensionibus nō terminatis. nam omnis forma materialis regit quantitatem et dimensionem. et ideo manifestū est q̄ materia nūquā denudatur a dimensionibus non terminatis q̄a si ita esset q̄ denudaretur ab eis tūc dimensio fieret ex nō dimensionibus et corpus ex non corpore: q̄d est impossibile. quare sequitur q̄ non denudatur ab eis. Notandum q̄ sicut dicit p̄m. secūdo ce. et m̄a. Ex quo aliquid fit ex materia p̄ma o3 ipsum esse situatū in vniuerso cuius declaratio fit. quia ex materia non fit aliquid et maxime corpus nisi per transmutationem. nūquā autē transmutatur materia nisi corpus vt p̄m. dicit. vij. metba. sed illud q̄d transmutatur ab agente corporeo debet habere sicut determinatū in vniuerso. et idē dicit q̄to physicoz. et p̄b̄ p̄mo de generatiōe corpus agit per contactū. quia si aliquid fit ex materia ipsa

debet esse situata in vniuerso: si tamen non haberet nō ēēt dimensionata. ideo impossibile est aliquid fieri. f. ad corp⁹ a materia non dimensionata.

Et tunc forme corporales essent cōtrarie et succedentes sibi in hoc subiecto sicut est dispositio de formis substantialibus.

Et ostendit aliam rationem b. d. q̄ si materia prima denudaretur a dimensionibus interminatis tūc sequeretur q̄ forme corruptibiles essent sibi inuicem contrarie et succedentes sibi in eodem subiecto hoc est q̄ corporeitas contrarie corporeitati: ita q̄ sicut vna forma substantialis contraria alteri saltem per qualitates et dispositiones proprias et vna corrumpit aliam. sic vna contrarietas corrumpet aliam et aliam. hoc autem est falsum: quare sequitur q̄ materia prima nunquā denudatur a dimensionibus interminatis.

Notandū q̄ corporeitas que est in materia vel forma corporeitatis non opponitur ad inuicem nec contrarie nec p̄uatiue. Non opponitur p̄uatiue: quia oppositorū p̄uatiue vnū est perfectum: reliquū imperfectū. mō corporeitas non sunt tales inquantū corporeitas. Nec opponitur etiam contrarie. quia contraria maxime a se inuicē distant. modo in dimensionibus vel incorporeitatibus nō est dare maximū vel minimū vt apparet p̄mo physicoz. quare non erit maxima distantia: et p̄b̄ nec cōtrarietas ergo dimensiones contrarietates non corrumpunt se ad inuicem et ita non succedūt sibi inuicem in eodem subiecto.

Item quantitates non sunt de genere vniū actiuar. vt p̄m. dicit quarto physicoz. et ita dimensiones non agunt i se inuicem. Ex quo ergo materia prima nūquam est sine dimensionibus sic nec sine formis et dimensiones non succedūt forme substantiales sequit q̄ nūquā denudatur a dimensionibus vt sunt interminate q̄a termini bene succedūt sibi inuicē: corrūpit ad dimensiones semper.

Et hoc totum conuenit sensui. Videtur enim q̄ forma caliditatis quando agit in aquam incipit aqua augere et crescere in dimensionibus et vicina ri dimensionibus aeris. cuius igitur puenit ad maximam quantitatem aque: tunc subiectum denudabitur a forma aque et recipiet formam aeris et quantitatem dimensionum p̄p̄iaz forme aeris. Et si militer facit contrariū frigiditatis in aere q̄ dimensiones aeris non cessant diminui donec expolietur a sua forma et recipiat formam aque.

Dicit totū declarat dictum suū ex p̄lo. et p̄mo declarat b̄ de dimensionibus terminatis di. q̄ hoc totū q̄d dictum est insinuat sensu. nam videmus q̄ ex aqua fit aer ab agente per caliditatem et aqua incipit augeri in dimensionibus et appropinquare dimensionibus aeris. cū aut aqua venerit ad aliquam extensionē quā aqua potest recipere tūc vt terius. p̄cesserit actio agentis corrūpitur forma aque et subiectum simul denudatur a forma aque et a quantitate p̄p̄ia dimensionū aque et introducitur forma aeris in quantitate p̄p̄a et terminis p̄p̄iaz dimensionū aeris et sic est agens per formam sufficiens quando ex aere fit aqua. f. q̄ dimensiones aeris continue diminuitur donec subiectum expolietur forma aeris et introducetur forma aque cum terminis aque p̄p̄iaz. deinde cum dicit.

Dimensiones autem simplices que appellantur corpus simplex non denudantur a prima materia sicut nec alia accidentia cōmunia omnibus corporibus contrariis: aut duobus eorum: aut plus. verbi gratia. diaphanitatem in qua cōmunicant ignis et aer.

Decarat dictum suum ex dimensionibus interminatis dicens qd dimensionibus simplicibus que appellantur corporibus nunquam separantur a materia prima formas habet non dicitur separari a materia prima sicut nec alia accidentium: sunt communia omnibus formis contrariis vel aliquibus vel pluribus. quia tunc licet una forma corrumperetur per aduentum forme contrarie. accidens tamen quod est commune ambabus formis non corrumpitur ut apparet in dia phanitate in qua communicat ignis: et aer que non corrumpuntur quando ex igne fit aer et econverso ut apparet primo de generatione. Notandum qd sicut dicitur commentato: secundo de anima capitulo de obiecto ignis habet raritatem maximam: deinde aer: postea aqua: ita qd ignis est est finis raritatis. id est cum in raritate sua est latitudo ad maius et minus ita qd si ex eo fit aqua vel aer. potest fieri minus rarus et magis et minus. et sic tota transmutatio fit in dimensionibus propinquis ignis usque ad finem transmutationis quando corrumpitur forma ignis et introducit forma aeris vel aquae: ita qd materia semper est sub dimensionibus. sed non est semper sub eisdem terminis dimensionibus. Nota qd ista successio non fit in forma substantiali: sed magis in dimensionibus et qualitatibus formarum substantialium. et hoc est quod commentator dicit secundo et sexto physiconum quod forma est indivisibilis transmutationis non est in rebus divisibilibus. Primo physiconum etiam dicit qd in spermate apud generationem hominis non cessat partes spermatis recedere et partes hominis fieri donec forma humana perficiatur si forma recipit partitionem. Si autem non illud necessario sequitur in actibus propriis forme generate. et hoc ultimo est est verum sicut dicit ipse postea secundo et sexto physiconum. Item nota qd in generationi substantiali qualitas symbola non corrumpitur sed contraria corrumpuntur ut vult philosophus primo de generatione. et ideo dicit in secundo eiusdem qd in habentibus symbolum facilior est transitus. Vbi gratia: sicut dicit commentator in eodem secundo quando ex aere fit ignis caliditas que est qualitas communis utriusque non corrumpitur sed magis intenditur et.

Quia ista forma. scilicet forma dimensionis non terminata: existit in prima materia primitus et succedit sibi in ea cum sit impossibile hoc subiectum retinere duas earum in existentia terminate quantitatis. Ideo impossibile est a subiecto denudari formam: vel substantiam denudari a forma nisi per forme destructionem. Nec est etiam impossibile ipsam fieri in subiecto: nisi per agens extrahens illam de potentia in actum. Unde necesse est has formas esse contrarias adeo qd altera corrumpet suam contrariam: et subiectum recipiet formam similem.

Postquam auctor determinavit de natura materie generabili et corruptibili. hic determinat de natura forme ipse circa quod duo facit. quia primo facit quod dictum est. secundo ex his que determinata sunt de natura materie et forme generabili et corruptibili concludit causas generationis et corruptionis ibi declaratum est igitur. Adhuc prima in duas quia primo determinat de natura forme. secundo ex hoc infert duas conclusiones ibi dicitur forme elementorum. Primo dicit qd ista forma interminata. id est dimensiones interminatae que appellantur cum aliquibus forme corporeitatis existunt primo in materia primo dimensiones terminate succedunt sibi invicem a materia cum impossibile sit formas substantiales que habent proprios terminos et distinctos suorum quantitatum simul existere in eadem portione materie. ideo impossibile est unam formam substantialem denudari a subiecto vel subiectum denudari a forma subali nisi per corruptionem

forme illius cum qua sibi introducit. nec etiam potentia est fieri in hoc subiecto: nisi per agens extrahens illam de potentia in actum. et ideo necesse est formas subales esse prias ita qd altera corrumpit alteram cui succedit vel agens: generas una forma corrumpit aliam priam existentem et tunc subiectum recipit formam similem. id est ipsi agenti. Notandum est qd in materia prima sunt simul diverse forme propter hoc qd in ipsa materia natura. iter prias existunt dimensiones mediis quibus dicitur videtur et recipit in diversis partibus suis diversas formas: sed in eadem portione materie nunquam simul existunt diverse forme subales: sed successive. scilicet modo ista: modo alia. et hoc ideo: quia una prias alteri et corrumpit eam. sed subiectum est commune ad omnes ut infra patebit. Hic nota qd forma contraria non fit de nouo nisi per novam actionem et dispositionem agentis contrarii. per que erat in potentia erat actus et materia in potentia passiva. et hoc est quod commentator dicit duodecimo methaphysice. qd omnes forme que sunt in materia prima in potentia passiva sunt primo in potentia activa. Item dicit commentator qd necesse est qd iste forme sunt contrarie: ut primo de generatione. generatio et corruptio sunt simul natura. et corruptio contraria quia generatio unius est corruptio alterius. et ideo per eandem actionem per quam agens corrumpit unam formam generat aliam: et econverso qd non advenit dicentes in omni generatione simpliciter semper ordinem resolutionem ad materiam primam ita qd omnia accidentia que fuerant corrumpant simpliciter et alia de nouo sunt tota facta quia tunc generatio unius non esset corruptio alterius: sed motus essent distincti.

Unde forme elementorum sunt contrarie ideo dicuntur passiva quodammodo esse contraria et quodammodo similia.

Infert duas conclusiones: secundam ibi unde si aliquid. Primo dicit qd ex hoc apparet qd forme elementorum sunt contrarie quia mutuo se corrumpunt. et tunc passiva quodammodo dicuntur tria esse quodammodo similia. nam passiva sunt in principio contraria agentium in fine vero similia: ut apparet primo de generatione et. vij. methaphysice. Notandum qd scribitur. xij. methaphysice. qd contraria dicuntur que maxime distant secundum prias et non solum secundum magis et minus. et ideo cum alexander credit qualitates primas esse formas elementorum dixit elementa substantialiter esse contraria ad invicem: ut patet secundo de generatione et quarto methaphysice. sed hoc non est verum de formis substantialibus quia substantie nihil est contrarium. sed si accipiantur contraria esse improprie et large secundum perfectum et imperfectum tunc elementa ut habent bene sunt contraria et mutuo actus et passiva per qualitates proprias: ut apparet primo de generatione capitulo de actus et passivis.

Unde si aliqua corpora simplicia sunt: quorum forma caret contrariis: contingit qd iste forme sunt nec generabiles nec corruptibiles: nec se habentes subiectum commune.

Infert secundam conclusionem dicens qd si sint aliqua corpora simplicia quorum forme careant contrariis unius modi formas non esse generabiles et corruptibiles nec habere subiectum commune contrariis ut sunt forme celestes. Notandum qd generatio vel corruptio vel natura generabilis vel corruptibilis non sunt ubi non est contrarietas vel subiectum commune: ut patet ex libro de longitudine et brevitate vite: quia natura non ponit actus si ne passivo nec econverso. quia si sic: tunc aliquid fecisset otiosum et frustra. sed deus et natura nihil faciunt frustra ut dicitur in primo celorum et.

Declaratum est igitur quod causa corruptionis en-
tium et factionis eorum est contrarietas existens in su-
is formis: et commune subiectum quod nullam habet
propriam formam: sed potentia recipiens numerum
sive formas diversas in specie et numerum sive for-
mas diversas numero: et que sive magis et minus.
Et omnibus precedentibus concludit causas genera-
tionis et corruptionis istorum inferiorum. et primo facit b.
secundo ex hoc ibi elicit quandam conclusionem aliam ibi
Et quia istud. Adhuc circa primum duo facit. primo ex
dicto concludit causas generationis inferitur ibi Et causa to-
tius. Primo dicit quod ex predictis declaratum est quod
potest concludi ex dictis quod causa corruptionis entium et fa-
ctionis idest generationis istorum est duplex. scilicet contrarie-
tas que est inter formas substantiales. et subiectum quod
est commune omnibus formis idest materia prima que est
in potentia ad omnes formas nullam habens de se: sed est
recipiens numerum secundum diversas formas numero
et specie: et secundum diversas formas secundum magis et
minus idest quod ipsa materia prima est recipiens numerum
et per formas diversas secundum magis perfectum et mi-
nus perfectum cuius sunt forme simplicium et mixtorum.

Et quia huius totius est quia hoc subiectum re-
cipit primitus dimensiones recipientes dimensio-
nem terminatam. et quia est multum in potentia. quo-
niam si haberet dimensionem non reciperet mate-
riales formas diversas numero: nec formas diver-
sas specie in temporibus diversis. sed in eodem tem-
pore non inuenitur nisi una forma: et cum hoc quod ei
materia est una numero: si non esset multa poten-
tia non denudaretur ab illa una forma quam recipit
et esset forma in substantia illius subiecti: et istud sub-
iectum esset impossibile ut denudaretur a sua for-
ma omnino: aut corrumperetur illa forma: et fieret
alia.

Ostendit quomodo illud sequitur dicens quod causa hu-
ius. scilicet quod hoc subiectum est in potentia recipiens formas di-
versas in numero et specie est quia illud subiectum. scilicet ma-
teria prima recipit dimensiones interminatas que sunt in
potentia ad diversos terminos et sunt recipientes dimen-
siones interminatas que sunt in potentia ad diversos ter-
minos et sunt recipientes dimensiones terminatas. **P**ro-
pter hoc autem dimensiones interminatas est subiectum mul-
tum in potentia. Cuius ratio est: quia si non haberet di-
mensiones quibus divideretur non posset simul recipere
diversas formas nec specie nec numero nisi in diversis te-
poribus successive. sed in eodem tempore non esset nisi una
forma in tota materia: quia materia secundum se est in nu-
mero. et si non haberet dimensiones non posset dividi ex
quo sequeretur quod non esset multa in potentia nec denuda-
retur ab una forma quam post reciperet et tunc forma esset in
substantia illius subiecti idest esset de substantia illius sub-
iecti idest esset de essentia eius ita quod esset impossibile de-
nudari ab illa forma omnino quare illa forma nunquam cor-
rumperetur nec alia generaretur. Ex quo apparet quod per di-
mensiones interminatas materia prima est multum in po-
tentia. Ad intellectum huius nota quod commentator dicit
materia prima est una numero et etiam philosophus in
multis locis commentator septimo methaph. ostendit quo-
modo materia prima est una numero et quomodo unum
numero potest inveniri in pluribus. sed illud quod est in

potentia: et tale dicitur unum numero per suationem dis-
tinctionis individuarum per quas differunt singula ab invicem:
et per privationem etiam forme per quam res etiam dicitur
esse una numero et ex hoc etiam quia caret forma dicitur co-
munis omnibus formis. non igitur est idem numero: sed
quia caret differentiis formarum individualium et ex hoc etiam
est communis pluribus quia nullam formam habet in actu et sic ma-
teria prima est communis omnibus formis sive quod est solum in po-
tentia. ita cum communicatio materie prime cum omnibus formis
non intelligitur nisi per suationem omnium formarum indivi-
dualium. et ita ista communicatio est pura privatio. sed materia pri-
ma cum sit quoddam ens extra animam quia est subiectum in-
divisibile sensibile non habet esse extra animam sive quod habet
medium. sed extra animam sive quod sentitur aut sub formis
et passionibus. intelligitur autem essentia per privationem
omnium formarum. et hoc est vera imaginatio materie prime
ut idem dicit commentator.

Et quia subiectum non recipit multas formas
simul nisi ex hoc quod recipit dimensiones tres primi-
tus: manifestum est quod si subiectum aliquod sit quod
non recipit nisi unam formam semper quod eius sub-
iectum est unum numero simpliciter. Et quia mul-
titudine est in eo omnino: nec potentia in actu: et quod
non dividitur sive formam: nec forma per eius divi-
sionem.

Ex precedenti autem questione elicit quandam aliam conclusionem circa
quod duo facit. primo facit quod dictum est. secundo ostendit quod di-
cta conclusio sequitur ex predictis ibi. Et cum in hoc. primo dicit
quod idem subiectum quod est materia prima non recipit multas formas
simul. ideo propter hoc non recipit dimensiones. 3. scilicet inter-
minatas igitur est manifestum si sit aliquid subiectum quod non re-
cipit nisi unam formam que semper est in eo tale subiectum est sim-
pliciter unum in numero. scilicet in actu et in potentia ita quod in co-
non est aliqua multitudo nec actu nec potentia nec dividitur
tale subiectum per formas nec forma eius dividitur sive eius
dimensiones.

Et quod causa in hoc est: quia non recipit quanti-
tatem primo ante receptionem forme: quam si re-
ciperet esset divisibile sive eius divisionem. scilicet sive
divisionem subiecti et finiti actus sive finitatem illi-
us quantitatis: et esset possibile illam recipere ma-
ius et minus: et partem et totum.

Darctum habet quod quodis vel ostendit quod inferitur ex dictis primo
facit b. secundo ostendit conversum istud ibi Si igitur aliquid forma est.
Primo dicit quod cum habet esse. scilicet quod illud subiectum quod non recipit ni-
si unam formam est unum simpliciter nulla habens multitudinem nec actu
nec potentia est indivisibile sive formas: tota cum est quod non recipit
quantitatem per se receptam formarum. scilicet dimensionem. quia si reciperet quan-
tatem per se nunc illud subiectum esset divisibile sive formas
quia ex hoc haberet per quod divideretur. scilicet quantitate in diversis partibus
ei posset recipi diverse forme in specie et sic illud subiectum divi-
deretur per formas: forma est divisibile esset sive dimensionem ei quia in
diversis partibus ei posset recipi forma eadem sive specie et sic di-
videretur forma sive dimensionem subiecti. Ad hoc etiam forma introducitur
in subiectum dimensionato eadem forma individualis extenditur sive
extensio subiecti et sic actus esset limitatus et finitus sive finitatem quan-
titatis subiecti: ex quo sequitur quod talis forma posset recipere magis
et minus ita quod in maiori corpore esset maior sive finitatem sive finitatem
minor minor esset haberet partem et totum quia esset divisibile sive divi-
sionem subiecti. Notandum quod sic apparet ex secundo et quarto methaph. in
vnoque genere est dare primum quod sit cum illorum in illo genere et
etiam in genere divisibilitatis est dare unum principium et sic cum quanti-
tati et subiecto debet divisio quantitatis: debet per se et per se subiecto de per
accidens. quia per quantitatem ut apparet. vii. philosophico et per a primum.

C Si igitur aliqua forma est que non recipit maius et minus per diuisionem sui subiecti: nec subiectus diuiditur per diuisionem forme scilicet per eius diuersitatem. Manifestum est quod in subiecto istius forme non existunt dimensiones primitive: sed postquam forma existit. Et intelligo postquam esse non post se tempus: sicut est dispositio in omnibus accidentibus in prima materia. scilicet quod non inveniuntur in eis nisi secundum quod habet formam existentem in actu.

Extendit consequentiam dicte conclusionis dicens quod si est aliqua forma que non recipit magis et minus ita simpliciter quod non diuiditur per diuisionem sui subiecti: nec suum subiectum diuiditur per formas diuersas specie vel numero. Manifestum est quod in subiecto talis forme non existunt dimensiones primitive id est prius quam forma substantialis. sed postquam forma substantialis in eo existit et subdit ad intellectum huius quod dicitur quod postquam est forma et etiam quod intelligit quod dimensiones creantur in tali subiecto postquam forma substantialis existit in eo post secundum effectum id est secundum naturam non potest secundum tempus sicut est de omnibus accidentibus existentibus in prima materia. scilicet quod non inveniuntur in ea. scilicet in actu nisi secundum quod habeat formam existentem in actu. Sic igitur materia in qua dimensiones naturaliter precedunt hanc formam substantialem: et illa est multa in potentia et forma in ea est secundum diuisionem subiecti. sic ad destructionem consequentis: si aliqua forma non diuiditur diuisione subiecti nec subiecti per formas: tale subiectum non recipit prius naturaliter dimensiones quam formas: nec formas per dimensiones: sed magis e converso dimensiones recipiunt per formas. Notandum est quod sicut dicit commentator quarto celi et mundi: agens transmutans ad formam substantialem transmutat ad accidentia propria forme. scilicet ad quantitatem propriam et qualitatem simul temporis: sed non simul natura. nam causa prior est natura simpliciter suo effectui: licet non sit prior tempore et cetera. Sequitur rubrica.

Ade putauit Auicenna quod dispositio trium dimensionum existentium in materia simpliciter. scilicet non terminatarum est dispositio dimensionum terminatarum in ea: quia propter dixit esse necesse est primam formam existere in prima materia antequam dimensiones existant in ea.

Postquam Commentator declarauit naturam materie et forme generabilium et corruptibilium: hoc excludit circa errorem. secundo ibi. Ex quibus accidit. dictum est prius quod dimensiones terminatæ sequuntur formas in materia quia omnia accidentia nunquam inveniuntur in actu perfecto in materia nisi postquam forma substantialis fuerit in ea: dicit modo quod Auicenna ideo putauit quod dimensiones simpliciter sunt dimensiones interminate que creantur in materia: creantur in ea sicut dimensiones terminatæ. scilicet postquam aliquam formam communem. et ideo dixit Auicenna quod necesse est primam formam existere in prima materia antequam dimensiones existant in ea. Notandum est hic quod sicut apparet ex primo tractatu sufficientie Auicenna. capitulo secundo opinio Auicenne fuit quod in materia prima sit forma contrarietatis per quam formam insunt in materia prima tres dimensiones. Iste autem tres dimensiones variabiles sunt secundum variationem substantialium formarum sicut certa cum inter digitos multiplicatur involuitur et multiplicatur multas figuras recipit: ipsa tamen semper manet corpus per formam corporitatis communem omnibus illis figuris. ita dicebat in materia prima esse corpus per quandam formam communem consequentem dimensionem

interminate. hec autem corporeitas secundum se vacua est ab hac forma in actu ab illa sicut eius aptitudo est recipiendi formas specificas coherendi eis secundum aptitudinem eius recipiendi formas specificas est duplex. scilicet vniuersalis et propria. Vniuersalis vero est secundum quod consideratur ipsa corporeitas absolute ut communis est omnibus. Propria vero ut ista corporeitas per aliquas dispositiones appropriatur quibusdam formis et non aliis. et ita corpus in eo quod corpus habet hic principaliter supplet vniuersale et formam corporeitatis huiusmodi sicut Auicenna.

Ex quo accidit ei multa impossibilia: quorum primum est formam non diuidi per diuisionem materie: quia propter non recipiet diuisionem et ipsam esse eternam non diuisibilem per diuisionem sui subiecti et ipsa non habere contrarium succedens sibi in subiecto. quod si ita esset: tunc materia nullam reciperet formam preter istam sibi propriam.

Excludit istam opinionem dicens quod ex ista opinione Auicenne accidit multa inconuenientia et ponit quatuor inconuenientia que ad eam sequuntur. Primum quod illa forma que precedit dimensiones non diuiditur secundum diuisionem materie: et sic nullo modo diuiditur. quia sicut apparet ex primo philosophorum diuisio non debetur alicui nisi per quantitatem. primo ex quo igitur forma corporitatis naturaliter precedit dimensiones et quantitatem et ipsa forma secundum se non diuiditur nec materia in qua forma recipitur simpliciter secundum se non diuiditur. ex quo sequitur impossibile secundum quod ipsa forma sit eterna. nam ex quo non extenditur secundum extensionem subiecti nec diuiditur: nec subiectum per eam diuiditur nec extenditur: sequitur quod non corrumpitur quia non patitur ex quo secundum ipsum non extenditur. ex quo etiam sequitur tertium inconueniens. scilicet quod illa forma non habeat contrarium succedens sibi in subiecto eo quod posset pati per subiectum. et hec sunt absurda supple quod esset aliqua forma materialis istorum inferiorum que non diuidetur diuisione subiecti et quod esset eterna non habens contrarium succedens sibi in subiecto. Addit etiam quartum inconueniens si ita esset quod materiam nullam aliam formam reciperet habendo illam sibi propriam. nam ex quo illa forma esset substantialis quam sequeretur accidentia secundum dimensiones daret ipsi materie aliquem acutum essendi et cōplete et ideo aliam formam non appeteret nec reciperet saltem ad essendum in actu. sed si reciperet hoc esset propter nobilitatem esse: et tunc materia reperiretur vel posset reperiri in actu reali sine omni forma specifica: cuius oppositum philosophus declarat primo de generatione. Notandum quod et hoc quod dicit commentator non est intelligendum quod dimensiones interminate precedunt in esse actuali simpliciter omnem formam. quia nec ipsa materia ita simpliciter precedit formam. sed dimensiones absolute cum sit ex parte materie communes sunt omnibus formis. et ideo preceunt hanc formam vel illam. secundum vero quod habent determinatam quantitatem quod istorum terminos habent a formis propriis ut sic sequitur formas proprias: ut supra declaratum est.

Cum igitur fuerint declarata hec ista propria rebus generabilibus et corruptibilibus ex parte subiecti et ex parte forme ex quibus accidit istis entibus generatio et corruptio. scilicet indiuiduis existentibus per se. Et fuit declaratum ei de corporibus celestibus ipsa esset nec generabilia nec corruptibilia negauit ea habere subiectum recipiens numerum et diuisionem per existentiam simplicium dimensionum in eo primo ante existentiam forme: et ipsum esse in potentia multum et vnum numero. et negauit formas

corporum celestium diuidi per diuisionem sui subiecti et esse finitarum actionum: propter quod finitatem eorum corporum: quoniam potentia totius in formis diuisibilibus per diuisionem sui subiecti est maior quam potentia partis.

¶ Ostendit modo quod et qualis sit materia corporum celestium. et primo facit hoc. secundo concludit intentionem huius capituli determinatam ibi. Declaratum est. In fine huius libri circa primum duo facit. quod primo ostendit generaliter qualis est materia et forme celestium corporum per generationem eorum que sunt propria generabilibus et corruptibilibus. secundo hoc idem declarat per ea que sunt propria ipsi corporibus celestibus ibi. Nam si forme eorum existerent in materia. Primo dicitur quod si fuerit declaratum ab Aristotele. ea que supra dicta sunt esse propria generabilibus et corruptibilibus tam ex parte materie quam ex parte forme ex quibus propriis contingit istis generabilibus et corruptibilibus generatio et corruptio: et fuit etiam declaratum corpora celestia non esse generabilia et corruptibilia: igitur negauit illa propria etiam in corporibus celestibus. Et subdit recapitulando illa propria que supra dicta sunt. si negauit corpora celestia habere subiectum recipiens numerum. id est diuisionem per hoc quod non erit in eo diuisiones simpliciter. id est interminate priusquam illam formam substantialem hoc est dicitur quod subiectum corporum celestium non esse diuisibile sicut materia generabilium quod non erit in eo primitus diuisiones interminate quibus fiat diuisio ante receptionem forme et per prius non est multum in potentia. Et est vnum numero negauit et formas corporum celestium diuidi per diuisionem subiecti ex hoc fecit quod ipsum non habet per quod diuidatur ante susceptionem forme naturaliter: negauit etiam ex eodem formas corporum celestium esse finitarum actionum per finitatem suorum subiectorum potentia totius est maior potentia partis et ita finitas forme per finitatem subiectorum et vniuersaliter videtur sic arguere. Subiectum in quo primo erit diuisiones simpliciter que sunt in potentia ad diuersos actus et minus mediantibus quibus dimensionibus recipit formas substantiales tale subiectum est in infinita potentia et ex hoc est subiectum generationis et corruptionis non recipit primo dimensiones simpliciter. Notandum est ut dicitur in phemio de anima accidentia magnam partem conferunt etiam cum igitur in corporibus celestibus vtrum istis inferioribus reperiantur diuersimode dimensiones et alia accidentia ex diuersitate accidentum arguitur rationabiliter alia et alia natura tam forme quam materie.

¶ Nam si forme eorum existerent in materia dimensionibus mediantibus: tunc potentie eorum essent finite propter hoc quod diuiduntur per diuisionem sui subiecti. Cum igitur inuenit eorum actiones esse infinitas: concludit eorum formas non existere in subiecto mediantibus dimensionibus. id est eas non esse potentias in corporibus: et demonstrauit ex diuersitate potentie totius et partis in formis diuisibilibus per diuisionem sui subiecti impossibile est esse potentiam in corpore finito: que agat actionem infinitam: aut potentiam infinitam in corpore finito. et cum fingebatur in istis proportionibus inuenit potentias celestes agere actionem infinitam concludit has virtutes non esse in corpore omnino nec habere materiam recipientem eas mediantibus dimensionibus: nec materiam multam in potentia: nec recipere magnum et paruum nec habere contrarium: et totum hoc sequitur ex hoc quod forme eorum agunt actionem infinitam: et est omne hoc probatum

in naturali philosophia.

¶ Ostendit naturam corporum celestium per ea que sunt propria ipsis corporibus celestibus. et primo ostendit formas celestes non diuidi per diuisionem suorum subiectorum: nec sua substantia recipere formas mediantibus dimensionibus et per consequens non recipiunt primo dimensiones. Secundo ostendit quod ea recipiunt ibi. et quod manifestum est sensum. prima in duas finis quod duabus rationibus probatur corpora celestia non recipere formas mediantibus dimensionibus nec habere materiam multam in potentia ibi. Hic si fuit perscrutatus. Primo dicitur quod dicitur est quod forma celestes non erit in materia per dimensiones precedenti quod si sic esset tunc carum potentie essent finite. id est finite virtutes et finite actiones eo quod diuidantur finis diuisionem suorum subiectorum. cum ergo actio forma sint infinite in duratione: et concluditur ipsas non esse in subiecto mediantibus dimensionibus et ita non sunt potentie in corporibus nec forme materiales et hoc demonstrat finis Aristotele ex diuersitate totius et partis que est in formis diuisibilibus per diuisiones suorum subiectorum. nam impossibile est quod in corpore finito existat potentia corpora que agat actiones infinitas vel conuerso. Et quoque. diuidit finis diuisionem subiecti necesse est ipsa finitari vel infinitari finis finitationem vel infinitationem subiectorum et subdit quod cum Aristoteles figebat in istis propositionibus sic euidens et vidit potentia vel formas celestes agere actionem infinitam concludit istas virtutes non esse in corpore nec habere materiam recipientem eas precedenti dimensiones ex quo sequitur quod non habet materiam multam in potentia nec ipse recipit magnam et paruum. id est non extendit finis intentionem subiecti ita quod in maiori parte subiecti sit maior pars virtutis et in minori minor nec etiam ille forme habet contrarium quod non sunt passibiles ex quo non subsistit in subiecto et oia illa sequuntur ex hoc quod iste forme agunt actionem infinitam ut declaratum est in naturali philosophia. scilicet in vii. physicorum et similibus istis rationibus potest sic formari. ille motor vel illa forma non diuidit diuisionem sui subiecti vel mouet que agit per tempus infinitum: motores celi vel forme sunt huiusmodi. et ergo et. Item notandum quod forme naturales diuiduntur diuisionem subiecti sui ut albedo que est in parte diuidit per diuisionem partem. et de talibus virtutibus semper est verum quod est maior in maiori corpore et minor in minori ceteris partibus vel partibus physicorum. Item notandum quod sicut probatur in vii. physicorum impossibile est potentiam infinitam vel virtutem existere in corpore ita ut sit materia vel quod cum nulla corpore possit esse infinitum ut probatur tertio physicorum et primo celi. et mundi et potentia vel virtus corporis extendit extensionem corporis in quo confectio omnium virtutum corporum esse finita. et sic non agit per tempus finitum quod igitur agit per tempus infinitum non existit in corpore.

¶ Et cum perscrutatus de natura istorum corporum in principio celi et mundi fuit declaratum ipsa esse simplicia: ex hoc quod motus eorum sunt simpliciter: quod natura eorum est natura nec grauis nec levis. id est natura non innata disponi per grauitatem et leuitatem. Et cum fuit declaratum ei quod corpora graua et leuia sunt contraria: quia motus eorum sunt contrarii. Amplius quod motus corporum celestium non habent contraria: concludit hec corpora esse generabilia et corruptibilia: et ipsa non habere subiectum recipiens dimensiones prima receptione: ita quod sue forme diuidantur per diuisionem sui subiecti: et hic intendit cum dixit in principio celi et mundi quod forme horum corporum carens contrario et subiecto quemadmodum concludit hoc idem ex hoc quod motus eorum a principijs qui sunt in eis sunt infiniti.

¶ Ad hoc ponit secundam rationem ad hoc dicens quod cum Aristoteles fuit perscrutatus de natura corporum celestium in primo celi et mundi fuit

man. festu ista corpa esse simplicia p hoc q. motus eoz sit
simplices et cna q. eoz natura no e grauis et leuis: sicut ei
maius corpa graua vel leuia ee contraria p hoc q. motus
eoz sunt contrarij et q. motus corporu celestiu no hz triu
igitur fuit ei manifestu ipsa corpa celestia no hnt pntia.
q. aut non hz triu est i generabile et incorruptibile. et ideo
concludit corpa celestia ee ingenerabilia et incorruptibilia ip
sa etiam no hnt subiectum q. primo recipiat dimensiones
mediantibus quibus recipiat formas substantiales ita q.
eoz forme diuidantur diuisione subiecti ac si sic argueret il
lud qd no hz contrariu nec est generabile nec corruptibile.
et cuius subiectu no recipit primo dimensiones ita q. sua
forma diuidatur p diuisionem sui subiecti cels est huius.
ergo et. hoc est qd intendebat pbe primo et. et mun. cum
dicit q. forme istoz corporu no habent contrariu et caret co
trario vel subiecto. et hoc volebant concludere eandem con
clusionem qz concludit. vij. physicoz et i fine actiois. Mo
ta q. in corporibus simplicibz motus arguit natura. q. sicut
in mixtis opatio arguit forma et transmutatio materia et in
celestibus motus facit scire natura q. alius et alius motus
arguit aliam et alia natura et pntia motus pntia natura.
ideo d. x. primo celi et m. ex natura motus circularis q.
est alius a motu recto q. et pntia inter alios et simplicissi
mus. no hnt contrariu: arguit natura q. corpa celestia
a naturis istoz inferioru priorum et simpliciorum et sine co
trario et corruptione.

Et quia manifestum est sensui q. corpora cele
stia recipiunt dimensiones: et est impossibile eas re
cipere dimensiones terminatas fm suas formas:
nec recipere formas mediantibus dimensionibus
interminatis: sicut est dispositio de formis genera
bilibus et corruptibilibus necesse est ea recipere di
mensiones tali modo: ex quo non contingit formas
eorum esse generabiles et corruptibiles que est q.
materia eorum recipiat dimensiones prima rece
ptione mediantibus suis formis et no recipiens for
mas mediantibus dimensionibus existentibus in
eis potentia scilicet non terminatis: sicut est dispo
sicio in dimensionibus que sunt in prima materia
cum se maius materie. Sed dimensiones que
sunt in materia celestia: sunt proprium propriorum
eius.

¶ Ostendit quo corpora celestia recipiunt dimensiones et
est impossibile recipere dimensiones terminatas nisi p. suas
formas ita pbatu e iam q. no recipiunt formas mediantibus
dimensionibus interminatis sicut facit generabilia.
ergo necesse e ipsa corpa celestia recipere dimensiones tali
modo et hoc no conuenit eoz ee generabiles et corruptibiles
et statim subdit istu modu dicens. q. materia celestia reci
pit dimensiones suas prima receptioe mediantibus suis for
mis et no recipit formas mediantibus dimensionibus no
interminatis. i. q. celestibus corporibus dimensiones no pre
cedunt naturaliter suas formas nec terminate nec intermi
nate sicut et dispositio i dimensionibus. s. terminatio que
sunt i materia pria q. precedunt naturaliter vnaquodqz for
ma ipsius materie. s. dimensiones q. sunt i materia celestia sunt
ppria pprioru eius. sed e dicendu q. dimensiones celi sim
pliciter sunt sicut accidia pprie ppria q. consequunt forma i
materiali. Notandus q. sicut pntia. scribit circa fm et. et
m. in natura celestia est simile forme naturali et forme ab
stracte. assimilaf. n. forma celestia forme naturali q. ip
sa dat corpori suo motu circulari et ita e i corpe q. mouet p
ipsa. S. assimilaf forme abstracte q. forma talis no di
uidit p diuisione subiecti i quo pp qd no dnt hnt subiectu

nec triu ipsa materia celestia recipit p forma celestem et
adunatur cum ea sine aliquo ad cuius adunationem na
turaliter consequuntur dimensiones corporales sicut et alia accidia
q. sunt ide numero. verum no sunt i celo forma et formam ide
numero ita pfecte sicut i formis abstractis recipiens et rece
ptum et intelliges et intellectum cu huius adunationes iter for
ma celestia et materia suam. et q. forma no coheret materie
sue mediantibus dimensionibus sicut forme generabiles et
corruptibiles: et io ista materia celestia differt ab alijs for
mis. et ex hoc sequit et vt subdit ibi pntia. q. iste forme no di
uidit diuisione corporis sicut intellectus. et io fm natura sunt
intelligibilia et aiata. Notandus q. dimensiones q. sunt in
materia pria sunt i potentia ad multas figuras et terminos
q. vt sunt interminatae no hnt esse a forma. s. magis sunt ex
pte materie. dimensiones vero celestes no sunt i potentia ad
celestes no sunt i potentia ad plures figuras vt terminos:
q. totu suu ee est naturaliter post forma. Io conuincit in
prio et. et m. dicit q. ee elementoz ppria e ad ee mate
rie q. ad ee forme. corpus aut celestia contrario. na suu ee
ppria iste forme: et hoc e q. celi no pot hnt maior
quantitate vel minore q. pot finnas inueniri i rebz p for
mas et illud dicit conuincit circa. 4. celi et mundi.

¶ Cum fuit declaratu ei de corporibus
celestibus eorum formas existere in sub
iectis suis tali existentia q. non diuidan
tur per diuisionem subiecti. Et q. cap
sa in hoc est: quia non existunt in subiectis fm q. sunt
diuisibiles: fuit declaratu ei q. iste forme non co
stituantur per subiectum: immo sunt abstracte in
esse: quoniam cum existunt in toto subiecto et non
diuiduntur per diuisionem eius: contingit q. non
constituantur per subiectum. Non enim existunt
ex eo nec in toto nec in parte: et vniuersaliter nec i
indiuisibili.

¶ Ad ista determinauit et ostendit formas celestes non
diuidi p diuisione suoz subiectoz nec hnt subiectu i pote
tia pnter declarat huiusmodi formas no subsistere in ee p
sua substantia nec conuerso circa qd duo facit pnter qd
dictu e. secundo circa hoc excludit errorem quondam ibi q. di
cunt incipi. pntia i duas prio facit q. dicitu e. scdo ex hoc
infert quada pnter ibi. Et cu ita sit. pnter dicit q. eoz fuit
declaratu ab d. x. de natura corporu celestiu q. eoz forme
existunt i suis subiectis tali modo. s. q. no diuidant p diuisionem
suoz subiectoz et malu fuit ei q. ea hnt: et q. no existunt bu
ius forme i suis subiectis mediantibus dimensiones ex quo se
q. q. no sunt diuisibiles io sicut hnt formas no constitui in
esse p sua substantia prio sunt forme absolute in ee. na cu sunt i to
to subiecto et no diuidant p diuisione ei: seq. q. suu esse no
sit p suu subm nec subm p pnter nec p totu et ita no sunt quan
tu ad suu subsistere i pnter diuisibili ex ei seq. q. bui forme
no dat ee simplr suis substantiis q. ois forma dat esse suo
subiecto pnter in ee p subiectu et io talis forma no pcedit
sui subiectu. Nota vt dicit pntia. scdo phys. m. et forma
mutuo sunt sibi cause ita q. forma dat materie actu etendi et
materia substat forma et q. corpa celestia no hnt materia
q. sit i potentia ad actu vt haberi pot ex. vij. phys. et. iij. me
taph. et prio et. et m. a pntia. no recipit formas mediantibus
dimensionibus. io manifestu e formas no subsistere in ee p
materia nec corpa celestia recipere actu essendi a suis motoribus
q. dicitu e sue forme. Itc nota q. pntia. dicit. vij. phys.
q. motores i nullo corpe sunt et hoc dicit q. existunt i toto sub
iecto suo dici d. q. intelligit hic has formas et i toto q. ad
influencia et motus que in eis influunt. vnde in. vij. dicit
q. in nullo sunt subiecto quantum ad existere nec in pte diui
sibili nec indiuisibili.

Et cum ita sit necesse est ut forma qua mouet sit illa ad quam mouetur. In formis enim constitutis per sua subiecta differunt. si quod forma que mouetur non est illa ad quam mouetur: et omnis forma huiusmodi que mouet ad seipsam perficienda per aliam formam necesse est ut suum mouere sit finitum cum non mouet nisi cum mouetur: et hoc est et unum. Quod moueretur Ari. ad opinandum quod forme corporum celestium non sunt constitute per sua subiecta: quoniam tunc motus eorum essent finiti.

Infert ex dictis quoddam conclusionem circa quod duo facit. Primo facit quod dictum est. Secundo circa predictam conclusionem concludit quod ad obiectiones que prius sibi fieri vel responderet quibusdam rationibus quonibus ibi. Et non est dicendum. Primo dicit quod cum ita sit. si quod cum forme celestes non constituuntur inesse per subiectum, ergo necesse est quod in celestibus forma qua fit motus sit eadem cum illa ad quam fit motus in inferioribus non est illa ad quam fit motus, sed forma qua fit motus in inferioribus non est illa ad quam fit motus. scilicet efficiens et finis differunt et hoc probant statim quod omnis forma que numero ad perficiendum semper aliam formam suam mouere de necessitate est finitum. Quibus non est quod huius forma non mouet nisi mota ab appetibili quod est ipse finis. et ideo habito illo fine ad quem fit motus cessat motus et quiescit quod mouebatur: ut de primo de generatione habitibus enim existentiis in materia cessat motus. et subdit quod hic fuit unum quod mouit Ari. ad credendum quod forme corporum celestium non constituuntur in esse per suum subiectum ut supple motus eorum essent finiti ac si Ari. simulari sit nulla forma constituta inesse per suum subiectum motus per se ipse infinitum. sed forme celestes mouent per se ipse in finitum. ergo et. quare non constituuntur inesse per suum subiectum.

Motandum quod sicut dicitur. xij. metaphysice. quod in seipatis a materia non differunt finis et efficiens. sed in materialibus differunt ista duo quod mouet non in loco differt ab illo quod est efficiens motus: et quod est finis motus. verum quia balneum duplicem habet formam ut ibi declarat philosophus. scilicet in aqua et extra aquam. sed per illam formam que est in aqua desideramus balneum. et ideo hec forma est agens desiderium et motum. forma autem que est extra aquam est in re finis motus et non agens: et ideo forma balnei non est in materia: tunc ipsa eadem moueret et finem agens et finem finem et sic est intelligendum de motoribus corporibus celestibus. finem enim quod sunt forme eorum. sed hic sunt agentes motus. finem vero non habet aliquid esse. scilicet materiale et sunt fines eorum nobiles mouentes et ut finis.

Et non est dicendum quod forme quibus mouetur corpora celestia sint alie ab eis ad quas mouentur: et ille qui debet esse non in materia omnino: et quod que carent situ sunt forme ad quas mouentur: cum ille quibus mouentur sint forme in materia: et si sint diuisibiles per diuisiones earum: quoniam si ita esset: tunc ille forme existeret in suis subiectis: et moueretur per motum subiectorum: et sic diuideretur per diuisionem subiectorum. motum. non. si mouetur essentialiter erit diuisibile essentialiter: et si per accidens per accides. scilicet suum esse indiuisibile per accides. ergo nihil est in corporibus celestibus quo forma que est motus differat ab ea ad quam est motus: imo sunt eadem forma et non differunt nisi dispositione: et si ita esset: tunc suum mouere esset finitum: quod enim mouet: quoniam mouet: impossibile est ut sit principium motus eterni: ut dicit Ari. et quod intelligens et intellectus idem in corporibus celestibus: et totum hoc dictum est in alio.

Excludit circa dicta duas dubitationes. Secunda ibi. Et non fuit dictum. Circa primam ponit obiectionem dicens quod non est dicendum quod forme que mouet celum hinc corpora celestia

sunt alie ab eis ad quas mouentur: ita quod illa forma ad quam fit motus sint omnes materiales forme et carere situ. forme vero que carent motu effectiue sunt forme in materia et diuisibiles per diuisionem subiectorum in quo sunt deinde excludit hic cum dicit. Quoniam sunt. a. dicitur. si ita esset ut ita dicitur est tunc se queret quod ille forme efficientes motum subsisteret inesse per sua subiecta et mouerent per motum suorum subiectorum sicut est de anima nostra que cum mouet corpus nostrum ipsa mouet per motum corporis ex quo sequeretur quod huius forme diuideretur per diuisionem suorum subiectorum. nam omne quod mouet est diuisibile: quod. non. mouet si mouet essentialiter: est essentialiter diuisibile. si vero mouet per accides: est diuisibile per accides: et quod hic sunt ipse subiecta in formis celestibus us. igitur appetit quod eadem est forma in celestibus qua fit motus et nihil est in quo differat: imo sunt eadem non differentes nisi dispositione. nam si differunt: tunc suum mouere esset finitum. quia sic moueretur quando mouet et quando mouetur quando mouet: impossibile est ut sit principium motus eterni: ut dicit Ari. viij. physice. et ideo intelligens et intellectus idem sunt in corporibus celestibus. Et item hic demum in alio: et in. viij. physice. io. metaphysice. Nota quod mouetur est diuisibile: quia omne quod mouetur est corpus vel in corpore. sed corpus mouetur per se: ut appetit. vij. physice. et ideo corpus cuius sit continuum per se est diuisibile: quod autem mouetur in corpore potest esse diuisibile per accides: eo quod diuiditur per diuisionem corporis etiam declaratum est in. vi. physice. que tamen in continuatione motus est ipsi mobile quantum ad continuationem habet vel per se vel per accides secundum diuisibilitatem. Motandum est sicut vult commentator. vij. metaphysice. et secundo et. et mun. eterna sicut forme celestes sunt corpora celestia agunt propter se prima intentione et propter inferiora secunda intentione. Et igitur forme celestes moucant corpora celestia et ipsa non moucantur. motus autem earum est propter se prima intentione. mouent ergo ad seipsas. scilicet ut sit similitudo earum ad primum principium que et in eis consistunt: et ideo non mouet ad aliud nouum acquirendum. sed ad conseruationem sue perfectionis et esse: ut habens sanitatem deambulatur propter conseruationem eius: ut dicit philosophus. xij. metaphysice. et ex hoc non cessat motus earum: quod non aliud nouum acquirendum: ex quo patet quod forma effectus motus: et ad quam est motus in celestibus sunt eadem.

Et non fuit dictum celum habere animam nisi propter appetitum eternum in eo et motum localem: appetitus autem qui est in hoc corpore non est nisi qui est corpus celeste unum per se appetens per se non per potentiam eternam in eo diuisibile per diuisionem. esset. non. generabili et corruptibili: dicitur esse motum per principium separatum quod est in eo: non per principium quod est per animam: et hoc modo dicitur viuum et intelligens. Et si esset intelligens per partem: in eo non esset intelligens per se: et esset simile homini in hoc. homo. non. intelligens per partem in ipso et similiter est viuus et appetens et motus in loco.

Excludit secundam obiectionem: et primo facit hoc. secundo ex hoc infert secundam conclusionem et vlt. Primo ostendit quod dictum fuit prius quod forme celestes non subeunt per sua subiecta: aliquis posset dicere quod immo quod corpora celestia non dicuntur animata nisi per animam existentem in ipsis. scilicet propter appetitum et animam mouentem localiter: ex hoc concludit dicens quod corpus celeste dicitur esse animatum: quia est unum per se et appetens per se non parte sui: vel per potentiam existentem in eo. esset enim generabile et corruptibile. sed est unum et motum per principium separatum. scilicet inesse quod est in eo indiuisibiliter. si per principium: quod est per se in ipso. sed dicitur hic unum et intelligens. si autem esset intelligens per partem non esset intelligens per se et primo. sed esset simile homini: eo. scilicet quod homo est intelligens

per partem sui: et ideo homo non est intelligens per se totum primo et eodem modo hoc est unius et appetens et motus in loco. scilicet per partem sui. Nota sicut dicit commentator: circa principium celi et mundi: et iam supra preassumptum est in corporibus celestibus forma et formatum sunt idem numero maiori adunatione quam in istis inferioribus licet non illa perfectione unitatis sicut in formis abstractis recipiens et receptum vel intelligens et intellectum: et causa huius adunationis maiora est in celo quam in istis inferioribus. scilicet forma celestis non coheret materie mediantibus dimensionibus. sed per se ipsam et dimensiones simpliciter consequuntur formam: et ex hoc est quod forme non dividuntur diuisione corporis: et ex hoc sequitur quod huiusmodi forme sunt intellectiue que non sunt diuisibiles per materiam: quia huiusmodi corpora finem numerum sunt animata et intelligibilia: et ita sunt animata per se et primo et non per partem.

Et quia vniuersaliter declaratum est actiones illius corporis esse eternas: declarabitur formam eius non existere per suum subiectum: et suum subiectum esse simplex non compositum ex materia et forma: quoniam si ita esset: esset generabile et corruptibile.

Et vniuersaliter infertur ex dictis quandam conclusio: nem: et est quod declaratum est actionem huius corporis. scilicet esse eternam: sequitur ex hoc formam non subsistere per suum subiectum: sequitur etiam suum subiectum esse simplex non compositum ex materia et forma. esset enim generabile et corruptibile. de hoc autem quod ultimo. scilicet subiectum celeste non esse compositum ex materia et forma: latius apparebit infra in illo capitulo. Quod declaratum est et. ut apparuit in prima questione.

Et quod dicuntur incipientes philosophari quod anime istorum corporum celestium sunt forme in materijs: et quod acquirunt eternitatem ex formis in materijs: nihil est. Contingit enim quod illud quod non habet naturam essendi eternum acquirat eternitatem ab alio: et totum hoc est impossibile. Natura enim generat et corrumpit: non recipit eternitatem ab alio: et hoc est manifestum ei qui considerat fundamenta Ari.

Excludit circa dicta errorem quorundam dicentium quod anime celestes sint forme materiales et de se corruptibiles et acquirunt eternitatem a formis non materialibus. hoc nihil est. i. falsum est omnino quod dicunt. nam si ita esset ut dicunt: contingeret quod non habet materiam essendi eternum acquireret eternitatem ab alio. sed hoc est impossibile: quia natura generabilis et corruptibilis non acquirit eternitatem ab alio. sed hoc est manifestum ei qui considerat fundamenta Ari. Merandum sicut apparet in si. primi. cc. et mun. hec opinio fuit platoniceorum primo. scilicet quod aliquid sit eternum quod tamen potest corrumpi: commentator dicit circa finem. viij. physico:um: Alex. in quibusdam suis tractatibus dixit de hoc corpore celesti supple ipsum de se esse corruptibile. sed acquirere eternitatem a suo motore Aniceta. No audis. Vbi Alex. opinatur? Eduplex esse necessarium. scilicet necesse ex se: et simpliciter necesse ex alio: Prigens tamen ex se ut commentator dicit in dicto loco. scilicet viij. physico:um. sed Alex. in fine primi celi et mundi multipliciter et sufficienter probat impossibile esse eternum cum sit in potentia ad corruptionem. dicit enim ibidem: Immo quod etiam omne corruptibile de necessitate corrumpetur.

Declaratum est igitur ex hoc sermone que est substantia celi: et hoc quod fuit hic dictum quiddam eius inuenitur probatum ab Ari. in suis libris: et quiddam sequitur ex suis dictis. Sed apparet ex verbis Ari. quod iam declarauit omnia ista in libris qui non perueniunt ad nos. Vocetur ergo iste tractatus sermo de substantia orbis. dignior enim est hoc nomen quod intulauit hoc titulo.

Concludit intentionem huius circa determinatas: vel epilogat cum hoc in ponendo titulum huius libro dicens: Quod declaratum est ex hoc sermone. scilicet iam dicto: que est substantia celi: et hoc quantum ad naturam sui subiecti et sue forme essentialiter: et subdit: quod hoc fuit dictum de substantia celi et de alijs quibusdam accidentibus inuenitur probatur ab Ari. in suis libris expresse: et quoddam licet non inueniatur expresse ab eo potest haberi ex verbis eius. Sed apparet nihilominus ex verbis Aristoteli. quod omnia ista determinata sunt ab eo expresse que non perueniunt ad nos: et subdit: quod vocetur tractatus iste de substantia orbis: hoc est dictum quod ex quo in illo libello recoluntur omnia que Aristoteli. in pluribus libris declarauit de substantia orbis. vocetur ergo iste liber de substantia orbis. nam dignius est intulari hoc nomine quam alio.

Escrutandum igitur de natura corporis celestis et quid intelligunt cum dicunt ipsum esse simplex et non compositum: et ipsum esse nec graue nec leue.

Postquam commentator ostendit que et qualis est substantia celi et natura comparando ipsum ad substantiam generabilem et corruptibilem: in hoc capitulo ostendit que et qualis est substantia celi et natura ex suo subiecto et sua forma comparando ipsam ad comparationem generabilium ex sua materia et sua forma. Et primo facit hoc. Secundo declarat incidentaliter quedam dubia. Tercio recapitulat determinata in hoc capitulo. secunda ibi. Et videtur quod corpus celeste. tertia ibi. Quoniam igitur celum. Adhuc primo dat intentionem suam. secundo exequitur ibi. Dicitur igitur. Primo dicit quod perscrutandum est de natura corporis celestis id est postquam dictum est et ostensum que et qualis est substantia celi ex parte subiecti et ex parte forme. Nunc inquirendum est de natura celi quantum ad suam compositionem et quomodo intelligendum est cum dicitur. Celum non est compositum: et quomodo non sit intelligendum ibi utrum celum sit compositum ex materia et forma sicut corpora simplicia: vel sicut animalia ex corpore et anima: et quia ad compositionem forme cum materia sequitur grauitas vel leuitas que sunt forme simplicium accidentales: ut patet quarto celi et mundi: et ideo subdit quod inquirendum est quid intelligitur cum dicitur celum esse nec leue nec graue.

Dicamus igitur quod illud corpus non componitur ex materia et forma: scilicet quod corpora generabilia et corruptibilia componuntur. Nulla enim potentia est in eo omnino. Omne enim in quo est potentia non est potentia nisi ad duo contradictoria scilicet et potentia que est in substantia.

Et primo ostendit corpora celestia non esse composita sicut generabilia et corruptibilia scilicet ex materia et forma.

sed solum sicut animalia ex corpore et anima comparando ipsum ad subconuenientia et differentia: secunda ibi. Sed cum nos inspererimus. Circa primum duo facit quia primo ostendit celum non esse compositum ex materia et forma: sicut simplicia generabilia et corruptibilia. scilicet ex materia et forma. Secundo excludit ipsum componi ex anima et corpore: ibi. Remanet autem. Circa primum duo facit scilicet dupliciter probat celum non componi ex materia et forma sicut ista generabilia et corruptibilia: et primo ponit hoc ex parte subiecti ipsius celi. secundo ex parte forme: ibi. Et manifestum est. primo dicit. Dicamus igitur quod illud corpus celeste non componitur ex materia et forma sicut generabilia et corruptibilia: cuius ratio est: quia omne illud quod habet potentiam ad esse habet potentiam ad duo contradictoria. scilicet ad esse et ad non esse: modo celum non habet potentiam ad non esse. ergo nec ad esse que est in potentia ad subiectum: et ratio ista potest componi sic. Omne illud cuius subiectum non habet potentiam ad esse tale non est compositum ex materia et forma. celum est huiusmodi. ergo etc. Ad aliorum est manifesta de se: cum enim propria forma dat esse ipsa materia de se non habet esse. nam si haberet: tunc frustra componeretur cum forma: quia iam haberet actum essendi: et ita cuius subiectum non est in potentia ad esse non est compositum ex materia et forma: minorem declarat scilicet quod subiectum celi non habeat potentiam ad esse: quia tunc etiam haberet potentiam ad non esse. Quod autem celum non habeat potentiam ad non esse ipse declarat. primo celi et mundi ex hoc: quia si haberet istam potentiam cum nunquam corrumpatur. propria autem operatio eius possibilis est aliquando corrumpi vel transire de forma in formam: quod idem est: tunc sequeretur quod illa potentia esset frustra: quia nunquam includeret finem queque nata est includere scilicet propriam operationem. hoc autem est impossibile: quia deus et natura nihil faciunt frustra.

C Et manifestum est quod forma qua mouetur non est generis formarum elementorum quattuor: quoniam si esset: aut esset graue aut leue: et moueretur ex se et etiam per accidens: ut declaratur in octauo physicorum.

Ponit secundam rationem ad hoc: et arguit. Omne quod mouetur localiter aut mouetur a forma naturali: aut ab anima. celus est sic. ergo mouetur ab anima: huius rationis supponit maiorem et minorem ponit in littera: per hoc quod formam naturalem que est principium localis consequitur semper grauitas et leuitas que sunt cause immediate motus localis. est igitur corpus celeste sic non graue nec leue: sequitur quod non mouetur a forma naturali.

Item si moueretur a forma naturali: ut graua et leuia possunt esse in actu completo: ut declaratum est. viij. physicorum: et plenius a commentatore in tertio et quarto celi et mundi. quare celum non mouetur a forma naturali.

Remanet igitur ut natura eius sit generis nature anime.

Ex quo statim concludit quod remanet quod natura eius sit natura generis anime. id est ut natura mouens ipsum sit anima. Notandum ut dicit commentator tertio celi et mundi: quod causa forme elementorum est locus eorum: quia non est ita de locis corporum simplicium sicut est de locis compositorum. loca enim in elementis sunt cause locatorum. In alijs autem corporibus est conuerso scilicet quod locata sunt esse locorum. sed tamen est secundum prius et posterius

ita: ita quod compositorum illud quod est maius electis prius indiget loco secundum suum esse: et quod est remotius minus indiget de hoc eo: et hoc est quia forma elementorum est de minori: et ideo accidentia accipiuntur in ipsis loco differentiarum substantialium. cum igitur perfectio elementorum est locus: est necessarium fuit ut formas elementorum grauitas et leuitas que sunt principia motus localis quibus medianibus habent inclinationem mouendi ad loca propria cum violenter fuerint extra ipsam naturam. sed loca sunt magis essentialia vel minus sit et sunt accidentia ad perfectionem elementorum quod compositorum: possunt tamen accidentaliter a locis proprijs separari. Motum quam sicut apparet ex septimo physicorum tertio et quarto celi et mundi a commentatore corpora simplicia cum sint extra loca propria mouentur ad ipsa seipsa per accidens: quia cum in eis non distinguatur mouens a moto mouetur ipsa ut nata mouet per se. sed seipsam per accidens: ut plenius declaratur tertio celi et mundi. quare hic concluditur: quod si celum moueretur a forma naturali moueret se per accidens ut corpora simplicia graua et leuia. Ex quo sequitur quod non esset primum motum: quia omne motum per accidens reducitur ad aliud per se.

Sed cum nos inspererimus animas que sunt bicinuenimus in eis duo principia duorum motuum quorum alterum est principium motus recti scilicet motus ad inferius aut ad superius. Secundum est principium motus localis: et inuenimus istum motum esse contrarium motui declinationis motus recti qui est essentialis in eo: et accidit ei fessitudo: et cogetur ad quietem. Et ideo necesse est ut principium motus corporis celestis sit generis anime tantum: et quod motus que habet circulariter sit motus proprius anime: secundum quod est anima.

Ostendit quomodo celum est compositum ex anima: et subiecto comparando ipsum ad compositum animalium sub conuenientia et differentia: circa quod duo facit. Primo ostendens compositionem celi comparat ipsum ad animalia sub conuenientia. Secundo comparat sub omnia: ibi. Sed quia anima que est in corpore. Circa primum tria facit. Primo facit quod dictum est. Secundo concludit quandam conclusionem. Tertio respondet acriter questionibus siue respondet ad quoddam dubium: secunda ibi. Et cum ita sit: tertia ibi. Et anima que hic est. Prima in duas. primo ex motibus naturalibus animalium ostendit naturam compositionis eorum. Secundo ex hoc infert naturam compositionis celi. Unde ibi necesse est: vel potest legi continue et melius. nam primo dicit. Jam dictum est prius immediate: quod natura mouens celum est anima. et subdit quod cum nos consideramus naturas que sunt hic inuenimus in ea naturas duorum motuum.

Unum est principium motus recipientis scilicet ad inferius: et iste motus est ex parte primorum naturalium scilicet corporis: quia secundum naturam est elementum predominantis: ut patet primo celi et mundi. Aliud est principium motus progressiui: et iste motus progressiui contrarius est alij motui recto quem motum declarationis vocat propter hoc quod per illum motum inclinatur corpus ad locum elementi predominantis: et quia iste motus progressiui contrarius est motui progressiui recto: cuius principium est anima. ideo accidit animalibus fessitudo in motu progressiui: et ex hoc cognoscuntur animalia quiescere: ex quo concludit statim quod necesse est: ut principium motus ce

lestis sicut anima: et q. motus circularis quod habet sit p. primo s. m. q. anima est: sed quia in motu celesti non acci-
du fessitudo: nec intercipitur quiescere q. non habeat ali-
ud principium motus quam anima solum. nam si habe-
ret contrarietur motui anime: et ita contingeret ei labor: in
mouendo: quare quiescere et ulterius cum non haberet a-
liud principium motus nisi solum animam: nec est resisten-
tia ex parte mobilis: et motus eius est circularis. sequitur
igitur q. motus anime proprius s. m. q. est anima est circu-
laris. Nota sicut dicit commentator secundo celi et ma-
di causa laboris motus in animalibus est potentia motus
opposita potentie mouentis id est inclinatio naturalis et
potentia moti supra mouentis: ita q. si ibi resistentia: tunc
causatur labor: in mouendo: quare ergo in celo non est la-
bor: in mouendo. ergo concludit ibi non esse causam facien-
tem laborem.

**¶ Et cum ita sit: sequitur q. ista natura sit que fa-
cit ipsum esse corpus nec graue nec leue et moueri
circulariter.**

¶ Et dictis concludit quandam conclusionem: dicit q.
cum ita sit sicut dictum est scilicet q. principium motus sit
anima: sequitur q. ita est natura scilicet anima eius que fa-
cit ipsum esse nec graue nec leue: que facit ipsum moueri
circulariter. Sed notandum ut dicit commentator pri-
mo celi et mundi: forme diuersarum naturarum nate sunt
diuersas materias: quia diuersitas formarum est causa di-
uersitatis magnitudinum recipientium formas: et maxi-
me est causa qualitatum diuersarum: et hoc primo de ani-
ma: q. membra vniuersalis non differunt a membris
alterius: nisi quia anima differt ab anima. Cuius igitur ce-
lum haberet animam solum principium sui motus et non
aliud: et etiam anima eius differt ab anima inferiorum:
ut infra patebit: necesse est q. habeat aliud subiectum: et ideo
eius subiectum nec est graue nec leue.

**¶ Et anima que est hic non contingit non moue-
ri circulariter: nisi quia constituitur per corpus qd
mouetur motu recto: et sic componitur declinatio**

¶ Respondet questioni tacite: quia dictum est prius q.
motus circularis proprius est anime s. m. q. anima est: ali-
quis posset dicere q. si hoc esset verum sequeretur q. ani-
malia mouerentur circulariter: quia habent animas: qd
tamen non videmus ad hoc excutendum: commentator
respondet q. ideo anima que est hic non mouetur circulari-
ter: quia habent animas que constituuntur in esse p. cor-
pus q. meto: naturaliter et mouet recto et sic sibi opponi-
tur inclinatio: hoc est q. corpus quod sustentat animam
mouetur naturaliter motu recto s. m. motum elementis pre-
dominantis in ipso. anima autem vellet moueri circulari-
ter s. m. se. sed resistit sibi motus et inclinatio corporis: et
ideo ex istis duobus motibus sic differentibus et quodam-
modo oppositis causatur motus medius qui est motus p-
gressiuus quem vocat huius declinationem: et sic motus
progressiuus causatur ex recto et circulari. Notandum
q. motus animalis est mixtus ex motu circulari et recto: et
quodammodo circularis quoniam est ab eodem in idem:
ut patet per sistolem et diastolem cordis: et talis est ab ani-

ma appetitiva a qua incipit motus: et ad quam termina-
tur: non tamen est purus circularis propter resistentiam
corporis. sed anima celestis mouet circulariter perfecte:
quia eius subiectum est simplex non habens inclinationem
contrariam. Dicitur notandum q. sicut apparet. pri-
mo celi et mundi motus circularis est primus et simplicis-
simus et perfectissimus: et ideo propriissime competit cor-
pori simplicissimo et perfectissimo.

**¶ Sed anima que est in corpore graui non est in-
nata mouere circulariter: tunc quod est innatu mo-
ueri circulariter non est in eo anima. ut in corpore
grauis aut leui: sed ipsum mouetur ex se et animatur
ergo habet animam tantum: et non habet aliud prin-
cipium. Et quia mouetur circulariter scimus q. p-
rium istius anime s. m. q. est anima est mouere cir-
culariter.**

**¶ Comparat celi compositionem ad ista inferiora sub dif-
ferentia et primo ostendit inter celum et animam ex parte
compositionis. Secundo ostendit differentiam inter cor-
pus celeste et corpus animalium: et etiam inter animam ce-
lestem et inter animas animalium diuisim: ibi. Sed quia
natura corporis. Idem dicit q. anima que est in corpo-
re graui et leui: et cuius corrupta: ut videtur: et debet
esse anima que est in corpore celesti non est nata moueri cir-
culariter id est non nata moueri ad motum sui subiecti: qd
per ipsum mouetur sic: supple cum anime animalium mo-
uentur ad motum suorum subiectorum: idcirco non est ani-
ma in ipso sicut in corpore graui et leui: id est in corpore
que consequuntur grauitatem et leuitatem: aut suorum sim-
plicium ex quibus componuntur. sed ipsum corpus cele-
ste est anima in ipso sicut in corpore graui et leui: id est in
corporibus animalium que consequuntur grauitatem et
leuitatem: aut suorum simplicium ex quibus componun-
tur. sed ipsum corpus celeste mouetur ex se et anima: ex se
mouetur subiectum s. m. q. inclinationem naturalem habet
ad illum motum qui ipsum mouet anima sua et non ad a-
nimalium et mouetur ab anima effectiue: et ex hoc conclu-
dit q. habet animam tantum: et non aliquod principium
motus actiuum: et subdit q. mouetur essentialiter motu cir-
culari. ex quo enim non est ibi aliquod principium motus:
nec est ibi aliqua resistentia et essentialiter sic motum sequi-
tur: q. proprium huius anime sit mouere. Concludit etiam
ultimum: q. natura huius corporis non est nisi corporis
mouentis in loco: que omnia iam declarata sunt superius
scilicet qualiter forme celestes non constituentur in esse per
sua subiecta: et per consequens non mouentur motu suorum
subiectorum.**

**¶ Natura igitur istius corporis non est nisi natu-
ra anime mouentis in loco. Sed quia natura cor-
poris est alia a natura anime: quia est compositum
et est necesse mouens et motum diuersa esse: Nec-
esse est considerare de natura istius corporis.**

**¶ Ostendit differentiam inter animam et corpus celi: et
inter animam et corpus animalis diuisim. et prius ostendit dif-**

serentiam inter corpus celi et corpora animalium. secundo inter animas celi et animas animalium: ibi. Et quia declaratum est. Circa primum duo facit. primo dat intentionem suam. secundo exempla ibi. Et quia d. claratum est.

Primo dicitur: Et quia dictum est quod natura istius corporis est et natura anime mouentis in loco. et subdit statim quod alia est natura corporis a natura anime in celo et quia celum est compositum ex mouente et motu: mouens autem et motum est esse diuersa. ideo necessarium est considerare de natura istius corporis: quod est altera pars compositi scilicet ipsum motum. nam totum compositum scitur a natura componentium: ut dicit commentator primo physicoz.

Et quia declaratum est hoc corpus esse ingenerabile et incorruptibile: apparet quod necesse est ut sit corpus simplex non compositum ex materia et forma: et quia est indiuiduum demonstratum et ens demonstratum in actu et habens unam figuram. et omnia ista sunt in corpore per materiam et sunt in materia propter formam: necesse est ut corpus celeste sit materia animalium celestium que mouetur circulariter ex se: et ut sit perfectius modis ceteris materiis. Non enim est in eo ex potentia nisi tantum potentia in loco: et ex motu locali nobilitas omnium scilicet circularis: quemadmodum habet nobilitatem et perfectissimam figurarum scilicet sphericam.

Hic exequitur dicens: quod declaratum est iam ex dictis supra quod hoc corpus scilicet celeste est ingenerabile et incorruptibile. ideo sequitur necessarium ipsum esse simplex et non compositum ex materia et forma. verumtamen quia est indiuiduum determinatum et ens in actu demonstratum ad se ipsum habens determinatam figuram et alia accidentia scilicet raritatem et densitatem. et cum hec omnia sunt in corpore per naturam: et sunt in materia animalium propter formam. ergo necesse est ut illud corpus celeste sit materia animalium: que mouetur ex se circulariter. ista tamen materia est perfectior omnibus aliis modis: quia in eo non est aliqua potentia nisi potentia in loco et de motibus habet nobiliorem scilicet circulaarem sicut habet nobilissimam et perfectissimam figuram scilicet sphericam. et sic apparet natura huius corporis celestis in habitudine ad suam animam ex quo manifestum est in quo a natura corporum animalium differat. Sed notandum secundum commentatorem primo celi et mundi. quia celum est ingenerabile et incorruptibile: necesse est ipsum esse simplex et non compositum ex materia et forma circumscripso suo motore. nam si esset compositum cum materia de se non habet esse sed etiam in potentia ad esse: et per consequens ad non esse: quare de se esset corruptibile et ideo de necessitate conuinceretur: ut probatur in fine primi celi et mundi. hic igitur consequenter sequitur quod si non esset corruptibile non esset compositum. Alterius notandum sicut dicit commentator secundo physicoz: quod forme et accidentia dependunt a materia in hoc quod sunt in subiecto et dicuntur de subiecto. materia vero est proprium subiectum. Cum igitur in celo appareat nobis figura scilicet densitas et raritas et alia accidentia necessarium est in ipso intelligere materiam que sit subiectum ac-

cidentium. Item dicitur in secundo metaphysice: In omni eo quod mouetur necesse est intelligere materiam. accidentia vero non sunt actualiter in materia nisi per formam ut apparet septimo metaphysice: et ex supradictis. quare cogimur celum necessario dicere esse compositum ex materia et forma. sed in sempiternis non est potentia ad corruptionem. ideo in eis non est talis materia sicut est generabile et corruptibile: sed solum habent materiam que est in potentia ad ubi non ad formam sicut dicitur octauo metaphysice. et ideo materia talium eternorum est aliquid ens in actu scilicet corpus: quod dignius est secundum quod habeat subiectum quam materiam: ut dicit commentator. Et quibus apparet materia animalium celestium ita quod non erit aliqua compositio essentialis nisi motoris et mobilis: et ipsum mobile est subiectum accidentium: et accidentia sunt in mobili propter mobilitatem et non propter aliam formam que dat esse. et hec est vera imaginatio de celo secundum intentionem philosophi et commentatoris.

Et quia declaratum est de formis celestibus ipsas non habere constitutiones per corpora celestia. Nam si haberent tunc mouerentur ex se per accidentia: et indigerent moto ex se primo et essentialiter. Declaratum est enim in octauo physicoz quod mota ex se que sunt hic una essentialia in specie reducuntur ad mouens per se essentialiter et motum: et quod sic compositum ex uno mouente et moto primo. et quod illud mouens non sit potentia in corpore omnino. Et ideo videtur quod forme corporum celestium: et maxime forma corporis ultimi continentis sunt quodammodo anime: scilicet propter appetitum existentem in eis: et mouere et quodammodo intellectus et est forma simplex prima per quam animal celeste componitur ex uno mouente et uno moto.

Ostendit differentiam inter animam celi et animam animalium. et primo facit hoc. secundo recapitulat differentiam iam dictam celi et animalium tam ex parte forme quam ex parte subiecti: ibi. Corpus autem celeste. Primo ad hoc continuans se infert proprietatem vel materiam anime celestis. secundo naturam aliorum animalium: ibi. Et conuerso est de animalibus. Primo dicit quod iam dictum est quod forme celestes non constituuntur in esse per corpora celestia. quia si constituerentur mouerentur ex se per accidentia: quare celum non esset primo motum: sed indigeret alio ex se primo motore et essentialiter. nam sicut declarat octauo physicoz. Adota que sunt a se hic apud nos ut una essentia in specie id est que sunt compositio ex moto et mobili: et hec duo faciunt unam essentiam in se reducunt ad motum ex se primo et essentialiter quod motum ex se est compositum ex uno mouente et uno moto primo: cuius mouens non est in corpore potentia. cum igitur celum sit potentia primum motum: ideo videtur quod forme corporum celestium et maxime forma corporis ultimi scilicet primi celi sit anima appetitiva et intellectiva propter appetitum qui est in eo et suum moueri est intellectus id est ab intellectu: et ideo huiusmodi anima est simplex per quam animal celeste componitur ex motore uno et uno moto.

Item sciendum sicut dicitur octauo philosophorum anima non est primus motor animalium. sed aliud extrinsecum adueniens corpori. quia si anima esset primus motor simpliciter qui mouetur non mouet nisi vno motu tantum. et quia in animalibus motor scilicet anima moueretur per accidens videlicet per motum sui subiecti. ideo animalia sunt mota ex se per accidens. quia motor eorum scilicet anima non est motor primus: et ideo oportet illa mota ex se per accidens reducere ad motum ex se essentialiter qui non inuenitur nisi in corporibus celestibus.

Item notandum quod celum vltimum maxime videtur esse motum ex se primo. Nam licet commentator declarat octauo philosophorum quod alii omnes inferiores mouentur a motore superioris orbis preter motum quem habent a propriis motoribus: ideo videtur moribus et motus aliqua auctores motus inesse. nam dimensio motoris est ut suus motum moueri ab alio. ideo concludit ibi commentator quod perfectior mouentis est motus diurnus cum hoc non accidit. et hoc intellexit cum dixit Et maxime forma corporis vltimi.

Ultius notandum quod sicut patet tertio tertio anima omnia forma abstracta que supple constituitur in esse per subiectum est intellectus. et ideo commentator duodecimo metaphysice dicit quod de virtutibus anime tantum habent desiderium et intellectum.

Conuerso de animalibus que sunt hic. Apparet enim quod mouens in istis componitur ex duobus mouentibus. scilicet ex anima et de re desiderata extrinsecus mouente anima: et ideo motum in eis inuenitur compositum non simplex.

Quia dictum est quod iam anima celestis est forma simplex per quam animal celeste componitur ex vno motore et vno moto: nunc ostendit quod conuerso est de animalibus que sunt hic quia motor in eis non est solum vnus: immo componitur ex duobus motoribus scilicet ab anima et appetibili. Appetibile autem est principium mouens animam ut patet tertio de anima. et quia mouens et motum debent esse proportionata. mouens autem compositum est in animalibus. ideo concludit quod motum in eis est compositum et non simplex.

Corpus igitur celeste est quasi materia istius forme abstracte: et est materia existens in actu et ideo non assimilatur materie: nisi in hoc tantum: quia est materia fixa ad recipiendum formam: et ideo dignius dicitur subiectum quam materia. Ad materiam. nam que est hic dicitur materia: quia est potentia forma facta in eo: et dicitur subiectum: quia est fixa forme et fit compositum ex ipsa et forma.

Recapitulat differentiam iam dictam animalium celestium et inferiorum tam ex parte anime quam corporis dicens quod corpus forme celestis est quasi materia ipsius forme abstracte que non constituitur in esse per subiectum ut patet in animalium. et quia dixerat quod est quasi materia: subdit declarationem huiusmodi quod est materia existens in actu: et ideo non est vere materia ut assimilatur materie nisi in hoc quod est fixa ad recipiendum formam. et ideo dignius est ipsam vocari substantiam quam materiam. et hoc idem dicit commentator octauo philosophorum. et subiungit causam sine rationem: quoniam materia que est huiusmodi dicitur ma-

teria pro eo quod est in potentia ad formam que de se non habet actum. dicitur etiam illa materia subiectum eo quod est fixa forme recipiens formam. et sic est pars compositi: quia ex ipsa fit compositum ex materia et forma. modo supple cum celum non est in potentia ad formam et actum essendi quia in ipso non est potentia nisi ad vbi. et ideo non communicat cum materia istorum inferiorum: propter quod in propria ipsa vocatur materia: nihilominus ipsum celum est fixum subiectum ad recipiendum formam abstractam. et ita communicat cum materia istorum inferiorum propter quod vocatur subiectum: quare dignius est ipsum vocari subiectum quam materiam.

Et videtur quod corpus celeste non est necessarium in suo esse sua forma: sicut est dispositio de corporibus animalium que sunt hic. De animalibus namque sunt hic videtur quod anime eorum sunt necessarie inesse suorum corporum: et quod non saluarentur nisi per sensibilem animam et imaginatiuam. Corpus autem celeste quia est simplex et non transmutabile ab aliquo extrinseco non indiget in sua anima sensibili nec imaginatiua sed tamen indiget anima mouente ipsum in loco et virtute que non sit corpus nec in corpore ad largiendum ipsi permanentiam eternam et motum eternum quod non habet principium nec finem.

Postquam autor ostendit compositionem celi ex anime et corpore comparando ipsam ad compositionem animam et corpus ex anima et corpore sub convenientia et differentia. in parte ista declarat quedam dubia incidentaliter de natura celi circa que sic procedit. primo premitur quandam differentiam celi et animalium que iam potest haberi ex precedentibus ex qua dicit dubia que intendit. secundo declarat illa dubia ibi Et debes scire. Primo dicit Videndum est quod corpus celeste non indiget in suo esse forma que est eius motor sicut corpora animalium que sunt hic indigent in suo esse suis animalibus anima necessaria in suo esse suorum corporum. quia corpora animalium non saluarentur in esse tali preter animam sensitiuam per quam sentiunt et viuunt et ledentia. et per animam vegetatiuam quam imaginatur ea et illa necessaria acquirunt et corruptionem fugiunt: ut apparet secundo de anima. Corpus autem celeste cum sit simplex intransmutabile non habens corruptibilem intrinsecum nec indiget in suo esse anima sensitiua nec imaginatiua. et hec cause implicite dicte sunt prius. Sed ex hoc ipse subiungit: quod intendit declarare cum dicit Sed indiget anima mouente ipsum in loco et etiam indiget virtute que non est corpus vel corporea ut det ei permanentiam eternam et motum eternum: que non habent principium neque finem. Nota etiam sicut apparet secundo de anima. sensus tactus necessarius est omni animali ad salutem animalis. omne autem habens sensum et motum necessarium est ut habeat desiderium et imaginationem. nam vbi est sensus ibi necesse est delectationem et tristitiam et apprehensionem rei sensibilibis ut ex hoc sequatur motum ad prosequendum delectabilem et fugiendum tristabile. et quia corpus celeste est inalterabile alteratione corruptiva: ideo nullo indiget sensu: nec imaginatione ad prosequendum aliud vel fugiendum.

Et debes scire quod istud corpus celeste non indiget virtute mouente in loco tantum sed et virtute largiente in se et in sua substantia permanentiam eternam: quoniam et si sit simplex et non habet potentiam

ad corruptionem tamen est finite actionis virtus
necessario quia est finitarum dimensionum et ster-
minatum a superficie continente ipsum et omne ta-
le cum intellectus posuerit ipsum existens per se
absq; eo qd aliud largiatur ipsi permanentia et eter-
nitatem necesse erit vt ita sit de finitate sue perma-
nentie sicut est de finitate sue actionis. Et ideo ne-
cesse est intellectum potentiam esse hic largientem
ipsi permanentiam eternam quemadmodum lar-
gitur ipsi motum eternum.

Declarat de natura celesti: circa quod duo facit. Primo
facit quod dictum est. secundo in hac declaratione a propo-
sito principali facit digressionem: reuertens aliqua de iam
dictis: et aliqua a dictis: iam inducit amor. Primo ad
hoc duo facit. primo declarat illa dubia. secundo ex hoc in-
fert quandam conclusionem ibi. Unde videmus celum.
Prima in duas. primo declarat celum indigere virtute lar-
giente sibi per materiam eternam. secundo ostendit ipsum
indigere virtute largiente sibi per motum proprium et fi-
guram et motum mensuram ordinem et qualitatem agen-
di ibi. Et non habet tantum. Primo dicit qd scire debe-
mus qd corpus celeste non solum indiget virtute que mo-
uet ipsum in loco sed cum hoc indiget virtute que mouet ip-
sum in loco. sed cum hoc indiget virtute que det sibi per-
manentiam et durationem eternam scilicet quantum ad su-
am substantiam. quia quantum ad celum sit simplex non ha-
bens potentiam ad corruptionem: est tamen nihilominus
virtutis finite in agendo: quod est finite quantitatis. In
magnitudine autem finita non potest esse: virtus infinita
actiua: vt probatur octauo physicoz secundo celi et mu-
di. omne autem tale quod est finite magnitudinis et virtu-
tis in agendo si intelligatur per se sine alio quo dante sibi p-
manentiam eternam: necesse est qd sicut est finitum in vir-
tute actiua qd ita sit finitum in duratione et permanentia sue
substantie. quare apparet qd celum indiget virtute largien-
te sibi motum. Notandum quod videtur qd commen-
tator contradicit sibi ipse hic et in duodecimo metaphysice
qd in corpore celesti non est potentia vt corrumpatur sed p-
manens eternum per suam substantiam. motus autem eius
potest corrumpi. et ideo eternitas motus est eius ab alio: et
tota causa est quia motus celi habet contrarium. scilicet quiete
ideo quantum est de se potest corrumpi. ideo eternitate ab
alio potest recipere. substantia vero celi non habet contrarium
et ideo de se est incorruptibilis: si esset corruptibilis ab alio
non posset perpetuari. quia substantie est per se existere: et
ideo suum esse quantum ad durationem est ex se licet ori-
ginaliter et inchoative possit esse ab alio. et ideo si substan-
tia celi secundum se esset corruptibilis non posset ab alio p-
petuari nisi natura possibilis mutaretur in naturam neces-
sarij: quod est impossibile vt probatum est in fine primi ce-
li et mundi. et ideo etiam commentator circa finem octauo
physicoz dicit qd in celo non est infinita actiua. sed i eo
est potentia receptiua infinita secundum se. Item vi-
detur dicere primo celi et mundi et in fine huius libelli: qd
celum secundum se est infinite permanentie: quare vide-
tur sibi contradicere omnibus supradictis. Dicendum
qd sicut dicit commentator quarto celi et mundi in substan-
tia sempiterna non est agens nisi secundum similitudi-
nem scilicet in quantum est forma conseruans vt finis. Id
dicit commentator duodecimo metaphysice. modo cu di-
cit commentator qd celum indiget virtute largiente sibi p-
manentiam eternam siue eternitatem permanentie intelli-
git qd ista forma sit finis et non efficiens quasi diceret qd il-
lus quod est finite virtutis in agendo: et est determinatum

in quantitate finita non est ad essendum per se simpliciter
absolutum ab alio ita qd sit prius immo de necessitate est p-
pter aliud propter quod tanquam propter finem sic est p-
manens eternum sine corruptione. et ita ordinem habet et
dependentiam ad aliud sicut ad finem. Intellexit vero
in predictis locis celum habere permanentiam ex se forma-
liter non ab alio efficiente. et hoc intelligitur ex verbis ei
et ita non est contradictio hic nec ibi.

Et non hoc tantum: sed necesse est hoc esse vir-
tutem que largitur ei motum proprium sue actioni:
que est eternitas inter ceteros motus. scilicet localis et mo-
tum in circuitu et figuram propriam. isti motui. scilicet spe-
ricam et mensuram propriam corpori istorum corpo-
rum et conuenientiam inter ea ad inuicem in ordie-
re quantitatis: ita qd ex omnibus perficitur vnus actus
scilicet totus mundus. Nulla enim indigentia virtutis ac-
tue in omni corpore simplici vno: aut in vno corpo-
re composito et corporibus simplicibus huiusmodi
et indifferenter siue illud corpus fuerit generatum si-
ue non generatum

Ostendit celum indigere virtute largiente sibi motum
proprium et figuram ordinem et qualitatem agendi dicens:
qd celum non indiget virtute largiente sibi eternitatem p-
manentie vt iam dictum est etiam cum hoc indiget virtu-
te dante sibi motum sue actioni que actio fixa et eternitas
id est eterna. inter terminos autem motus localis circula-
ris est qui proprie potest esse eternus: vt patet quarto phy-
sicoz. Indiget etiam virtute dante sibi formam propriam
am et necessariam scilicet motui circulari et videlicet sphe-
ricam etiam largiente sibi mensuram propriam vnicuique or-
bi celesti in qualitate actionis et conuenientiam et ordinem
agendi ad inuicem: ita qd ex actione omnium orbium et su-
orum motuum perficiatur vnus actus qui est totus mun-
dus. Et subdit qd non est differentia in hoc vtrum celum
sit corpus simplex aut compositum quantum ad hoc vt in-
diget virtute per quam possit agere: quia vniuersali om-
ne corpus siue simplex vel compositum: genitum vel in-
genitum semper indiget virtute que est alia essentia a suo
corpore per quam agunt: et ista virtus est ab alio. No-
tandum secundum commentatorem secundo celi et mu-
di: qd actio diuina est prima intentione propter se. secunda
vero intentione agit propter alia. et quia actio sua est pro-
pter suum esse: et quia suum esse est eternitas. ergo sua ac-
tio est eternitas. et hoc est etiam quod dicit hic: Notan-
dum qd celum recipit a motore motum et qualitatem moue-
di et conuenientiam motuum. quia ab alio et alio motore e-
st alia et alia velocitas motus. et dicit propterea hoc philoso-
phus secundo celi et mundi: qd si in primo celo essent plures
stelle vel maiores vel non moueretur celum: vel mouere-
tur tardius. et huiusmodi ratio est quia corrumpetur p-
porcio inter motorem et mobile. et ideo sicut dicit ibi com-
mentator. quia diuersi motores habent diuersas virtutes
et diuersas proporciones ad diuersa mobilia. Item mo-
tus diuersorum orbium sunt diuersi in velocitate et tardi-
tate. et quia proprietates eorum ad sua mobilia sunt ordina-
te: ideo est ordo et conuenientia inter motus. et huiusmodi
ordo est a primo ordinante. et quia motui eterno primo con-
uenit figura circularis: que est prima et perfectissima
ad talem motum. ideo figura eius propter talem
motum ab alio habet figuram tanquam a causa finali pro-
pter quam est. Intelligendum qd omne corpus sim-
plex vel compositum: genitum vel ingenitum semper in-

indiget alio largiente sibi virtutem agentem: ex quo enim non potest esse principium simplex sed indiget alio in suo esse. Si enim per se possit agere absque quocunque alio possit subsistere ita quod esset principium simplex propter quod sit eius essentia quod propter finem ut dictum est supra sequitur necesse quod alio indiget sibi dante virtutem agendi.

¶ Unde videmus celum habere unam virtutem non tantum mouentem omnia sed agentem et conservantem omnia: sicut est dispositio in corpore hominis et in corpore facto propter finem proprium. Si enim significat agens significatio nature sicut motus significat mouens.

¶ Ex predictis inferit conclusionem et primo facit hoc secundo subiungit quandam distinctionem de agentibus. Sed de natura agentis. Primo dicit quod corpus indiget virtute sua dante sibi virtutem agendi. ex hoc concludit quod ideo nos videmus celum non solum moveri ab alio: que actio solum apparet et ex quo supplet motorem: sed etiam videmus ipsum agere omnia ista inferiora et conservare ea deducendo ea ad debitas fines sicut apparet in corpore humano et in corpore facto propter aliquem finem. illud enim quod generat corpus humanum non generat ipsum quocunque modo: sed ex modo quo sequitur finem propter quem est. Ex quo sequitur quod illud generans non solum movet sicut unum corpus motum movet aliud: sed agit ordinate conservando et deducendo ipsum finem debitum. et ita finis fieret nobis agens sicut motus significat motorem: Et facit hoc primum. differentia inter agentem et mouentem quod agens intelligit illud quod in finem ordinatum deducit per mouentem: quod solum movet sicut motum est ab alio: sicut apparet de mouere localiter quod aliud movet per suum motum. ex quo vult habere quod celum non solum est sicut motum a suo motore sed etiam agit conservando et deducendo in suum finem: ex quo apparet quod habet virtutem activam. et per primum quod ipsum recipit ab alio quia est corpus.

Alterius notandum quod finis significat agens significatio necessaria. quia nullum agens agit nisi propter finem. aliter actio esset frustra ut apparet ex secundo physico. et ideo finis est qui imponit necessitatem agendi. sed quicquid finis est acquirere quod non habet in istis inferioribus quicquid conservare habitum ut in superioribus sine separatione: ut primum. dicit secundo metaphysice. Intelligendum etiam quod si corpora celestia agunt propter finem: necesse est esse aliud agens comprehendens finem in virtute cuius agat. et hoc dicit primum. in secundo celi et mundi. et in. xij. metaphysice quod corpora celestia non agunt nisi mota ab agentibus nobilissimis que sunt deus et intelligentie.

¶ Sed de numero agentium quoddam est prius tempore prius actio: et omne quod sit in sphaera mundi et istius agentis et acti prius est naturaliter tempore: et est orbis que sequitur tempus et cui accidit et agens orbem. scilicet faciens ipsum in dispositionibus necessariis in inveniendis finem propter quem fuit.

¶ Ex hoc dat distinctionem unam de agentibus et intendit istam distinctionem quod de numero agentium quoddam est agens solum et non activum: et quoddam est agens activum. sed istam distinctionem non dat explicite. sed satis dat eam intelligere per hoc quod ponit membra eius. sed statim secundum membrum huius divisionis subdividit dicens de numero agentium activorum: quod est prius tempore actu. et supplet non natura. et talia supplet sunt agentia inferiora que sunt in sphaera mundi. scilicet inferioris. Quoddam vero est agens prius tempore et natura quod summi actum. et hoc est orbis quam sequitur tempus et tempus accidit. Preterea subiungit magis primam membrum prime divisionis dicens: Et agens orbem est agens actum quod facit ipsum orbem in dispositionibus nec-

cessariis ad finem acquirendum propter quem est. Et notandum quod non facit ipsam non factione productiva: ut dicitur duodecimo metaphysice. sed est sibi quasi forma conservans et perficiens tanquam illud per quod habet esse et tale esse intelligit quod illud agens non procedit ab eo actu immediate tempore: sed solum natura. Notandum quod sic vult commentator octavo physicoz agentia particularia vel inferiora sunt agentia per accidens. et ideo precedunt actum suum tempore solum non natura. Sicut enim qui generat Platonem precessit ipsum tempore non natura. hoc enim fuit accidens. potuit enim esse quod Plato precessisset et genuisset Socratem. Alterius notandum quod secunda agentia reducuntur ad prima agentia sicut artes secundarie ad artes primas. et hoc dicit commentator secundo metaphysice quod agens actum non agit nisi mediante virtute primi agentis scilicet non actu: et ideo dicit commentator primo celi et mundi quod celum est medium siue quoddam ligamentum inter generabilia et corruptibilia et ipsius primum. quia necessarium quod inter ipsa puta eterna et res temporales sit ens quod nunquam in sua substantia transmutatur: transmutatur tamen in loco. Item notandum quod ipsum celum quod est unum de agentibus activis precedat sua activa siue suos effectus ab eo tempore et natura quod ipsum est eternum: et sua acta sunt generabilia et corruptibilia.

¶ Et cum hoc ignoraverit quidam esse de opinione Aristotilis dixerunt ipsum non dicere causam agentem tantum sed tantum causam mouentem. Et istud fuit valde absurdum et non est dubium in hoc quod agens ipsum est mouens ipsum. quod enim movet ipsum motu proprio: est illud quod largitur ei primum dispositiones per quas acquirit motum proprium. Et ista virtus est illa quae laudat Aristotiles in multis locis libri sui de celo et mundo: et vidit ipsam esse nobiliores celo et altiores.

¶ Excludit circa dicta errorem quorundam dicens quod cum quidam ignoraverit hoc esse de intentione Aristotilis secundum esse aliud agens faciens orbem in dispositionibus necessariis ad acquirendum suum finem: ideo dixerunt quod Aristotiles non dedit causam agentem totum siue causam universalem: sed solum dedit causam mouentem. et hoc est absurdum valde dicere a philosopho. et non est dubium in hoc quod illud quod est mouens primum ipsum celum non est agens ipsum. quod enim movet ipsum motu proprio: primo illud est quod largitur ei dispositiones et virtutem per quam acquirit motum proprium. Et subdit quod ista virtus scilicet que dat celo dispositiones quibus acquirit motum et perfectionem propriam: et illam quam laudant Aristotiles in multis locis libri sui de celo et mundo: et scituit ipsam nobiliores et altiores celo sicut causa est nobilior suo effectui. Et semper notandum est quod ipsum primum principium est agens celum sicut sepe dictum est non vi productum: sed vi forma conservans et vi finis propter quem est habet perfectionem. Utrum autem primum principium moueat celum in genere cause efficientis vel finalis habet specialem questionem. Sed est manifestum quod movet in eo quod largitur ei virtutem per quam acquirit motum proprium non dicitur principium mouens: quia ab ipso dependet totum in esse et in mouere ut finis.

¶ Et iam induxit nos amor explanandi hoc facere digressionem a principali. scilicet declaratione corporis celestis que est de celo tanquam corpus ab aliis.

C Supra pmo. declaratioe quorūda incidentaliū digres-
sione fecerat a pposito. ideo in ista pte reducit ad pnci-
palē ppositū. circa qd duo facit. pmo reducit ad ppositū
significans se digressionē fecisse. secūdo resumit quedā d-
iam dictā ut aliud addat. Dicamus pmo. Dicit pmo q
amor declarandi hoc. s. qd supra dictū est qualiter celū idē
gei vnde largiente sibi monū et pmanentiā eternā: illud se-
cit nos digressionē facere a pposito pncipali: qd erat quō
celum est cōpositū ex motore et mobili sicut aīa ex anima
et corpore: et in qbus cōueniebāt et differēbāt: iō su pple facta
illa digressioe vel declaratioe: ideo ad pncipale ppositū.

C Dicamus igitur q corpus celeste cōmunicat
corporibus generabilibus et corruptibilibus in hoc
q est ex tribus dimensionibus.

C Resumit quedam supia dicta de cōuenientia et disfe-
rentia celestis aīa ut aliqd addat. et pmo resumit ea in qbus
cōueniūt et differūt celū et aīa ex pte corporis. secūdo ex
pte aīa: ibi. Et substantia existētes. pmo resumit cōue-
nientia ex parte corporis. secūdo differentia ibi. Sed inveni-
mus subam. Pmo dicit. Dicamus igit. i. postquam
nos reduximus ad pncipale ppositū dicamus q corpus
celeste cōicat cū generabilibus et corruptibilibus in hoc q
est habens tres dimensiones. i. subam recipiens dimen-
siones ita q vtraq substantia corpora generabilia et cor-
ruptibilia celū est subiectū trū dimensionū. Sed notandū
sim pmo pmo. et mū. solū celū est magnitudo perfecte cū
dimensibile sit p oēs mensuras. mensura autē siue dimensio-
nes. s. longū latū et pfundū sine qbus non pōt esse corpus
ideo oīa corpora in hoc cōicant.

C Sed inuenimus substantiam deferentē dimē-
siones et dimensionis in corpore. generabili cōmu-
ni corporibus generabilibus et corruptibilibus ean-
dem numero in potentia non eandem actu. s. q di-
mensiones cōmunes omnibus corporibus genera-
bilibus et corruptibilibus sunt eodem modo in potē-
tia quod est cōmune omnibus rebus generabilibus
et corruptibilibus. Inuenimus enim idem corpus
transferrī de forma in formam: et ex dimensionibus
in dimensiones alias in actu. verbi gratia. q corp⁹
quod est aer transfertur in corpus: quod est ignis.

C Resumit ea in qbus differūt ex pte corporis gnābilium
et corruptibilium. secūdo tāgit cōditiones in qbus differunt
ex pte corporis celestis: ibi. Corpus vō celeste. Circa p-
mū etiā duo facit. pmo ponit cōditiones generabilium et
corruptibilium. secūdo ex hoc mouet quandā qōnē. ibi. Que-
rendū ē. Circa pmo etiā facit duo. pmo ostēdit cōditiones
vel naturas generabilium. secūdo. pbat eas ibi. Si igit hoc
corp⁹. Pmo dicit ita. Dictū est q corpus celeste et gnābile
in hoc cōicant q habent tres dimensiones. nūc dicit: S-
inuenimus substantiam dicentē dimensiones easdē i actu
numero: et hoc est ppositū generabilium q subm in quo sūt di-
mensiones: et etiā ipse dimensiones. put sunt cōes oībus
gnābilibus et corruptibilibus sūt eadē actu. et ita sicut subiectū
dimensionū est idem numero in potentia: et ita dimensio-
nes sim q sunt cōmunes omnibus formis generabilibus
et corruptibilibus sūt eadē numero in potentia et non i ac-
tu. et hoc declarat in exemplo. videmus enim idem corp⁹
transferrī de forma in formam. et de dimensionibus in di-
mensionibus in dimensiones alias in actu. i. eadē natu-
ra corporeitatis que est ex subiecto et dimensionibus sim
se accepta: transfertur de forma in formā: que dat alium
actū essendi. et per consequē alios et alios terminos ipsius
dimensionibus. et ille dimensiones dicitur actu. Vbi gra
corpus qd est aer transfertur in corpus qd est ignis. i. cor-

poritas que est sub forma ignis. et ita tū subm qz dimensio-
nes. put sūt cōes oībus formis sūt eadē numero in poten-
tia et nō in actu. qualiter autē nū pma est eadē nūcro declarati
est supra auctoritate cōmento. xij. metha. et etiā de dimensio-
nibus declarati ē supra. subdit cū hoc pbatum est q sunt
eadem in potentia et non in actu.

C Si igitur hoc corpus cōmune forme aeris et ig-
nis esset idem numero in actu: tūc forma esset acci-
dens. et si essent duo in actu et transmutaretur vnū
in alterum: necesse esset corporeitatem destrui de
corpore corrupto ad non corpus et corporeitatem ge-
neratam generari ex nō corpore. vnde necesse ē eas
habere naturam cōmūnem corporalem.

C Vnde pbat cōditiones generabilium dicens. Si aliquis
vellet dicere hoc corpus qd est cōe forme aeris et ignis sup-
ple corporeitas que est ex dimensionibus et ex mū que trāsserit
de forma aeris in formā ignis si esset eadē in actu sim nū-
me: tūc sequeretur q forma adueniens esset accidens qd
adueniret enti in actu. et sic forme subales eēt accidentar
etiā gnatio nō differret ab alteratioe: qd ē incōueniēs vti p-
pmo de gnatioe. Si vō aligs diceret q illa nā corporeita-
tis sūt due in actu. et cū vna transmutaret in aliā tūc opor-
teret corporeitatem corpis corripī nō in corpus et corporeitatem
corpis gnandi generari ex nō forme corporee: et ita corpus
fieret ex nō corpore: qd est ipse sibile. Ex quo concludit q ne-
cesse est illa corpa que ad inuicem transmutant habere natu-
rā corpale cōmū: ita q sit eadē in potentia et non in actu
que oīa declarata sūt pus. q aut corpus fiat ex non corpore:
hoc ē ipse sibile ut appetit de gnatioe. et de actiuis et passi-
uis. et q corp⁹ nō pōt agere postqz corpitas eēt corrupta.

C Querendum est igitur vtrū ista sit vna aut plu-
res. et si vna: vtrū sit vna potentia aut actu. et si plu-
res similiter.

C Mouet circa dicta quandā qōnem. et pmo mouet. secū-
do soluit ibi. Logimur igitur ponere. Pmo dicit q pro-
batū est q generabilia habent naturam cōmū corporalem:
mō dicit q querendū est de ista natura: vtrū sit vna: vtrū in ac-
tu. et si similiter sint plures: vtrū sint plures in actu.

C Logimur igitur ponere vnam actu et plures po-
tentia. Declarabitur igitur sim q hec corpora que
sunt hic: sunt generabilia et corruptibilia ipsa cōpo-
ni ex substantia que est potentia: et dimensionibus
existentes in ea que sunt potentia: etiam illud cor-
pus quod est vnum potentia et multa potentia cūz
exiuerit in acrum: erit materia in actu nisi sim q
detur sicut forma non habet esse in actu nisi sim q
intelligit.

C Soluit et dicit q cogimur ponere q ista natura est vna
in potentia: et plures in potentia est vna in potentia p p-
uationem omnium formarum individualium et est plures
habitudine ad formas diuersas: ut commentator dicit duo
decimo methaphisice. et subdit conclusionem dicendo q d-
clarabitur ex iam dictis q corpora generabilia sunt compo-
sita ex subiecto quod est in potentia scilicet materia prima:
et dimensionibus existentibus in ea que sunt in potētia ad
diuersos terminos et actus diuersarum formarum: et q il-
lud corpus quod est vnum in potentia continens materiā
et dimensiones in potentia cum erigit in actum per formā
et materia in actu et similiter dimensiones. Vnde Ari-
stoteles ex dictis infert conclusionem vnam dicens q ma-
teria non habet esse in actu nisi secundum q intelligitur.

Notandum sicut dicitur primo de generatione materia non esse possibilem existere sine forma licet possit esse sine hac vel illa. per formam autem habet actum essendi et efficitur subiectum in actu accidentium per que accidentia ipsa est sensibilis: et ita non habet esse in actu sine passionibus et accidentibus quibus sentitur. forma vero est in materia per dimensiones et conditiones materie. nam sic particula non est in actu: sed cum per virtutem agentem abstrahitur a conditionibus materie et sic intelligitur in actu: ut habetur tertio de anima.

Corpus vero celeste quia non transmutatur necesse est ipsum componi ex substantia in actu et dimensionibus in actu: et ideo est generabile et corruptibile. et cum ita sit corpus celeste est materia recipiens formam celi hoc modo qui declaratus est de hac materia. scilicet de eius convenientia cum materia generabili et corruptibili in aliquo et diversitate eius ab ea in aliquo et utraque est etiam materia. Et similiter etiam secundum quod inveniuntur in eis potentia ad motum in loco et in corpore celesti non est potentia ad transmutationem.

Tangit conditiones ex parte corporis. quia dicitur quod generabilia sunt ex subiecto et dimensionibus in potentia: modo dicitur: Corpus vero celeste cum sit intransmutabile secundum subiectum: necesse est ipsum componi ex subiecto in actu et dimensionibus in actu. quia hec est causa quare quod non transmutatur in substantia: vel quod sit ingenerabile et incorruptibile. scilicet non habere materiam que est in potentia ad eas dimensiones. Et quo concludit dicens: quod cum ita sit simpliciter ut dictum est corpus celeste est recipiens formam celi. scilicet motorem eius hoc modo quo declaratum est videlicet secundum differentiam et convenientiam eius ad materiam generabilem et corruptibilem. et quia vocavit corpus celeste materiam: cum subdit quod utraque potest de materia tam corpus celi quam materia generabilem. nam utraque est sensibilis saltem sensu visus: et utraque est in potentia ad utrumque in corpore celesti non sit transmutatio in substantia sicut in generabilibus.

Et substantie existentes in substantiis existentibus in corpore celesti non sunt potentia ad transmutationem et substantie existentes in substantiis existentibus in corpore generabili et corruptibili: similiter est in corpore celesti. Declaratum est enim de eis eas esse convenientes cum formis generabilibus et corruptibilibus in aliquo et differentes ab eis in aliquo: et ex hoc modo illud quod congregatur hic ex anima et corpore dicitur animal cum hoc quod congregatur illis ex corpore et anima dicatur animal equivoce. scilicet secundum prius et posterius.

Resumit ea in quibus differunt ex parte animarum. et primo facit hoc. secundo ex hoc infert quandam conclusionem ibi. Et ideo necesse. Primo dicit quod subequentes in substantiis que sunt sicut in corporibus generabilibus et corruptibilibus. scilicet forme vel anime que sunt in corpore celesti anime celestes declaratum est de eis qualiter sunt ad invicem in aliquo: et differunt in aliquo: ita quod illud quod aggregatum ex anima et corpore tam celestibus quam in istis inferioribus dicitur animal non equivoco: sed secundum prius et posterius.

Declaratum est enim a precedentibus quod motores celestes continentur cum animabus animalium in hoc quod datur sunt corporibus motum localem ita quod per ipsas animas celestes celum movetur et se et habet desiderium et intellectum: figuram nobilissimam et motum circulem perpe-

tuum et alias perfectiones ita quod illud corpus est materia animalium celestium sicut corpora animalium. sed differunt in hoc quod anime celestes non subeunt in esse per sua corpora nec dant suis corporibus esse. et ideo animalia celestia compositur ex subiecto in actu et actum in animalibus vel motoribus suis. anima vero inferiora componitur ex animabus et subiecto in potentia.

Et ideo necesse est in talibus naturis ut prius sit causa posterioris: ut dictum est de hac natura alibi. verbi gratia. Illa que dicuntur calida: sed dixerunt significatur secundum magis et minus.

Infert ex dictis quandam conclusionem dicens quod ideo necesse est quod in talibus naturis. scilicet dictis secundum prius et posterius ut prius sit causa posterioris: sicut dictum est alibi de tali natura videlicet quod illa que sunt calida dicuntur secundum magis et minus: necesse est quod illud quod est primo calidius sit causa caloris in omnibus alijs. quia ut dicitur secundo et quarto metaphysice prius in unoquoque generat et est omnium posterior.

Quoniam igitur celum componitur ex forma et materia sicut est dispositio in animalibus que sunt hic: declaratum est amplius in quo convenit forma illorum cum formis illorum: et etiam in quo differunt ultimus motorum illorum ab ultimo motore illorum.

Recapitulat determinata in hoc capitulo dicens quod celum non componitur ex materia et forma sicut animalia: quod sunt hic. Declaratum est etiam in precedentibus in quo convenit forma illorum inferiorum animalium cum forma superiorum et celestium. declaratum est etiam in quo differunt ultimus motorum illorum inferiorum ab ultimo motore celestium. nam declaratum est supra quod motor animalium inferiorum componitur ex duplici motore. scilicet ex anima et re desiderata extrinseca existente propria autem res desiderata est primum movens quod movet animam ut patet tertio et animam ipsam animal celeste componitur ex uno motore et uno motore: et igitur motor celi movet: movet tamen propter id quod intelligitur desiderat de primo principio quia cum illud quod intelligitur de primo idem esse habet intellectu suo et in re eo quod utrumque est intellectus abstrahens. scilicet tam recipiens quam ceptum efficiatur unum et idem una perfectione: ita quod illud quod movet et propter quod movet idem est. et ideo non movet ad aliquid aggregatum supra dictum est. et ideo motor est eius continuus et eternus.

Emanet igitur considerare in quo conveniunt hec duo genera de accidentibus in quo differunt.

Postquam commentator determinavit de duabus naturis ex quibus celum componitur secundum quod conveniunt et differunt cum duabus naturis generabilibus et corruptibilibus quantum ad essentialia eorum. hic ostendit quomodo differunt et conveniunt quantum ad accidentalia communia. circa quod primo ponit intentionem suam. secundo exegit ibi differunt. Primo dicit: Remanet igitur percutere si ne considerare in quo conveniunt hic duo genera de accidentibus rerum quod declaratum est celum esse compositum ex subiecto et forma sicut animalia que sunt hic. considerandum est enim quo ad suum subiectum scilicet materiam formam illorum inferiorum quantum ad essentialia eorum.

Nunc remanet considerare quomodo illa nature scilicet celum et ista inferiora conveniunt et differunt quantum ad accidentalia.

Differunt enim in natura passiva: que est alteratio. Nec enim alteratio fm q transmutat substantiam alterati: videtur esse propria corporibus: quorum substantie admiscetur potentia: et sunt corpora generabilia et corruptibilia.

Hic exequitur et primo tangit accidentia in qbus ista duo genera. scilicet et ista inferiora oio differunt. secundo tangit accidentia in qbus conveniunt fm convenientia et differentiam: ibi. Accidentia vero. primo dicit q celi et ista inferiora differunt in natura passiva q dicit alteratio. scilicet differentia in qualitatibus passivibus que sunt de tertia spe qualitatibus. na alteratio v. l. qualitas fm oia transmutatur in substantia alterati. i. que p quandam transmutationem introducit ita q aliquid abicit et aliquid introducit dicitur esse propria corporibus quorum substantie admiscetur potentia et talia corpora sunt generabilia et corruptibilia et talis qualitas non convenit corpori celesti et hic dicit pbo primo celi et mundi q alteratio passiva que est cu corruptioe srii non est in celo qz hoc disponit ad inductionem substantialis forme. alteratio vero pfectiva que nihil tollit corpore que prius erant talis est in celo.

Accidentia vero que non transmutant substantiam deferentis: sunt contraria utriusque corpori: et primum istorum est motus localis et diaphanitas et non diaphanitas et quantitates quas sequuntur ista. scilicet raritas et densitas. Videtur enim fere q raritas et densitas sunt cause diaphanitatis: sed tamen dicitur in utroque corpore fm prius et posterius: sicut dicitur corporitas:

Ostendit accid. nra in qbus conveniunt et cōcant celi et ista inferiora fm convenientia et differentia. pbo ostendit accidentia que cōcant in celo et in istis inferioribus fm prius et posterius. Secundo ostendit accidentia que cōveniunt eis equivoce: ibi. Similiter que pveniunt. primo dicit q accidentia que non transmutant substantiam differentis et subiecti sunt cōia utriusque corpori. scilicet generabilia et celo. et primum accidentium istorum est motus localis et diaphanitas et etia qualitates que cōsequuntur ista diaphanitate que sunt raritas et densitas: sunt supple in genere talium accidentium que non transmutant substantiam deferentis. et q dixerat q raritas et densitas sunt qualitates que cōsequuntur diaphanitates et non diaphanitas. id subiungit declarationem huius q forte videtur q raritas et densitas sint et diaphanitatis et dicit forte qz hic non pbat p certitudinem sed magis in secundo ce. et m. in pte sequenti declarat aliquantulum cu dicit q illa accidentia sunt cōia utriusque. scilicet celo et corpori generabili. Subiungit differentia. d. qz veritatem differunt ista accidentia in celo et in istis inferioribus qz dicit de eis fm prius et posterius sicut corporitas. Notandum sicut dicit commentator secundo ce. et m. Inter accidentia que non transmutant substantiam est motus localis. cu enim aliquis localiter movetur non transfertur in se. ita qz corruptatur aliquid de his que prius erant. et id generatio et corruptio et que est successiva et que est in tpe que dicitur alteratio passiva transmutat suum subiectum corumpendo aliquid de his que prius erant. et id generatio et corruptio sunt finis alterationis ut dicit p. vi. pby.

Secundo notandum qz motus in celo et raritas et densitas in istis inferioribus dicuntur analogice quia raritas et densitas in superioribus sunt cu in istis inferioribus.

Similiter et motus et hic est cu qz in celestibus illa non suscipiunt magis et minus sicut in istis inferioribus.

Item sicut dicitur in. viij. metaphy. qz convenit cause et causato nobiliori modo competit cause qz causato.

Et similiter conveniunt in illuminatione et obscuritate: sed hec magis videntur dici equivoce: qz fm prius et posterius.

Ostendit accidentia que cōveniunt celo. i. istis inferioribus equivoce. et primo ostendit hoc de colore. secundo de lumine: ibi. Et accidentia. Prima in duas. primo ostendit quod diversimode reperitur in celo. secundo qz in partibus: ibi. Et ptes diversificantur. primo pponit intentionem suam. secundo exequitur: ibi. Lux enim videtur. Primo dicit qz similiter cōveniunt corpora celestia et hec inferiora in illuminatione et obscuritate sicut supple conveniunt in diaphanitate et raritate et densitate. sed hec illuminositas magis videtur dici de celo et de istis inferioribus equivoce: qz fm prius et posterius.

Lux enim videtur fieri hic in corpore igneo diaphano simplici quod est in concavo orbis lune: quado agit in corpore denso: et admiscetur cum eo. Et ideo videtur qz causa illuminationis partium corporis celestis. scilicet stellarum est densitas illius partis diaphane in actu ex orbis: et hoc apparet in stellis: eclipsant se ad invicem: et hoc bene apparet in luna: et cum ita sit stellarum et substantie celi est eadem natura: fm qz omnes antiqui dicunt: ut. Aristo. narravit in libro celi et mundi: et corpus celeste fm hoc est diaphanum per se in actu: contrario corporibus diaphanis que sunt hic: que sunt diaphana in actu apud presentiam lucis.

Decorat ppositum. d. qz lux videtur hic fieri. i. apparet qz sit in corpore igneo simplici diaphano qz est in concavo orbis lune ubi est supple spera eius et locus naturalis qz agit in corpore denso. scilicet terreo et opaco et admiscetur cum eo et sic lux causat lucem et ex admixtione ignei diaphani cum terreo. scilicet cum diaphanum terminatur p densum: et ideo dicit qz causa maioris illuminationis celi prius quondam. scilicet stellarum est densitas illarum partium que sunt diaphane in actu: et subdit qz hic apparet qz sicut stelle dense quia eclipsantur a se invicem cu una opponitur alteri et apparet bene in luna que eclipsatur fm alias stellas. ipsa etia cu illuminatur a facie superiori lumen non penetrat corpus eius. immo tunc ipsa est obscura in facie que est versus nos. et subiungit cur ita sit: una est natura stellarum et substantia celi fm qz dicunt omnes antiqui ut manifestat in libro. Ar. ii. ce. et m. sequit. ergo qz corpus celeste est diaphanum p se in actu. i. ex alio enim causa maioris luminis in partibus stellatis non est alia qz densitas illarum non commixtio ignea cum terrea quia corpus celeste est simplex et non est commixtum ex diversis et eadem natura omnium partium celi. igitur corpus celeste p se in actu lucidum totum est diaphanum et subdit qz e converso est de corporibus inferioribus que sunt diaphana in actu non fm se: sed apud presentiam vel commixtionem ignei cu terreo. Nota ut dicit commentator in secundo ce. et m. et inde sensu et sensato qz in istis inferioribus nihil est lucidum de se simpliciter. ignis enim p nimiam raritatem non lucet in spera sua et multum minus nec terra nec aqua nec aer: quia lux in inferioribus est gratia ignis ut dicit commentator: secundo de anima. et ideo quecumque inferiora lucent hec faciunt post mixtionem ignis cum opaco terreo. celum autem lucidum est de se non participans lumen ab alio nec per commixtionem quia non est in eo commixtio. Alterius notandum qz sicut rari et densum que sunt causa illuminationis non dicuntur equivoce hic et in inferioribus cum luminositas et obscuritas

dicitur equinoce hic et ibi. Primo quod hoc lumen sit ex commixtione rari cum denso in celo vero non est nisi per suas naturam simplicem luminoso sunt. Nam ut vult philosophus et commentator secundo celi et mundi totum celum est lumen et minus de se licet partes differant secundum magis et minus quod est contra intentionem quorundam astrologorum qui dixerunt sole esse in medio planetarum sic ibi regem in regno ut omnibus virtutem et lumen influat in superioribus quibus inferioribus cum commentator non negat quod alie stelle non recipiunt lumen a sole immo de se lumen habet cum totum celum et stelle sint eiusdem nature diaphanum in actu.

Et per partes diversificantur nihil diaphanitate et non diaphanitate: ita quod in eis sit aliquid simile colori: sicut in galaxia. Et quia luna videtur densa et obscura: et recipiens luce et alio scilicet sole: dicit Aristoteles in libro de animalibus quod natura eius unigena nature terre plus quam ceterarum stellarum et forte corpora celestia diversantur in densitate et raritate: que sunt cause illuminationis et obscuritatis: hoc non inveniatur nisi tantum in luna. Secundum hoc igitur est intelligendum. ut mihi videtur dispositio in illuminatione corporum celestium.

Ostendit quomodo lumen reperitur in diversis partibus celi. d. quod partes celi diversificantur in diaphanitate et non diaphanitate: ita quod in aliquibus partibus inveniatur aliquid simile colori: et alique partes diaphane sunt quodammodo vitrum quod videntur habere determinatum colorem: ut sunt magis et visibiles quam alie partes ut apparet in galaxia que videtur habere colorem lactum vel album inter alias partes non stellatas: et subdit quod luna videtur esse densa in suo subiecto quod dicitur propter maculam que apparet in ea etiam recipiens lumen ab alio. i. a sole. unde Alexander in libro de animalibus dicit quod natura eius unigena vigena natura terre: et plusquam natura aliarum stellarum. et subdit quod forte illata diversitas in luminositate et obscuritate partium celi propter densitatem in raritate et densitate que sunt causa luminis et obscuritatis. sed hoc non inveniatur nisi tantum in luna. scilicet quod ipsa secundum se sit obscura recipiens lumen equaliter in omnibus suis partibus. et dicit hoc forte quod super hoc non inducit rationes probantes. et subdit quod hoc intelligendum est de illuminatione corporum celestium ut sibi videtur. Nota quod partes stellate que sunt densitas et raritas intrinsecum sunt magis luminose: ut iam dictum est quod partes non stellate. sed inter partes non stellatas est differentia: quia alique partes sunt densiores alijs ut apparet de galaxia quia galaxia est fortis: ut dicit commentator. et cum hoc concordat antiqua translatio in primo metheororum licet non aliter habeat. Sed notandum quod luna differt ab alijs stellis in hoc quod minus habet lumen secundum se et magis recipit ab alio. ita quod sicut terra est ferax aliorum elementorum et de se magis est obscura. ita luna est ferax omnium planetarum quia magis est obscura: et in hoc assimilatur terre. et etiam in eo quod est infima inter omnes planetas. id est Alexander in generatione animalium dicit quod inter alias stellas magis assimilatur terre. utrum autem luna habet aliud lumen de se habet etiam questionem: et credo quod sit debile. quia etiam cum in facie quam habet versus nos illuminatur a sole videtur a nobis: licet debiliter propter modicum lumen eius. De causa autem macule eius non est hic actio eius inquirenda quod in secundo celi et mundi sufficienter inquiret. sed hoc est tenendum quod sicut ibi dicit commentator: tamen eius diversitas primum lumen in raritate et densitate. ita quod aliqua pars est ita rara quod non recipit lumen a sole secundum modum receptionis aliarum partium. et ille partes faciunt quandam figuram in superficie lune quod apparet sicut obscura.

Et accidentium communium corporum celestium generabilibus et corruptibilibus est calefacere. Et Aristoteles videtur quod corpora celestia non calefaciunt secundum quod sunt calida: sed secundum velocitatem motus: et ratio cinatur in hoc: ex hoc quod accidit in sagitta directa et dicit in metaphysica quod non sequitur ut fiat accidentis ex sibi simili: nec in specie: nec in genere: sicut legitur in qualitatibus que sunt substantie.

Ostendit quomodo calefacere competit celo equinoce et istis inferioribus circa quod tria facit. primo proponit per calefacere est eodem celo et istis inferioribus cum corporibus generabilibus quod ad sensum est manifestum. secundo inquit ad probandum utrum corpora celestia calefaciant et quod sunt calida ibi. Et Alexander videtur. Ad hoc primo adducit rationes ad utrumque partem probandum secundo determinat veritatem: ibi. Et forte corpora celestia. Ad hoc primo adducit duas rationes ad probandum quod corpora celestia non sunt calida licet calefaciant secundo adducit rationes in oppositum. scilicet quod calefaciant ut calida ibi. Et forte prima in. ii. secundum duas rationes. secunda ibi. Et expositores. circa primum sit. preceps quod dictum est statim quod calefacere est de accidentibus communibus celo et inferioribus. modo dicit commentator quod Alexander vidit quod corpora celestia non calefaciunt secundum quod calida. sed magis calefaciunt velocitate sui motus et ad hoc adducit rationem sensibilem. In secundo celi et mundi. ubi enim quod motus est eorum que calefaciunt et inflant etiam corpora solida et dura. ut patet in sagittis plumbatis que cum velociter et ad multam distantiam impelluntur licet in eis plumbum ab inflammatione causata ex velocitate motus: et quod aliquis posset istam rationem impedire dicendo quod hoc non posset ex motu quod omne quod generatur a sibi simili in specie vel in genere generatur. Ad hoc excludit et subdit quod Alexander induxit immediatam. scilicet in genere quod omne accipiens quod sic fiat a simili in genere vel in specie sicut sequitur hic substantijs. Sic igitur apparet quod habet corpora celestia calefaciant non in sunt calida. Notandum quod sicut dicitur. viij. philosophus. quod motus generat calorem: quod motus est vita omnium eorum que sunt secundum naturam ut habet manifestum apparet igne ut commentator dicit secundo celi. et mundi. quod cum ignis movetur. sed non extinguatur et sic motus est perfectio omnium corporum maxime perfectio corporis calidi. Cum igitur corpus calidum fecerit motus erit in ultima sui perfectione et cum fuerit in ultima sui perfectione erit in eo calor: sicut omnia accidentia consequentia formam sunt in sua perfectione cum illa forma quam consequuntur in suo esse perfectio et per motum calor perficitur. et etiam reducitur de potentia in actum in corporibus in quibus est calidum sopitum. sed in corporibus non calidis naturaliter generatur calor per motum ex hoc quod per motum aeris et actionem aeris calefaciat: et aer calefactus calefacit illa corpora vel etiam ipsa corpora mota si sunt divisibilia rare fiunt per motum. in tantum etiam quod igniuntur. nam raritas ultima est propria dispositio ignis.

Et expositores dant causam secundam scilicet illuminationem. Dicunt enim quod lux in eo quod est lux videtur calefacere quando reflectitur: et dicunt quod non est de accidentibus proprijs ignis: sed de communibus accidentibus ignis id est corporum celestium.

Ponit secundam rationem ad hoc. d. quod expositores Alexander dant secundam causam propter quam celum calefacit et non est calidum et est illuminatio. dicunt enim quod lux est in eo et lux videtur universalius calefacere et rarefactione luminis: et dicunt quod hoc non est de accidentibus proprijs ignis sed de accidentibus communibus generabilibus et corruptibilibus et corporum celestium legi potest referri ad lucem. ita quod lux non est proprium

accidens igni. sed commune sibi ē celo et idem dicit pbs. secūdo de anima vel pōt referri ad lucē: ita qd sic celo ap-
paret ex hoc. s. qd calefacere nō est pprū igni. sed cōe sibi
et celo. pūmū tamen magia videt ad intentionem littere.

Notandū qd sicut appet p pūm. scdo ce. et mū. et ad sen-
sum. p3 qd lumen calefacit. nā videmus p rarefactionem
radioz luminis ignem generari et corpa inflāmari: vt ap-
paret in speculis ardentibus. videm⁹ enī loca vmbre eē
frigida. cū aut corpus aliquod tersum et politum ex oppo-
sito vmbre ponit: ita radij luminis ad loca vmbre reflectū-
tur: tūc videmus illū locū calefieri qd fuerat frigidus. M/
terius notandū sūm cōmentatozem qd lumen calefaciat po-
test esse duplex esse qd si lumen fuerit pfectio corpis ignei
vel calidi: tunc dicemus de ipso motu. s. qd corpus natura-
liter calidū cū sit illuminosū erit i sua vltima pfectione aut
dicitur qd lumen stellarū p suam pprictatē defert calorem
et calor copulatur cū reflectit tamen et remouet p remotio-
nem eius.

Et forte dicendum est ad hoc qd non est remo-
tum vt calor dicatur in eis equiuoce per hoc signū
scilicet qd actio eoz diuersatur. Calor enim ignis
corruptit et destruit entia: et maxime ignis illumi-
nati: calor vero corporum celestium largitur vege-
tabilem sensibilem et animale: et sūm hoc calor erit
duobus modis: calor qui est de qualitibus passi-
uis: que transmutantur substantiam in qua sunt: et
calor qui non est de qualitibus passiuis sicut ē dis-
positio in diaphanitate: et nō diaphanitate scilicet
qd quedam sequitur qualitatem passiuam: et que
dam non.

Decarat huius oppositū et primo ratione. secūdo au-
toritate: ibi. Considerantes: Primo dicit qd forte di-
cendū est ad hoc. i. qd aliqui forte pōt cōtradecere supradic-
tis p hoc qd corpa celestia calefaciunt sūm qd calida. sed ca-
lor dicitur de eis et inferioribus equo: vt p3 p hoc signū
qd diuersa ē calefactio quā facit ignis et alia inferiora cali-
da. nā calor ignis corruptit et destruit inflāmando. Ca-
lor vero celestis largit vitā inflāmando vegetabilē et aia-
lem. i. sensitiuam: qd igit ex diuersitate actionum arguitur
diuersitas formarū. iō alterius nature ē calor ignis et celi.
et subdit qd sūm hoc est duplex calor qd de qualitib⁹ pas-
siuis qd transmutat substantiā i qua ē et hic ē calor ignis et qd
dam ē que est qualitas pfectiua substantie et h est celi sicut
etiam iā dictū est de diaphanitate et nō diaphanitate: natu-
ra quidem seqt qualitates actiuas et passiuas: et quedā nō.

Et videte hic de diaphanitate i actu que idē est qd in lu-
minatio. de ista enim iam dictū est qd equo: dicit de celo
et inferioribus. nā de inferioribus dicit p mixtionem ignei
cum opaco terreo. In celo vero est per naturam simpli-
cem.

Considerantes autem actiones stellarum i an-
tiquo tempore vere dicunt qd quedam largiuntur
calorem et siccitatem: et quedam calorem et humidi-
tatem: et quedam frigiditatem et humiditatem: et que-
dam frigiditatem et siccitatem: sic quattuor quali-
tates communes celestibus corporibus et clemen-
tis quattuor dicuntur equiuoce: aut sūm prius et po-
sterius.

Confirmat hoc idem auctoritate astrologor. d. qd con-
siderantes actiones stellarū quas agunt i ista inferiora ab
antiquo tēpore. Astrologi dicūt qd vere quedā stelle dant
inferioribus calorem et siccitatem et quedā calorem et humi-
ditatem et c. ita qd stelle iste disponunt istis qualitibus et

iste qualitates cōmunes sunt celo et istis inferiorib⁹: tamē
dicunt de eis equo: vel sūm prius et posterius. quare vt
auctoritate astrologor celū eē calidū. Nota qd pūm. di-
cūt scdo ce. et mū. qd astrologi attribuunt diuersos effectus
diuersis stellis. sed tū quid sit veritatis in hoc pbs in quo-
dam libello qd vocatur de regibus celestibus ait. sed com-
mentator dicit ibidē qd sūm veritatē stelle nō agūt frigidū
sed calores similes vnicuiqz elementor et cōplexionatorū
et ita nō agūt frigidū simpliciter. sed in re ita qd stella dicit
facere frigiditatem que facit calorem debiliē qd intelligo sic. qd
oēs stelle motū hāt et lumen. motus aut et lumen causant a-
lorem: qd vt dicit pbs oēs stelle faciūt calorem et nulla simpli-
citer frigidū. sed qd aliquę stelle p pprictatem suam babe-
ant cōmēta. non negat.

Et forte corpora celestia largiuntur calorem: li-
cet in se non sint calida. Non enim sequitur qd om-
ne faciens aliquod accidens disponatur per illud:
verbi gratia: quoniam omne quod mouet debet mo-
ueri: vt omne quod nigrificat debet esse nigrum.

Decarat veritatē circa qd duo facit. pmo ostendit qd corpa
celestia habēt largire calorem i3 nō calida sint. Secūdo ostē-
dit hoc eē necessario. s. qd tenent calorem et nō sint cali-
da. calida ibi. Et hoc ēt appet. primo dicit qd corpa cele-
stia forte largiunt calorem: i3 non sint calida. et dicit forte p
tanto. qd ista ratio quā ponit nō pbat necessario. sed pbat
qd pōt esse qd nō sequit qd oē faciens aliquod accidens dis-
ponat sūm illud. vt verbi grā nō omne quod mouet debet
moueri nec omne quod magnificat debet esse magnus. et
ideo a simili non omne quod calefacit debet esse calidus.

Nota sūm pbs. vij. metaph. pūm est substantia in-
ter alia predicamenta vt ante substantiam generatā sit alia
substantia generata eiusdem speciei vel saltem generis p
pinqui cristens que generat illaz homo hominem. al' ani-
mal. sed non necesse est vt ante qualitatem generatam sit
qualitas agens que actū cristat. sed necesse est vt ante qua-
litatem generatā sit aliquid qd sit in potentia qualitas et hec ē
materia. ex quo apparet qd nō omne quod facit aliud acci-
dens disponatur per illud: et idem dicit cōmenta. qd que-
dam sunt qualitates que generant a sibi similibus in spe-
cie qualitibus: vt sunt prime qualitates elementor. alie
sunt quarū generatio sequit formā mixtionis primarum
qualitatū et sūt secunde qualitates. et ita nō sunt a sibi simi-
libus. Nota etiā ex his nō sequitur que dicta sunt qd q/
litas de nouo genere cū aliquod indiuiduū substantie ge-
neret sicut dicitur qd ante qualitatem generatam sufficit qd
aliquid sit in potentia qualitas et hoc est materia. quia si
cut dicitur. vij. metaph. i3 substantia sit prior omni acci-
dente eo qd cum aufertur substantia auferuntur et acciden-
tia et cum ponitur ponuntur alia predicamenta. ideo quod
non est substantia materialis qd sit in eo aliquid accidens
qd inest ex natura materie: et hoc maxime est quantitas que
est dimensio corporeitatis nunqz su de nouo sūm totuz sui
esse. vt dictum est.

Et hoc apparet etiam ex hoc: qd si alteratū eēt
ex alterato: et calidum ex calido. tūc procederetur
in infinitum: et non inuenitur primum alterans: si-
cut sequitur in motu. Necesse est igitur peruenire
ad alterans per aliquam dispositionem in eo qd nō
habet causam: et ista sunt corpora celestia.

Concludit qd necesse est corpora celestia calefaciant: et ta-
men non sunt calida. Primo facit hoc. Secundo declarat
quoddam dictum ibi. Sed quia differūt. Primo dicit
hoc dictum est qd corpora celestia possunt calefacere: i3 nō
q 2

sunt calida. apparet q. necesse est ita: q. si semper vnus ac-
cidens fieret a sibi simili in specie: tunc esset pcessus in in-
finitum & nunquam inueniretur primum calefaciens & per
consequens: nec primum alterans sicut in motu locali. si se-
per vnus moueretur ab alio moto procederetur in infi-
nitum in mobilibus & motus qd e impossibile: quare ne-
cesse est deuenire ad alterans non alteratum: sicut ad mo-
uens non motu & illa corpora celestia calefaciunt & non sunt
calida. Nota q. omne generans est vniuocum vel eg-
uocum vel metha. modo generans vniuoc. est ei usqz spe-
cie cum generato: generans vero equiuocus est qd non e
eiusdem nature. cu generato formaliter. sed conuenientia
habens in virtute cum generato moto dicitur. iij. & viij.
physicor. q. generans equiuocum aut metaphysicum q. ge-
nerans vniuocum est sufficiens generans cuius solum sit
generans p accidens & hoc est: q. talia generantia & gene-
rata sunt equalis pfectionis. & ideo in talibus generanti-
bus bene pcedit in infinitum. & ideo necesse est deueni-
re ad aliud generans & alterans in alteratum & ingenera-
tum sicut ad mouens non motum.

Et non inuenitur primum alterans: sicut sequi-
tur in motu. Necesse est igitur peruenire ad alte-
rans per aliquam dispositionem in eo q. non habet
causam: & ista sunt corpora celestia.

Decarat quoddam dictum immediate in parte pce-
denti. & primo facit hoc. secundo circa huius declaratione
monet questionem: & eam soluit ibi. Sed ista disposi-
tio. primo quia dixerat statim q. necesse est deuenire ad al-
terans non alteratum subdit modo differentiam inter al-
terationem & motum localem. d. q. mouens in loco non p-
uenit ad aliquid mouens q. fm totum non mouetur nul-
lo motu quo mouet alia. sed motus localis puenit ad mo-
tum ex se. primo & componitur ex vno motore & vno mo-
to: sic illud ad quod puenit motus localis non caret secu-
dum totum illo moto quo mouet. sed i alterationibus p-
perueniri ad alterans. & secundum totum non alteratur il-
la alteratione qua alteratur. sed alterat per aliquam alia
dispositionem in ipso & illa alteratio non hz causam sibi co-
similem in alteratione & huiusmodi alterantur & sunt cor-
pora celestia. que p aliquam dispositionem in ipsis alterant
ista inferiora. Notandz fm commentato. secundo celi et
mundi corpora celestia non sunt alterabilia alteratione cor-
ruptiua. & de ista alteratione loquitur hic cum ostendit celus
non esse alterabile. sed est alterabile alteratione perfecti-
ua sicut appet a luna recipiente lumen a sole.

Sed ista dispositio que est in eis forte est ex ge-
nere eius quod agit in aliud: & forte non. Verbi gra-
tia q. calefactio quas facit in inferioribus est ex na-
tura nec calida nec frigida: sicut motus eius e ex na-
tura: nec graui: nec leui.

Adic mouet questionem. & primo mouet. secundo sol-
uit. tertio solutionem confirmat rone. secunda ibi. Sed
hic magis apparet. Tertia ibi. Et si ponatur. Dicit
ergo q. dictum est statim in ipsis ex hoc mouet dubitatio-
ne dicens q. illa dispositio est forte ex genere eius q. agit
in aliquid. sed aliquid sui generis. verbi gra calefactio qua
faciunt in istis inferioribus est ex natura non calida nec fri-
gida: sicut ex natura nec graui nec leui. & ideo hoc dicit q.
forte aliquis posset dicere dato q. corpora celestia in altera-
do ista inferiora causant aliquam qualitatem alicuius spe-
ciei p quam ipsa disponitur illam tamen alterationem fa-
ciunt per aliquam qualitatem que est eiusdem generis qua
inducunt in istis inferioribus: sicut videmus in multis q.
per vniam qualitatem vnus generis inducunt aliam eius-
dem generis. lz non eiusdem speciei vt aliqua per calorem

suum inducunt nigredinem in alijs: & cuius hoc posuit du-
bitando. s. q. posuerat esse vel non esse. ideo soluit h cum
dicit.

Et hoc est magis quod appetit q. apparet: & q.
iste quattuor: qualitates sunt actiue & passiue ab ali-
is necesse est peruenire ad qualitates actiuas non
passiuas: & apparentius e & dignius: vt iste que sunt
hic non reducuntur ad qualitates que sunt sui ge-
neris.

Derum corpora celestia alterant ista inferiora p aliquam
dispositionem in eis que non sunt eiusdem generis cu qualita-
te quam inducit in istis inferioribus qd declarat commenta-
tor q. iste qualitates prime istor inferioror sunt actiue & passi-
ue. & ideo necesse est peruenire ad qualitates actiuas tamu ita
qd non sint passiue & hoc est apparentius & dignius. s. vt
iste qualitates inferiorum reducuntur ad qualitates sui ge-
neris.

Et si ponatur dici fm prius & posterius: seque-
retur enim vt de genere qualitatum passiuarum
sit aliquod passiuum quod est remotum.

Confirmat solutionem sua ratione & primo facit hoc.
secundo ex dictis infert pconclonem ibi. Appet igit. p-
prio dicit q. dictum e statim. q. melius est q. iste qualitates istor
inferioror non reducuntur ad qualitates eiusdem generis. confir-
mans hoc subdit q. si aliquis diceret q. iste qualitates sunt
eiusdem generis cu qualitatibus superioribus cu genus est
analogu. quare dicit de eis fm prius & posterius: tunc se-
queret q. d. genere qualitatum passiuarum e aliqua qualitas
non passiuu. ex quo enim iste qualitates & superiores essent
eiusdem generis. & iste sunt de genere passiuarum: & in supio-
res qualitates nung patiunt. tunc aliquid de genere quali-
tatum erit non passiuus qd est impossibile: quare appet q. iste
qualitates reducuntur ad superiores que non sunt sui generis.

Notandz sicut dicit. iij. metaphy. & tertio d. ara omne
agens nobilius e passio & actus ead pcedit actum simpli-
citer. q. actus reducit potentia ad actum. appet etiaz ex eo-
dem nono q. passiuum hz respectu ad actionem. & ideo ne-
cesse est virtutes passiuas reduci ad actiuas simpliciter si-
cut potentia ad actum & inspectum ad pfectum. & ideo sic e
in proposito q. virtutes inferiores que sunt actiue & passiue
reducunt ad superiores que sunt actiue simpliciter. na lz quali-
tates inferiores habent cam in eis hic inferius. s. materiaz
& formam in alterando. ut supius hz cam simpliciter prima
vt appet ex intentione p-ri. Nota q. sicut impossibile e ali-
quid ee de genere corruptibilem & nung corripui naturali-
ter loquendo: vt pbat in fine primi ce. & m. sic impos-
sibile est aliquid ee de genere passiuor qd non sit passiuu
sine q. nunq pati.

Apparet igitur ex hoc q. ignis non est primus
calefaciens: quia est passiuus: sed necesse est vt pri-
mum calefaciens calefaciat per qualitatem existen-
tem non passiuam: sicut primum mouens mouet
per dispositionem non mobile.

Secundum ex dictis dices q. appet ex dictis q. ignis non
est primus calefaciens eo q. passiuus & qualitas p qua calefa-
cit e passiuu: q. igit qualitates passiue reducuntur ad acti-
uas simpliciter que sunt priores. eis ergo necesse est q. pri-
mu calefaciens p virtute non passiuu sicut mouens mouet
localiter p dispositionem. i. virtute oio imobile & huiusmo-
di calefaciens est celum. q. autem ignis sit passiuus appet
ex primo de generatione: q. communicat cum alijs in ma-
teria lz magis sit actiuus qz alia.

Alia declaratur est corpora celestia co-
poni ex motore et moto: et quod mouens in
eis est non corpus: sicut est dispositio de
ceteris motis ex se: et hoc ultimo octa-
uo physicorum in quo declaratum est quod motus quo
mouetur hoc corpus est eternus: in generabilis et
in corruptibilis. Et quia hoc declaratum fuit illic
quod istud mouens non est virtus in corpore: sicut est
in animalibus scilicet quia mouentia ipsa sunt vir-
tutes in corporibus.

¶ Postquam comen. determinavit de natura celi fin. quod co-
positum est ex motore et moto et accidentibus eius in compa-
tione ad generabilia. Ad determinandum de motore et moto
in propria forma. scilicet de quolibet eorum per se. et primo de ipso
moto. scilicet de motore ibi. Et si fuerit declaratum. Ad
hoc primo resumit conclusionem probatam et declarata superius et in
viii. phy. vi. ex eo coniunct. scilicet ad dicenda. scilicet primum sequen-
tia et declarat propositum ibi. Et cum ita sit. Adhuc primo
resumit conclusionem suam ad propositum in quo fuit declarata. scilicet re-
sumit declarationem ibi. Propositum autem. Primo dicit
quod declaratum est quod corpora celestia componuntur ex motore et moto
et quod motor in eis non est corpus sicut in aliis motis ex se. scilicet in
animalibus et hoc supple. cum fuerit declaratum in secundo libro et supra
ab Alex. i. fin. vii. phy. i. quo. vii. declaratum est quod motor ce-
lestis est generabilis et in corruptibilis quod fuit superius ad probandum
motorem non esse motorem in corpore. Et subdit quod illud fuit de-
claratum i. vii. phy. quod per duas rationes: quarum altera est. quod omnis
virtus in materia est finite actio. scilicet est quod virtus que est in corpo-
re celesti est finite motus vel non est finite motus ex quo con-
cludit quod virtus que est in corpore celesti non est in materia.

¶ Et hoc siue ponendo duas propositiones: qua-
rum una est quod omnis virtus in materia est finite mo-
tionis. Altera autem est quod virtus que in corpore ce-
lesti est infinite motionis: ex quibus concluditur quod
virtus que est in corpore celesti est infinite motio-
nis. Declaratur igitur in octavo physicorum per
eternitatem motus et temporis dicens quod omnis
virtus in materia est finita est manifesta ex hoc quod
omnis virtus in corpore scilicet virtus materialis
videtur diuidi per diuisionem corporis: secundum pauci-
tatem et multitudinem. Si igitur omne corpus sit
finitum: ut declaratum est in tertio physicorum: im-
possibile est virtutem infinitam esse in corpore: et
hoc manifestum est per inductionem. Et Aristoteles
laborauit in octavo physicorum ad declarandum
hoc ex fundamentis declaratis ex ipso: scilicet quod
omnis motus est in tempore ex quo intulit quod si vir-
tus infinita esset in corpore finito: contingeret illud
corpus moueri per illam non in tempore. Corpora
enim non excedunt in velocitate et tarditate ni-
si excessu eorum in virtutibus motiuis materialibus:
et excessus virtutum sequitur excessus corporum
scilicet quod corpus cuius virtus est maior est veloci-
ris motus: ex quo sequitur quod si aliquod corpus ha-
beret virtutem infinitam: ut moueatur in non tem-
pore. sed est declaratum omnem motum esse in tem-
pore. Nam in omni motu est prius et posterius que
sunt in tempore.

¶ Resumit declarationem istam. propositionem dicens quod pro-
positum quod dicitur quod in corpore celesti est virtus infinite motus illa sit
et declarata i. vii. phy. per eternitatem motus et temporis. propositum
autem quod dicitur quod omnis virtus que est in materia est finite motus fuit declara-
ta per h. quod omnis virtus corporis diuiditur dione corporis. ita quod in ma-
iori erit maior in minori minor: ceteris paribus. cum igitur omne
corpus sit finitum: ut probatum est tertio phy. et primo ex. et multum. et
ergo impossibile est esse virtutem infinitam in corpore: quia cum quolibet
corpore dato contingat dare maius si aliud corpus habet virtutem
infinitam: tunc in alio maiori est maior virtus: et sic ceterum dare vir-
tutem maiorem virtutem infinitam. quod est impossibile: et hoc est manife-
stum per inductionem: ut dicit. Et subdit quod Alex. laborauit ad
declarandum h. scilicet quod omnis virtus in corpore finita est ex fundamentis
declaratis ab ipso in. vi. phy. ibi. n. declarauit quod omnis vir-
tus in tempore et si est infinita et esset in corpore finito contingeret illud
corpus moueri per illam in non tempore cuius declaratio est quod corpora
non extendunt se in velocitate vel in non nisi per excessum suum virtutem
mouentium quod sumuntur secundum proportionem eorum ad sua corpora mo-
ta. ita quod corpus cuius virtus est maior respectu corporis mo-
uendi erit velocius motus. Si ergo aliquod corpus finitum
habuit virtutem infinitam mouebit in non tempore quod proportionabi-
liter sua velocitas excedit omnem aliam velocitatem quod non
esset nisi moueret in tempore. quod contra quod moueat in non tempore. et quod hoc
est impossibile cum declaratum sit quod omnis motus sit in tempore. id tamen
est quod in motu sit prius et posterius: quod sit in tempore. id impossibile est
virtutem infinitam esse in corpore et hoc omnia acta sunt superius. ma-
gis diffusse. sed hic recapitulat ea breuiter.

¶ Et cum ita sit est declaratum quod corpus celestis
ponitur ex motore et moto: et quod iste motor non con-
stituitur per rem motam. nec existit in ea: sed est ab-
solutus ab omni materia. Est querendum de hoc
quod mouetur ab eo: scilicet corpore celesti: utrum
sit compositum ex materia et forma: sicut est dispo-
sicio corporum: que mouentur apud nos ex se a pri-
mo motore: qui est in eis: scilicet corporum anima-
lium que mouentur ab anima: aut est simplex: et non
est in eo potentia omnis: scilicet forma a qua proue-
niat actio preter formam mouentem que non consti-
tuitur per ipsum: scilicet que largitur ei motum et
mouere in infinitum.

¶ Continuat se ad sequentia. Et primo facit h. propositionem iten-
tionem suam. scilicet declarat intentionem ibi. Dicam. Primo di-
cit quod cum ita sit quod corpus celeste componitur ex motore et moto: et
quod motor non constituitur in esse per rem motam. scilicet quantum ad esse est
absolutus ab omni materia. Ideo querendum est de isto cor-
pore quod mouetur ab ipso motore videlicet de corpore celesti.
Utrum circumscripto motore ipsum sit compositum ex
materia et forma sicut sunt corpora que mouentur a se apud
nos a motore qui est in eis. ut sunt animalia que mouen-
tur ab anima actu. corpus celeste est simplex ita quod non est
in eo potentia omnino id est materia que est in potentia ad
esse: nec per consequens est in eo forma a qua perueniat ac-
tio aliqua preter formam que mouet ipsum que non con-
stituitur in esse per ipsum: nec dat sibi esse. sed solus dat si-
bi motum continuum et infinitum. Adic aliquis posset
dubitare de hoc qui dicit commenta. quod querendum est de
celo. utrum est compositum circumscripto motore sicut sunt
corpora animalium que mouentur ex suo motore que est in
eis scilicet anima. videtur enim dicere quod corpora anima-
lium sunt composita ex materia et forma circumscripta ani-
ma per hoc videtur ponere gradum in formis. Ad hoc
potest dici quod ex verbis eius non habetur quod corpus sit co-
positum ex materia et forma circumscripta anima. Sed

quæritur utrum celum sit compositum circumscripto motore quoniam non dat sibi esse nec constituitur in esse per ipsum sicut corpora animalium sunt composita ex materia et forma quod est anima et motor eius qui dat sibi esse et sic intelligenda est propositio sua. sed quod secundum primum intellectum videtur dicere in. viii. phy. et. iiii. ce. et. mii. s. corpus aialis est aliquid in actu præter animam et id animal potest dividi in mouens et motum quod non est de grauibz et leuibz et in simplicibus.

Item soluat anima et potest dici quod corpora aialium sunt composita ex materia et forma et hoc ideo est quia forma aialium recipit multas operationes et plures: modo quanto perfectior est propter quas indiget pluribus instrumentis et organis vni quodque autem motorum organicum videtur habere distinctam formam ab alio et specificam ut cor ab epate et cerebro. et alijs est distinctio ut os distinguit a nervo et carne. hec tamen omnia prout sunt in eodem aiali non differunt forma specifica simpliciter. sed differunt dispositionibus proprijs materialibus recipientibus diuersas perfectiones ab vna forma. ita quod differunt formis accidentalibus. sunt tamen accidentia propria. et id videtur esse forme substantiales propter quod et introducitur in fine alterationis instanti sicut forma substantialis ut patet. dicitur. viii. phy. et. i. id est forme membrorum officialium. et etiam aliorum dissimilium non sunt forme substantiales per se dantes esse ab solute illis formis. sed esse est forma totius. digitus enim et caro mortui dicitur eoque cum digito et carne vini liceat habere eandem formam accidentalem et hoc est inia philosophi. vii. metaph. ante vltimum capitulum primum. s. quod autem os dicitur in illo paragrafo. Ad id autem vtiq; alijs. Si enim non esset vna forma essentialis totius corporis simpliciter tunc non generaretur ab vna forma existeret in vno membro. s. forma et in se in corde. quia dicitur. vii. metaph. vi sepe dictum est in generatione substantiali semper quod generat a sibi simili in ipso solum immediate formaliter vel virtute. nunc autem sicut philosophus declarat in libello de morte et vita cor est membrum primo generatum in aialibus habentibus cori primo est anima et ipsum generat membra alia. et id generatio membrorum aliorum dicitur quædam ascensio. ex quo apparet quod forma substantialis cordis est forma aliorum membrorum. sed in se differunt dispositionibus proprijs et apparet talis differentia in rebus eiusdem speciei vel maior sicut differentia sexuum ut masculus vel femella: et sic specialis solo potest ad hoc dari quod ipse dicitur in viii. phy. et in. iiii. ce. et. mii. quod in aialibus potest distinguere motum in actu quod intelligitur quod in eis est vna pars motoris et pars non o. Pars autem primo mouens et mota alio genere motus. s. motu alterationis et si moueatur localiter hoc accidit sibi. et ideo ibi distinguuntur mouens a moto ratione. potest etiam dici quod corpus aialis secundum quod est mixtum ex simplicibus quorum forme non manent in actu puro: nec eis sunt corrupte aliquo modo corpus distinguitur ab anima ratione. s. per maiorem solutionem melior est.

Dicamus igitur quod si fuerit concessum quod omnis virtus in materia est finita: nulla differentia est in hoc quod sit actiua aut passiua: scilicet receptiua. Si igitur corpus celeste recipit mouere in infinitum: ut declaratum: necesse est ut non sit compositum ex materia et forma: et ut sit simplex scilicet subiectum simplex primo motorum: qui est forma ipsius. Omne enim compositum ex materia et forma est finite receptionis necessarium: sicut est finite motionis in aliud. Est igitur proprium isti moto ex se quod est corpus celeste hoc quod motor ipsius non in materia: et quod illud quod mouetur ab eo est simplex non compositum. Et sic intendimus verificare propositionem in qua posuimus quod omnis virtus in corpore

suum mouere est finitum: et suum moueri est infinitum.

Declarat intentum. et primo ostendit quod celum circumscripto motore est simplex et non compositum. secundo ostendit ne dictorum mouet duas rationes et eas dissolvit ibi. Sed est questio de hoc et si concessimus. Circa primum est notandum quod ex eisdem rationibus quibus probat Avicenna in viii. phy. quod virtus que est in celo non est virtus in anima quæ suam iam resumpsit ex eisde ipsa probat hoc corpus celeste esse simplex et non esse compositum ex materia et forma ibi.

Dicamus igitur. Quod si concedatur vna de propositionibus proprijs assumptis. s. quod omnis virtus que est in materia est finita. tunc nihil refert: vtrum alia virtus sit actiua vel passiua vel receptiua. nam quolibet istarum tam actiua quam passiua. ex quo est in materia est finita. Tunc subiungit illam propositionem præassumptam. Si igitur corpus celeste habet eternitatem motus. ergo necesse est ut corpus celeste non sit compositum ex materia et forma. sed solum sit subiectum simplex suo primo motori. s. immediate dans sibi motum. sed non esse. quia omne compositum est materia est finite receptionis: sicut est finite actionis eo. s. quod sua forma et virtus in materia. et id tam actio eius quam receptio essent finitæ. quare ergo corpus celeste recipit mouere in infinitum. ideo non habet formam in materia quia non est compositum ex materia et forma. Est igitur proprium huic moto ex se quod est corpus celeste. quare motor ipsius non est in materia: illud quod mouetur ab alio motore est simplex et non compositum et dicunt hoc proprium esse celo inter alia mota ex se qualia sunt hoc mota composita sicut illa quod motor eorum est in materia et constituitur in eis per subiectum et dat esse subiecto. Et subdit quod sicut verificatio propositionis qua dicitur quod omnis virtus in corpore suum mouere est finitum. Sed notandum sicut scribitur primo de generatione quæcumque habent formam in materia et quæcumque agunt repatiuntur. cum igitur corpus celeste sit inalterabile et impassibile: manifestum est non habere materiam cum forma. Item secundo de generatione dicitur agere est per formam. pati vero per materiam. cum igitur agens substat per materiam et materia terminatur per formam. Sicut ergo existens in materia est finita in agendo. sic etiam materia erit finite receptionis et ita materia et forma essent sibi inuicem cause mutue finitæ scilicet quod forma erit finita ratione materie quod substat per eam et materia finita per formam. cum ergo celum finite actionis est in agendo vel recipiendo motum vni formam et perpetuum et non est compositum ex materia et forma.

Et sic concessimus quod in corpore celesti est virtus finita alia a virtute motiua: que non est in eo: nec constituitur per ipsam. verbi gratia. Virtus per quam intellectus dicitur habere ad motum circulares sicut grauius et leuius ad motum rectum per suam formam declinatio de qua dicitur esse nec graue nec leue: licet ista virtus sit in materia: et quod quod congregatur ex ipsa et materia sit corpus celeste: sicut dicit Avicenna: contingeret necessario ut in eterno sit posse ad eorum compositionem absque eo quod corumpatur quod destruitur in ultimo primi tractatus celi et mundi.

Ostendit hoc idem ratione ducente ad impossibile. et primo facit hoc. Secundo excludit quandam distinctionem Avicenne ibi. Est igitur necessarium. Primo dicitur quod si concedimus quod in corpore celesti sit virtus finita alia

a virtute motiua. i. alia a motore qui nō est in eo sicut fo-
ma materialis in materia nec cōstituit in esse ipsū motū.
verbi grā. Ut dicamus q in celo preter motore ē alia vir-
tus p quam ipsum celum dicitur nec esse graue nec leue:
et illa virtus est forma materialis. ita q illud quod aggre-
gatur ex ista virtute et sua materia est corpus celeste q re-
cipit motum a motore et sic celum habet esse per istam vir-
tutem tanq per formam substantialem sicut dicit Auicen-
na: tunc sequeretur q data sit ei possibilitas ad corruptio-
nem absq eo q corūpatur q probatur falsum in fine pri-
mi ce. et mū. Nota vt dicit cōmentator primo ce. et mū.
Si in celo esset materia que esset in potentia ad corruptio-
nem et tamen nunq corūpatur. et tunc aliquid esset fru-
stra in natura quia actio propria materie que est in poten-
tia ad esse est transmutatio de forma in formam sicut pro-
pria actio alicuius eladij est scissio. Si igitur nunq trans-
mutaretur tunc esset frustra tamen nunq attingeret pro-
prium operationem que est propter ipsas tanq propter fi-
nes vt habetur primo ce. et mū. sed deus et natura nihil fa-
ciunt frustra quare non apparet celum non habere mate-
riam que est in potentia ad esse et per consequens non est
compositum ex materia et forma.

Essē igitur necessariū non est nisi duobus mo-
di: necessarium. s. ex se et necessarium ex alio: et
possibile ex se: sicut potest aliquis extimare i corpo-
re celesti: scilicet ipsum habere virtutem finitam:
et acquirere necessitatem a virtute infinita separa-
ta a materia: vt opinatur Auicenna: estimatur eē
opinio Alexandri in quibusdam suis tractatibus:
et super hoc fundauit Auicenna suam declaratio-
nem de primo principio esse sine declaratione ei⁹
quod est motum eternum esse: et est declaratio fun-
data super propositiones instabiles: sicut tu vides

Ex dictis excludit quādam diffinitionem Auicen. d. q
esse necessarium est duobus modis. s. necessarium ex se et
simpliciter et necessarium ex alio possibile tamen ex se sicut
voluit Auicen. et aliquis posset extimare de corpore cele-
sti. s. q ipsum haberet virtutem finitam et possibilem ex se
sed acquirat ab alio necessitatem. s. a virtute infinita sepa-
ta a materia. et hoc opinio fuit Auicē. et videtur fuisse opi-
nio Alex. in quibusdam suis tractatibus et sup hoc Auicē.
fondauit suam declarationem qua probat primum princi-
piū esse absq h quod probat ipsum esse per eternitatem
motus sicut facit A. x. vij. p. h. est q a materia. probat
primum principium esse eternum per hoc q celum ē eter-
num. et cum hoc ce. s. eternum nō habeat ex se oportet da-
re aliud quod per se est eternum dans alijs eternitatem
aliter esset procedere in infinitū. et subdit q declaratio ista
contra procedit a materia reprobando primum principium
esse infinitum super propositiones instabiles non habentes
virtutes concludi propositum. vt tu vides. i. quilibet
potest videre q autem corpus celeste de se aliunde perpe-
tuare non posset p: obatur sufficienter in fine primi celi et
mundi. vnde ostendit q naturaliter omne corruptibile cor-
rumpitur quia natura non facit actiuum sine passiuo nec
conuerso.

Ed est questio de hoc quod dicit Ari-
stoteles in celo et mundo: scilicet q vir-
tutes corporum celestium sunt finite ac-
tionis: quia corpora celestia sunt finite

actionis quantitatis: ex hac propositione declarā-
uit q corpora celestia sunt finite quantitatis: et de-
dit causam in hoc q orbium celestium quidam mo-
uent vnā stellam: et quidam plures: et dixit q si stel-
le que sunt in orbe stellarum fixarum essent mino-
res vel maiores: non posset eas mouere vniuersa-
liter. Et declarauit illic vniuersaliter: q si virtutes
que sunt in corporibus celestibus essent i caleface-
re et mouere vniuersaliter infinite mouerēt corpo-
ra que sunt apud nos in instanti: et hoc facit extima-
re q in corporibus celestibus sunt virtutes actiue
finite.

Postq determinauit corpus celeste circumscrip-
to suo motore esse simplex non compositum ex materia et forma
h occasione predictorum mouet quasdam questiones et eas
dissoluit et diuidit in duas fm q duas mouet et soluit se-
cunda ibi. Et potest aliquis. Ad hoc primo mouet
questiones que faciunt dubitare secundo soluit eas ibi.

Et ad hoc dicamus. Quia dictum est prius q ppi-
um est celo hic supple q motor eius non sit in materia et
illud quod mouetur a motore sit simplex et non compositū
et motor dat sibi motum continuū et infinitū et sic vide-
tur q motores celi sūt virtutes infinite. ideo circa hoc mo-
uet questionem. d. q questio est h q A. x. dixit in libro ce.
et mū. et videtur ei contrariari. s. q dictum est h dixit in se-
cundo ce. et mū. q virtutes corporum celestium sunt fini-
te actionis eo q corpora celestia sunt finite quantitatis q
q mouetur a virtute finita i tempore determinato. si hoc
non esset finite quantitatis non moueretur in tempore de-
terminato vna reuelatione integra et q iste virtutes sunt fi-
nite actionis dicit q A. x. dedit causam in hoc. s. in signifi-
cando non in esse et est quia de numero corporum celestium
quedam mouet vnā stellam et quedam plures et dixit q
si stelle que sunt in orbe stellarum fixarum essent minores
vel maiores motor istius orbis non posset mouere eas na-
turaliter et demonstrauit vniuersaliter illic. s. in secundo
celi et mundi q si virtutes que sunt in corporibus celesti-
bus essent in calefacere et mouere infinite mouerēt cor-
pora que sunt apud nos in instanti. sed in tempore. mouē-
tur ideo estimatur q in corporibus celestibus sunt virtu-
tes finite actionis.

Et ad hoc dicamus breuiter q infinitum dici-
tur duobus modis: quorum vnus est virtus infini-
te actionis et passionis in tempore: et est finita in se:
scilicet in velocitate et vigore. Secundus est virtus
infinite actionis aut passionis in se.

Soluit predictam questionem et primo facit hoc. secun-
do excludit quasdam obiectiones que possent fieri ibi.

Non sequitur. primo soluit questionem. secundo ex sua
solutione excludit convenientiam et differentiam inter cor-
pora celestia et generabilia et corruptibilia ibi. Corpus
igitur celeste. Circa primum tria facit. primo premitit
quandam distinctionem ex qua habet solutio questionis.
secundo declarat membra istius distinctionis applicando
ad solutionem questionis. tertio concludit solutionem de-
claratam. secunda ibi. Virtus autem. tertia ibi. Infinitū
igitur. Dicit primo q dicamus igitur breuiter q infini-
tum dicitur duobus modis. vno modo dicitur virtus in-
finite actionis et passionis in specie. i. duratione est tamē
finita in se v3 in vigore.

Virtus autem infinita in actione ipsa aut passione non existit in corpore: siue fuerit celeste siue generabile: aut corruptibile. hoc enim non accidit corpori nisi secundum quod est corpus finitum: et ideo omnes mouentur et mouentur in tempore. virtutes vero in finite in actione aut passione. in tempore esse necessarium est corporibus celestibus: passione autem quia simpliciter sunt simplicia: actione vero quia sue forme non constituuntur per suum subiectum et utrumque est impossibile in corporibus generabilibus et corruptibilibus: quia sunt cum potentia ex materia et forma.

Declarat membra istius distinctionis applicando ad solutionem questionis. d. virtus infinita secundum se in actione aut passione scilicet infinita in vigore non excedat in corpore aliquo nec celesti nec generabili nec corruptibili quia non conuenit. sed aliter corpori scilicet virtutem infinitam nisi corpus esset infinitum quod est impossibile ut apparet. tertio physicorum. et ideo dicitur quod orbis mouet et mouetur in tempore quod habet virtutes finitas secundum vigorem. virtutes vero infinitas in actione in tempore id est duratione esse in corporibus celestibus sunt virtutes in passione durationis infinitas quia corpora celestia sunt simplicia. et ideo ipsa sunt corruptibilia quia possunt infinitatem recipere actionem et motum secundum tempus. sed quod sunt in eis virtutes durationis infinite in actione: hoc patet ex hoc quod sue forme non constituuntur in esse per suum subiectum. et ideo cum sunt forme sepeate non habentes contrarium nec subiectum per quod subsistant possunt agere in infinitum tempus. Et subditur quod utrumque illorum est impossibile in corporibus generabilibus et corruptibilibus habere virtutes infinitas in duratione et vigore nec actionis nec passionis eo quod generabilia et corruptibilia sunt composita ex materia et forma ideo necessitate corrumpuntur. quare vero nec agere possunt nec pati per tempus infinitum nec actionem infinitam habere in qualitate actionis.

Infinitum igitur esse in vigore cuius causa est corpus secundum quod est corpus est impossibile in corporibus celestibus ex diuersitate motoris et moti in eis a corporibus generabilibus et corruptibilibus: et est impossibile in corporibus generabilibus et corruptibilibus: quia virtutes eorum motiue sunt materiales: et corpora sua que mouentur ab eis componuntur ex materia et forma.

Concludit solutionem suam declaratam. d. quod infinitum in vigore cuius causa est corpus secundum quod est corpus est et est impossibile id est virtutem esse infinitam in vigore cuius virtutis corpus sit causa scilicet subiectiua id est que sit forma alicuius corporis si est siue sit corpus celeste siue aliquid quodcumque quia omne corpus est finitum ideo esset proportionata actioni virtutis infinite. sed virtutem esse infinitam in duratione in corporibus celestibus est necessarium propter diuersitatem que est inter corpora generabilia et corruptibilia tam ex parte motoris quam ex parte moti: quia motor in celo non constituitur in esse per motum et motum est subiectum simplex non compositum ex materia et forma et est impossibile esse infinitam virtutem in duratione in corporibus generabilibus et corruptibilibus quia virtutes

eorum motorum sunt materiales. scilicet constitute in eis per sua subiecta: corpora etiam que mouentur ab eis sunt composita ex materia et forma quia motor in eis non dat esse moto. et ideo quia de necessitate corrumpuntur non possunt infinitum tempus mouere nec moueri.

Corpora igitur celestia et generabilia et corruptibilia conueniunt in hoc quod actio et passio existens in eis sunt finite in se: et per hoc mouentur in tempore et sunt quedam velociora quibusdam cum hoc quod virtutes eorum motiue non sunt materiales: quia recipiunt ex modo isto receptione finita in tempore: in tempore vero receptione infinita.

Concludit conuenientiam et differentiam inter corpora celestia et generabilia et corruptibilia. d. igitur corpora celestia et generabilia et corruptibilia conueniunt in hoc quod actio et passio id est virtutes actiue et passiue existentes in eis sunt infinitas in se scilicet in vigore: propter hoc mouentur in tempore et quedam mouentur velocius quibusdam secundum quod in maiori proportionem virtus motiua excedit suum mobile et statim subiungit cum dicitur hic quod virtutes motiue eorum corporum celestium non sunt materiales. et ideo recipiunt infinitatem in vigore. virtutes autem generabilia et corruptibilia sunt materiales. ideo nullam infinitatem recipiunt nec in duratione nec in vigore.

Et non sequitur ex hoc quod in corpore celesti est virtus finita ipsa actio et passione: ut in eo sit virtus finita in tempore: nec sequitur ex hoc quod virtus finite actionis et passionis est: ut sit corpus possibile: et corruptum: aut ut sit compositum ex materia et forma: possibilitas enim non debet esse nisi ex hoc quod virtus finita in tempore sit: et sit compositum.

Excludit quasdam obiectiones que possunt fieri ei prius ponit obiectiones excludendo. secundo ostendit quomodo non concludunt ibi. Et est manifestum. primo dicitur quod ex hoc quod nos diximus scilicet quod in corpore celesti sit virtus finita in qualitate actionis et passionis id est in vigore non propter hoc sequitur quod in eo sit virtus finita in tempore licet forte aliquis possit credere. nec sequitur propter hoc quod virtus est infinita in vigore ut corpus illius scilicet celeste sit corruptibile aut compositum ex materia et forma non autem ex finitate virtutis in vigore.

Et est manifestum quod si poneremus corpus celeste componi ex materia et forma sequitur in ipso esse virtutem infinite actionis et passionis in tempore. Et est manifestum quod si in corpore composito ex materia et forma esset virtus infinita in tempore sequeretur in ipso esse virtutem infinitam in ipsa actione aut passione. Et est impossibile quod intulit Aristoteles ex positione virtutum quibus mouentur corpora celestia in tempore.

Declarat predicta. et primo declarat quod si corpus fuerit

compositum ex materia et forma sequitur ipsum habere virtutem finitam in duratione. et secundo declarat qd si corpus habet virtutem finitam in vigore non propter hoc sequitur ipsum esse compositum ex materia et forma. tertio ex omnibus predictis recapitulat solutionem predicte questionis secunda ibi Et est manifestum. tertia ibi Adonet autem receptionis. Prima dicitur manifestum est qd si posuerimus corpus celeste compositum ex materia et forma sequitur ipsum habere virtutem finitam in duratione. quia omne compositum ex materia et forma est corruptibile. omne autem corruptibile de necessitate consumitur ut probatur primo celi et mundi. quare omne compositum ex materia et forma est finite durationis. Et si diceret aliquis qd in corpore composito ex materia et forma esset virtus infinita in qualitate actionis et passionis id est infinita in vigore quod est impossibile scilicet qd in aliquo corpore sit virtus infinita in vigore. et hoc impossibile inquit dicitur. ex proportionem virtutum inuentum corpora celestia in tempore determinato. quia scilicet cuiuscunque motus celestis quantumcumque tardus ad motum diurnum qui est velocissimus altiorum est proportio determinata. quare non est possibile virtutem celestem esse vigoris infiniti. Nota qd materia et forma finite sunt et limitate in actione et in passione et in tempore. et ideo quodcumque fuerit compositum ex materia et forma materiali erit finite durationis. In intelligendum qd si aliquod corpus compositum ex materia et forma haberet virtutem esse infinitam cum duratione haberet virtutem infinitam in vigore cuius ratio est quia compositum ex materia et forma est corruptibile. si ergo prima nec tempore in finito et cum corruptens continue. si ergo in infinitum sua virtus resistit corruptenti. hoc autem non esset nisi infinitum sua virtus excederet virtutem corruptentis et non in aliqua proportionem determinata cum corruptens continuatur non solum idem numero sed idem in specie: necesse erit virtutem illius corporis eandem debilitari in tantum qd excederet a corruptente. quia in resistendo semper aliquo modo debilitaretur et corrumpitur quare sequitur si corpus est compositum ex materia et forma habeat virtutem infinite durationis qd habeat infinitam virtutem in vigore: et quia hoc est impossibile. ergo et primum.

Et est manifestum qd non sequitur ex hoc qd recipit passionem finitam in se non in tempore: aut recipit actionem finitam in se infinitam in tempore ut sit compositum ex materia et forma: sicut sequitur hoc quando actio aut passio fuerint finita in tempore. primum enim contingit ei fin qd est corpus tantum. fin autem secundum qd est corpus compositum.

Declarat qd si corpus habeat virtutem finitam in vigore propter hoc non sequitur ipsum compositum esse ex materia et forma. et dicit qd manifestum est qd ex hoc qd corpus recipit passionem infinitam in se id est habet virtutem passionem infinitam in vigore non finitam in tempore id est in duratione. quia primum convenit corpori secundum qd corpus scilicet habere virtutem finitam in vigore. et ideo omnia corpora composita qd non composita ex materia et forma in hoc communicant scilicet si habere virtutem finitam in duratione convenit corpori inquantum est compositum ex materia et forma. et proprium est com-

positum habere finitum esse du rationis.

Admodus autem deceptionis in hac questione et quod fecit Aristoteles putari contradicere sibi est equivocatio istorum duorum nominum finitum et infinitum. quoniam cum non distinguitur finitas et infinitas contingentes ex tempore a finitate et ab infinitate contingentibus ex actione et passione continget ista ambiguitas. et ex hac finitate in qua conveniunt corpora celestia et materialia declaravit univocaliter esse corpus finitum non ex finitate accedente corpori ex hoc quia est ex materia et forma: et ex hoc absceduntur dubitationes contra. Axi.

Recapitulat suam solutionem dicens qd modus deceptionis in ista est equivocatio duorum istorum nominum scilicet finitum et infinitum. quia cum non distinguitur finitas et infinitas a finitate et infinitate in vigore. ideo convenit ambiguitas in sermonibus philosophi cum quandoque dicat virtutes celestes esse finitas quandoque infinitas. et subdit qd de ista finitate in qua conveniunt corpora celestia cum generabilibus et corruptibilibus in vigore declaravit. Axi. omne corpus esse finitum non ex finitate contingenti corpori ex hoc quod est compositum ex materia et forma que est finita in duratione. et per istam distinctionem tolluntur omnes dubitationes. Axi.

Et potest aliquis dicere qd cum omne corpus agit per aliquid et patitur per aliquid: necesse est ut omne corpus sit compositum ex materia et forma.

Adonet aliam questionem. et dividitur in tres. primo ponit questionem arguens ad unam partem. Secundo solvit ibi Ad hoc dicamus. Tertio ex sua solutione inferit conclusiones ibi Et ad hoc. Videtur primo qd aliquis posset dicere qd omne corpus esset compositum ex materia et forma: quia omne corpus agit per aliquid sui et per aliquid patitur. illud vero per quod agit est forma: et per quod patitur est materia: ut patet secundo de generatione quia omne corpus compositum est ex materia et forma. et per consequens celum. quare videtur esse contrarium ei quod declaratum est in precedentibus.

Et ad hoc dicamus hoc esse verum. sed corporum quoddam est compositum ita qd forma constituitur per materiam. et ita qd materia est subiectum tantum non materia cuius esse sit in potentia scilicet corpus celeste. Et quoddam est compositum ex materia que est potentia et forma que constituitur per materiam scilicet corpora generabilia et corruptibilia.

Solvit dicens qd dicamus ad hoc quod est verum scilicet omne corpus est compositum ex materia et forma. scilicet de numero corporum quoddam est compositum cuius forma non constituitur in esse per materiam. et supple non dat esse materie ita qd materia eius est subiectum non materia cuius esse sit in potentia et actui essendi recipiat a forma. et hoc est corpus celeste. aliud est corpus quod est compositum ex materia et forma: que qualis materia est in potentia ad actum essendi. et forma eius constituitur in esse per materiam. et illa sit

generabilia et corruptibilia. et ita patet q. tam celestia q. in
feriora sunt composita ex materia et forma: sed diuersimodo
de. quia actio arguit formam et transmutatio materiam. co
mentator octauo metaphysice. et id alia et alia actio et tras
mutatio arguit aliam et aliam formam et materiam.

Et ex hoc videtur q. corpus dicitur de eis equi
uocari: q. eternum et non eternum non conueniunt
in aliquo omnino. Et hoc apparet etiam ex hoc q.
corpus celeste non datur ei subiectum nisi propter
motum localem tantum. Corporibus autem gene
rabilibus et corruptibilibus datur materia propter
generationem et corruptionem. forma autem datur
eis propter actionem: sed differunt. quia in altero
est infinita in tempore: et altero finita. et ideo illa sunt
non materialia: et ista materialia. In hoc igitur ha
bet hec questio quam ignorauimus diu ante longam p
scrutationem.

Infert quasdam conclusiones dicentes q. corpus vel cor
poritas dicitur de celo et istis inferioribus equiuocari. et pa
tet cum quid corporale et eternum non conueniunt in ali
quo omnino enim ex quo differunt tam ex parte forme q.
ex parte materie que sunt principia essentialia rei non pos
sunt habere in aliquo similitudinem omnimodam. ex hoc
etiam apparet bene q. corpus celeste non dicitur habere sub
iectum propter aliud nisi propter motum localem tantum
quia suum subiectum non est in potentia nisi ad ubi cor
poribus generabilibus et corruptibilibus datur materia
propter generationem et corruptionem: quia supple corpi
materia est in potentia ad actum efficiendi. sed forma datur
eis. s. uterque tam celo q. generabilibus et corruptibilibus
est forma finita in duracione. et ideo corpora supple celestia
non dicuntur materialia: ista vero generabilia et corrupti
bilia dicuntur materialia. et subdit q. secundum hoc oportet
intelligi ista questio quam ignorauimus diu ante longam p
scrutationem. Dubitari potest de hoc quod commen
tator dicit q. in celo non dicitur esse subiectum vel materia
nisi propter motum localem tantum. Videtur etiam q. d
beat sibi subiectum propter accidentia tantum alia que
sunt raritas et densitas et illuminositas que non possunt
esse nisi in subiecto materiali. et potest dici q. commenta
tor intendit hoc per subiectum materiam: que solum est in
potentia ad ubi. quia hic comparat materiam celi ad ma
teriam generabilium et corruptibilium. modo in celo non
est aliqua potentia nisi solum ad ubi que sit in potentia se
cundum totum celum. quia licet in celo sint aliqua accidentia
non potest tamen subiectum celi intelligi in potentia ad il
la. quia potentia intelligitur per transmutationem: ut patet
primo physicoz. In accidentibus vero celi per se non
est transmutatio nec intensio nec remissio. quare subiectus
eius non potest dici in potentia ad alia accidentia. Ad
si quis instaret de lumine: quia ad lumen non videtur esse
transmutatio. Dicendum q. ista transmutatio non est in
toto celo sed in parte: et ex hoc non potest attribui materia
toto celo sed etiam transmutatio sequitur motum localem:
nec etiam est transmutatio corporalis et in re qualitatem
illa que arguit potentiam materie: quia per accidentia alia
a motu locali non dicitur celum habere materiam. Et e
quitur rubrica Et fuit etc.

Antem declaratum fuit ab Aristotele
q. motus celi est primus et ex hoc fuit declara
tum q. motus est in moto: sequitur ut hoc

quod mouetur hoc motu sit eternum. Si enim esset
generabile et corruptibile: tunc motus eius non esset
primus motus.

Postquam commentator determinauit de corporibus
celestibus secundum se. hic determinat de motibus celo
rum appropriatis. secundo determinat de motore primo
tertio redit ad declarandum de natura corporis celestis in
habitudine ad primum motorem ut ex hoc compleatur sci
entia de celo et de eius motoribus. secunda ibi Et cum co
siderauit. tertia ibi Demonstratio. Circa primum tria
facit. primo premitit quedam valentia ad declarandum na
turam motorum appropriatorum. secundo et hic naturam
determinat ibi Et cum considerauit. Dicit ergo pri
mo q. cum fuerit declaratum tertio physicoz q. motus
celi est motus primus. et cum fuit hoc declaratum tertio
physicoz q. motus est in moto ut in subiecto: sequitur ex
his duabus propositionibus q. illud quod mouetur h. mo
tu scilicet ipsum corpus celeste est eternum. quia si ipsum
celum esset generabile et corruptibile: eius motus non esset
primus. Et subdit q. Aristoteles considerans res scilicet
possibiles in motu celi et quiete: necesse fuit propter hoc q.
motus esset primus ante omnem alium motum ut eius motus
sit eternus. Notandum ut declarat commentator octa
uo physicoz: q. si esset celum generabile et corruptibile
ita q. de nouo fuisset: sequeretur q. motus non esset primus
quia nullum corpus potest generari de nouo generaliter
loquendo nisi per motum et transmutationem. et non solum
per transmutationem factam in ipso sed etiam in genera
te qui generatur de nouo illud quod quandoque non ge
nerabit nec numero nec specie. si igitur celum de nouo
fuit generatum transmutatio fuit facta in subiecto genera
to cum secundum philosophantes ex nihilo generari non
potuit. si uero etiam transmutatio in generante cum de nouo
non produxit effectum quem prius non produxerat. et sic
illi motus fuerunt autem motum celi. quare sequitur q. si ce
lum esset generatum motus eius non esset primus. quare
ex opposito antecedentis infert oppositum consequentis. s.
q. si motus eius primus est: ipsum est eternum.

Et cum considerauit possibiles in motu eius et
quiete fuit necesse etiam propter hoc q. motus eius
est primus ante omnem illum motum ut motus eius sit
eternus. Et cum declarauit ista scilicet hoc corpus
esse eternum et motum perscrutabitur primo de motu ce
li. et inuenit illum moueri a virtute. nec graui nec le
ui. et quia omnis virtus grauis aut leuis existit in cor
pore generabili et corruptibili aut anima si fuerit cu
hac materia: necesse fuit ut hec virtus que est gra
uis nec leuis sit in corpore simplici: et ipsam non ha
bere subiectum nec contrarium: et ut sit anima neces
sario non admittat naturam: sed anima corporis eter
ni. et ut ista anima sit non abstracta a suo corpore: et
cum hoc separata ab ipso: in quantum hoc corpus
non indiget ipsa quia est permanens per se: sicut est
dispositio de animabus que sunt cum virtutibus
naturalibus. Et ut ista anima sit in eo. nam omne
motum ex se mouetur per virtutem existentem in eo.

Declarat naturam motorum appropriatorum. Et primo ostendit huiusmodi motores esse animas non materiales sed separatas quantum ad esse: sed coniunctas in suis motoribus quantum ad operationes. secundo ostendit quales sunt finis suas essentias: ibi Et cum consideras

Primo dicitur quod cum dicitur consideras ista que dicta sunt de corpore celesti. scilicet ipsum esse eternum et motum prius incipit perscrutari in octavo philosophorum de motu eius. et inuenit istum motum fieri a virtute nec graui nec leui id est a forma qua sequitur ut grauitas leuitas supple dicantur forme: aut si grauitas aut leuitas sunt a natura generabili et corruptibili: id est a forma materiali in materia que est generabilis et corruptibilis. et hoc supple si grauitas et leuitas supple non dicuntur forme sed qualitates communes formis in uariis aut grauitas aut leuitas ab anima. Si autem fuerit materialis existens in materia generabili et corruptibili. corpus igitur celeste cum non sit generabile et corruptibile necesse est motum esse fieri a virtute nec graui nec leui. de ista ratione tantum ponit maiorem in ista. sed dat minorem intelligere et conclusionem per hoc quod sequitur. Subdit enim quod necesse est quod hoc virtus que nec grauis nec leuis sit in corpore simplici. et quod ipsa virtus vel forma non habeat subiectum per quod uel consistat in esse. nec per contrarium a quo. scilicet corruptatur. ex quo enim virtus grauis et leuis est in corpore generabili et corruptibili. consequens est quod corpus quod non est generabile nec corruptibile habeat virtutem nec grauem nec leuem. et ita necesse est quod illa virtus que mouet celum sit anima non admixta materie. sed anima corporis eterni. et ita necesse est quod ista anima celestis si sit separata a mobili suo nec subiecto nec loco. et cum hoc quod ipsa sit separata ab eo quantum ad esse eo. scilicet quod corpus celeste non indiget anima ad suum esse: sed est per se ipsum et natura non recipiens esse ab ipsa anima sicut corpora animalium inferiorum recipiunt esse a suis virtutibus materialibus id est a suis formis vel animalibus. et ita anima celestis nunquam separatur a suo mobili licet sit absoluta in esse sed semper est in suo mobili. quia omne quod mouetur ex se: mouetur per virtutem existentem in ipso. cum igitur celum maxime mouetur ex se. ergo virtus mouens ipsum esse ceterum in ipso non existit. Nota quod de numero grauium et leuium: quedam sunt simplicitate: quedam mixta in inferioribus. grauitas et leuitas videbantur esse forme substantiales eo quod mediantibus eis mouentur ad loco propria cum extra ipsa fuerit. sed non qualitates consequentes formas substantiales: sed grauium et leuium mixtorum quedam sunt animata: quedam inanimata. et quocumque modo sit semper grauitas et leuitas sunt qualitates generabilium et corruptibilium.

Et cum considerauerit in istis virtutibus declaratum fuit ei ipsarum esse virtutem appetitiuam de virtutibus anime tantum.

Ostendit naturam motorum appropriatorum quantum ad suas essentias dicens. quod considerauit dicitur. naturam istorum motorum appropriatorum: notum fuit ei virtutes esse appetitiuas tantum. Notandum sicut dicit commentator octavo metaphysice operatio arguit formam. cum igitur in virtutibus corporum celestium apparet operatio appetitus. ideo appetitus primus mouens in moto dicitur tertio de anima. et commentator. xij. methaphysice. ideo necesse est motores celestes esse virtutes appetitiuas. sed quia in formis omnino absolutis si est virtus sensitiua materialis et absoluta: ut apparet secundo de anima. ideo in motoribus celestibus que sunt forme absolute est appetitus intellectus huiusmodi: ideo anime habent virtutes appetitiuas et voluntarias. et hoc commentator dicit duodecimo methaphysice quod de virtutibus anime

solum habent intellectum et voluntatem. idem etiam intellegit hic: licet non dicat de intellectu quia hic intendit per appetitum et voluntatem que sequuntur intellecta.

Et cum considerauit de virtutibus appetitiuis celestibus vidit eas moueri ad appetibile nobilius ipsum.

Determinat de motore primo et ponit quod propter motores appropriatos est alius motor nobilior eis secundo determinat illum motorem esse nobiliorem et perfectiorem ei ibi Et considerauit. Primo dicitur quod cum philosophus primo considerauit in istis virtutibus celestibus appetitiuas audire eas mouere ad aliud appetibile nobilius de ipsis cum mouens nobilius sic moto et agens passio. sed tamen appetibile mouet ipsum appetitum. ergo ipsum appetibile nobilius est ipso appetitu. et ideo appetibile mouet finem nobilitatem in ratione boni ita quod nihil est bonum vel simpliciter vel bonum apparens. unde si appetitus et intellectus fuerit constituta magnitudine et sensu: appetibile quandoque erit bonum apparens et non simpliciter eo quod in tali appetitu potest error contingere. sed si appetitus fuerit intellectus separatus: tunc eius appetibile est bonum simpliciter et hoc appetibile necessario nobilius est ipso appetitu. quia appetitus ordinatus nunquam tendit in vilius se: sed semper in nobilius. ex quo apparet quod appetibile propter quod mouet virtutes celestes est nobilius eis.

Et cum considerauit de virtutibus appetitiuis celestibus inuenit eas esse infinitarum potentiarum Et cum considerauerit in continuatioe motus eorum fuit declaratum ei quod causa continuatioe non est ista qua mouentur sed illud quod largitur eis continuationem est illud appetibile.

Ostendit illum motorem esse nobiliorem alijs et perfectiorem eo quod ipse est causa perpetuitatis et continuatis motus et alij ad hoc non sufficiunt. secundo ostendit ipsum esse nobiliorem et perfectiorem eo quod est causa in esse non solum ipsi motui: sed etiam omnibus alijs entibus: ibi Et fuit declaratum. Circa primum tria facit. primo ostendit motorem esse sufficientem causam et primam continuationis et perpetuitatis motus. secundo ostendit naturam istius motoris se. tertio recapitulat omnia supradicta ut etiam ostendat quod licet Aristoteles compleuerit scientiam de celo. secunda ibi Et quia continuatio non peruenit tertia ibi. Et cum considerauit. Primo dicitur quod cum Aristoteles determinauit de istis virtutibus appetitiuis scilicet in motoribus appropriatis inuenit eas esse infinitarum potentiarum. et hoc cum determinatam proportionem virtutis habent ad sua mobilia que sunt finite quantitatis. Et cum considerauit in continuitate motus quem faciunt virtutes quia videlicet motus continuus et perpetuus fuit ei manifestum quod causa continuationis motus proprie non est illa virtus que sit causa motus effectiue nulla istarum virtutum appetitiuarum que est effectiua motus sufficit ad causandum motum continuum et prope nobilius eis. Notandum est quod finita virtus in quantitate actionis non potest esse per se absque alio principio motus eterni: quia quod per se non potest esse ens absolute ab alio ita quod sit principium non potest esse per se sine alio causa motus eterni eo quod essentia rei prior naturaliter est sua actione. sed nulla de virtutibus appetitiuis celestibus prout est ens absolute ab omni alio omnino quod est finite virtutis in vigore. et ideo sicut est de suo vigore: ita erit de sua duratione sicut dictum est supra de celo et mundo

nisi esset aliud preter quod est a quo habet tanquam a fine
durationem perpetuam: quare de nullis virtutibus appeti-
tibus celi potest esse causa sufficiens per se perpetuitatis motus.

Itē illud propter quod anima est ut iam tactū est superius: magis
est. ex quo enim mouet per aliud necesse est esse ut finem disponē
illius propter quod mouet: moueant ita quod si illud propter quod
aliter se haberet uno tempore quā alio: vel quod deficeret ei deficeret
et motus. et hoc est quod prius dicitur. et ita. quod motores cele-
stes possunt semper mouere et non mouere. possunt enim semper moue-
re si illud propter quod mouent fuerit receptibile transmuta-
tionis alicuius motus cuiuscūque sit transmutatio. sed possunt
mouere semper si illud propter quod facit intransmutabi-
le aliquo modo. minor declarata est superius. scilicet quod motores ap-
propriati qui sunt virtutes appetitue non mouent propter
aliud. quare manifestum est quod possunt causare motū pro-
priū. Ad hoc dicendum quod prius motor est causa in esse
motus ut apparebit infra: sequitur quod sit causa in continui-
tate motus. quia motus est in continuatione: ut infra dicitur
per commentum. et his que dicuntur hic manifeste. Apparet
secundo esse de intentione commentatoris de quibus maxi-
me aliqui consueverunt dubitare. videtur est quod primum principium
non mouet in ratione cause efficientis sed solum in ratione
finis. dicit enim hoc quod declaratum fuit ab Aristotele. quod causa quan-
titatis motus non est illa forma qua sit motus: sed illud quod
largitur ei continuationem est aliud appetibile. et constat
hoc appetibile esse primum principium: quod est aliud a
forma concurrentis effectiue finem quod hic apparet ex inten-
tione commentatoris. Secundū est quod primum principium est
finitum in vigore: quod est de eius intentione. Dicit enim
hoc quod cum dicitur. vidit virtutes appetitivas corporum celestium
motores appropriatos esse potentiarum finitax et vigores
in finit: et vidit motus eorum esse continuationis perpe-
tue: ideo fit ei manifestum quod causa continuationis motus
non est illa forma que mouet effectiue sed aliud appetibi-
le ex quo siquidē apparet de intentione eius esse quod primum
principium non est finitum in vigore. ex quo enim appro-
priati motores non sunt causa perpetuitatis motus quia sunt
finitus vigoris. igitur a destructione consequentia sequitur
quod si primum principium quod est causa continuationis pro-
prie motus qui non est finitus vigore. Deinde cum dicitur:

**¶ Et quia continuatio non puenit nisi a motore
non moto: sequitur quod istud mouens non est corpus
nec potentia in corpore et quod est intelligentia abstra-
cta: quod etiam declaratum est in libro de anima. scilicet
quod omne quod est tale est intelligentia abstracta: quod
istud corpus celeste intelligit hanc intelligentiam.
Intelligere enim transmutat ipsum ad istud appe-
tibile.**

uidua sub vna spē: ut dicit commentator primo celi. igitur
celum non componitur ex materia et forma. minor p3 ex i-
tentione cōmentatoris. vij. metaphy. Et scēniz materia cā
multitudinis individuoz sub vna spē. Et etiam in secū-
do metaphy. pbat p hoc qd celum est vnum qd non h3 ma-
teriam igitur non cōponitur ex materia et forma. Op-
positum huius videtur dicere pñem. hic inmo concludit
et intentione pñi corpora celestia componi ex duabus na-
turis. sicut generabilia et corruptibilia. Item hoc etiā pot
argui rōne. Nam in omni eo quod mouetur necesse ē ha-
bere materiam: ut vult pñs. secundo metaphy. celū mo-
uetur ut docet sensus. ergo celū h3 materiam: ex quo segē
esse compositum. omne enim hñs inateriam est composi-
tum ut p3. Ad questionem est intelligendū. quid intel-
ligitur noie celi. nam p celum possumus duo intelligere. s.
aggregatum ex motore et mobili vel ipsum motum tantū
sive mobile quod est quinta essentia. si nomine celi intelli-
gitur aggregatum sic dico qd celū est compositum et sic in-
telligeret cōmentator hic. Et rō est qd omne quod mouet
ex se cōponitur ex duobus naturis. s. agente motorum et re-
cipiente motū ut pñ. sumit in ista. celum mouetur ex se ut
declaratur octauo phy. et ideo est pñm motum qd celum
sic est compositū et de hoc nō dubitatur apud aliquem sciē-
tem pñiam. Sed si celi nomine intelligit ipsa quinta esse-
tia semoto motore: Tunc dubitatur vtrum sit compositū
ex materia et forma: ita qd ista quinta essentia beat materiam
que de se est i potentia ad esse de se est possibilis ē: ē ne-
cessarium acquirat ab alio. qd solū de se habet esse necessa-
rium. s. a primo principio et hoc quia opinio Auicenne in
sua metaphy. et. Aliqui vero pñores philosophantes in-
ter nos tenent hanc opinionem in radice. nituntur tñ taz
fulcire alia via principiis Aristotilis magis propinqua ē
ratio eorum prima est ista: omne quod est actu ens vel est
actus vel habens actum. Celum est actu ens ut apparet
ad sensum. aliter non ageret. igitur est actus vel habens
actum. non potest dici qd sit actus: quia tunc esset forma ac-
tu ensiens et non esset sensu comprehensum. quod patet
esse falsum. igitur oportet dicere qd corpus celeste est ali-
quid habens actum et tunc oportet ponere in eo aliquod
subiectum sine actualitate quod est materia. Confirmat
tur quia accidentia sensibilia non possunt ē sine eo quod
habet materiam: cuius materia subiecta forma. sit causa om-
nis accidentium primo physicoz. igitur cum in celo
sint accidentia sensibilia patet ipsum habere materiam. Et

enim arguitur qd tunc celum haberet potentiam ad cor-
ruptiōem. Respondet qd illa materia celi non est priuationi con-
iuncta: eo qd priuatio non est aliud q3 carentia forme cum
aptitudine ad eam et que nata est in esse materie. materie
autem celi non est in materia inesse alia forma q3 ea quam ha-
bet: et ideo nulla admittit ē sibi priuatio. sed forma replet
totam possibilitatem materie eo qd est forma naturalis et q
secta: quod probatur ex vniuersalitate agentium. non enim
tamen agunt vnum effectum particularem ut faciunt for-
me particulares. Sed vniuersaliter non sicut forme inse-
riorum ideo totam materie possibilitatem replet ita qd non
remaneat in materia aptitudo ad aliam formam. et hinc est
etiam qd corpus celeste non est suscepituum accidentium
scilicet figure et aliorum sicut alia corpora inferiora. Et si
aliquis diceret videtur qd Joannes grammaticus sit con-
tra dictam opinionem scilicet qd tunc materia celestis dū
ferret a materia horum inferiorum per aliam compositio-
nem scilicet per aliquid additum dicunt qd non differt per
aliquid additum. sed solum per habitudinem ad alias for-
mas scilicet quia materia celi habet habitudinem ad for-
mam perfectam et vniuersalem: et materia horum inferio-
rum ad formas particulares. Hinc autem sententia licet
multi assentiant: tamen videtur obuiari sententia philoso-
phi in multis locis. intelligit autem hec opinio in celo ē
materiam que de se vel fm se considerata est in potētia ad
esse ita qd actum essendi habet a forma: et quantum ad hoc
non differt a materia horum inferiorum. sed solū differt
per diuersam habitudinem ad formam. Hanc autem ma-
teriam negat philosophus octauo metaphysice dicens qd
in substantiis eternis naturalibus qd foras non habent
materiam. et si habent non talem ut generabilia et cor-
ruptibilia. Sed solum fm locum mobilem. Ecce qd expresse
negat in celo quod est substantia naturalis eterna materi-
am que est in potētia ad esse. Sed solum dat sibi poten-
tiam ad vbi et idem paulopost dicit sic. Nec oportet omni
no materiam esse. sed quoz est generatio et corruptio ad
inuicem. quocunqz autem sine transmutatione sunt non ē
eorum materia et intelligit illa que sunt sine transmutatio-
ne in substantia. Et cōmentator idem qd dignus est qd
celum dicatur habere subiectum q3 materiam: cū propae
dicatur habere materias que est in potētia ad esse: nono
metaphysici. Item philosophus nono metaphysice dicit qd
nulla potētia ad esse est sempiterna. cuius rationem suo
iunxit. quia omnis potētia ad esse est contradictionis: et
ideo illud quod habet potentiam ad esse: habet potētiā
ad non esse. igitur tale non potest esse sempiternum: ut p3
primo celi. Et quo fm cum patet qd in celo non est mate-
ria que est in potētia ad esse. Item hoc arguit philosophus
in eodem nono metaphysici. ut assumptum est: dicitur
enim qd ideo celum semper mouetur quia motus eius
non est super potētiā ad esse et non esse. Et subdit ibidem
qd materia et potētia est causa fatigationis et aperte ostē-
dit ibi philosophus qd potētia simpliciter dicta que ē po-
tētia fm substantiam non est aliquid incorruptibile ne-
q3 in eo est aliqua potētia fm genus. sed omnia fm ge-
nus sunt actu in corpore scilicet omnes transmutationes.
potētia autem est tantum ibi fm partes ut ibi declarat cō-
mentator. Item secundo metaphysici. probat philosophus
ex hoc intellectum esse vnum: quia non habet materiam
que est causa multitudinis individuorum sub vna specie:
et ideo omnes relationes prius inducunt videtur concludere
fm intentionem philosophi in celo non esse materias
que est in potētia ad esse: nec valet qd in subsidium opi-
nionis adducit fuit abductum qd ista materia est aliter? ra-
tionis per habitudinem ad aliam formam: quia hec habi-
tudo non tollit quin materia de se sit potētia ad esse quod

negat philosophus in celo ut patet. Item talis habitudo cum non sit nisi quidam appetitus quo inclinatur ad formam videtur esse in omni materia: etiam inferiorum: non enim materia appetit formam in quantum forma est imperfecta: ut non potens perficere totum appetitum naturae. Hoc enim est ex imperfectione forme. appetitus enim materie naturalis est: ut per formam perficiatur totus appetitus suus. si autem non perficiatur totus hoc non variat essentiam ipsius materie in forma materia celestis. Si talis ibi esset cum hoc sit magis ex parte forme: vel oportebit in materia celi aliquam dispositionem dare ad susceptionem talis forme que non est in materia inferiorum inferiorum: et talis dispositio esset per aliam qualitatem: vel aliud additum quod faceret compositionem in materia illa: ut Joannes grammaticus arguit: ex quo sequeretur quod materia prima esset composita: quod est falsum. unitas etiam agentium non est sufficiens signum ad hoc quia hoc est ex parte motoris separati principaliter. Item sicut commenta arguit contra predictam positionem in primo celi. Si celum haberet materiam que est in potentia ad esse. sequeretur quod aliquid esset frustra in natura quod est inconueniens contra intentionem philosophi primo celi et multum: et in pluribus locis quia deus et natura nihil faciunt frustra. Consequentiam probat commentator primo celi. ait enim propria operatio potentie est generatio et corruptio vel transmutatio de forma in formam. Sicut propria operatio acutatis gladii est scissio. Si igitur esset alia materia que de se esset in potentia ad esse sine generatione et corruptione contingeret quod aliquid ens sine actione per quam fuit potentia ipsius materie cuius actio proprie est transmutatio de forma in formam. hoc sequitur si celum haberet materiam ut de se notum. Ideo videtur dicendum secundum Aristotelem et commentatorem quod celum ut ipsa quinta essentia circumscribitur pro motore non componitur ex materia et forma. sed est corpus simplex actu existens subiectum suo motori vel motoribus ita quod non est potentia ad esse: nec habet esse formali ter a motore: vel ab alia forma. sed solum est in ea potentia ad ubi ita quod cum sit subiectum simpliciter in actu sua forma id est suis motoribus coheret sibi absque alio medio id est non precedentibus dimensionibus nec alijs dispositionibus. sed tam dimensionibus quam alia accidentia communia secundum formam naturaliter: que est motor: hoc patet in primo secutione libri cum apparuerit qualiter in generabilibus et corruptibilibus dimensionibus interminat procedunt formam substantialem perficientem in materia. Et ad istam positionem sumuntur rationes prius dicte que de necessitate videntur concludere celum quod est quinta essentia non esse compositum ex materia et forma: et tunc restat rationibus contrarijs positioni fulcientibus respondere. Et primo cum arguitur quod est actu ens. Respondetur quod hoc ratio procedit ab insufficienti diuisione. nam diuisio quod omne quod est ens actu vel est actus vel habens actum vel medium inter purum actum qui est forma et puram potentiam que est materia et hoc est corpus celeste: quia ut dicit commentator primo celi illud quod est ligamentaliter inter principia eterna separata et ipsa generabilia et corruptibilia necesse est ut sit intransmutabile secundum substantiam. transmutabile autem secundum locum: ita quod sit medium inter purum actum et puram potentiam ut ipso transmutato semper in loco manente aut secundum substantiam non cesset agere alias transmutationes in inferioribus nisi tale ens esset motor: impossibile esset quod illa proueniret et actio temporalis a principio eternis naturaliter loquendo ut ibi commentator declarat: et ita totum communicat cum principijs eternis separatis in eo quod est simpliciter actu existens non habens in se potentiam ad esse: communicat autem cum generabili

bus et corruptibilibus in eo quod est corpus subiectum accidentibus et forme que est motor: habens in se potentiam ad ubi cuius actualitate recipit a forma: et tunc est in natura media iter separata et generabilia et corruptibilia. ideo predicta ratio non concludit. Ad aliam rationem cum dicitur accidentis sensibile non potest esse in eo quod non habet materiam. Respondetur quod verum est de talibus que sunt sicut accidentia inferiorum: modo accidentia celi et inferiorum non sunt eiusdem speciei ut patet per commentatorem secundo celi ut etiam patet. Nam accidentia celi non dicuntur esse sensibilia nisi sensu visus. ideo dicitur primo de generatione capitulo primo de actu quod tactus proprie dictus non dicitur nisi de rebus que patiuntur adimitti: et ideo proprie non est in celo: et ideo celum dicitur tangens secundum similitudinem. non autem tangens. Dico autem quod accidentia ut accidentia sunt non requirunt materiam. sed subiectum in actu. et ideo non est necesse quod ubicumque sunt accidentia ibi sit materia et cum dicitur primo philosophorum quod materia cum forma est. verum est que sunt in ea materiali ter ut ibi dicitur. sed non sequitur ex hoc quod materia sit causa omnium accidentium. sed tantum habetur quod ista accidentia requirunt subiectum in actu in quo sunt cum per se non possunt esse cum non sint entia. sed entis septimo meta: philosophi: sunt autem accidentia in celo propter formam que est motor eo quod sunt propter operationem ut patet. Et si obijciatur accidentia recipere est quodam pati: cum igitur corpus celeste sit simplex actu existens nisi habens propter quod patitur: impossibile est ipsum recipere accidentia nam pati contrarium est actui. Respondetur quod ut aliquali ter tactum est commentator loqui ut in libro hoc quod corpus celeste materia est animalium celestium. sed est perfectius ceteris materijs: quia non est de potentijs nisi solum ad locum: nec aliter assimilatur materie nisi in quantum est subiectum forme: ita quod non habet esse a forma: nec sua forma constituitur in esse per ipsum. nihilominus habet omnia accidentia propter formam que est motor: sicut figuram speciem propter ipsum motorem qui est forma abstracta. et ideo est principium motus circularis qui est actus alia: ut patet in hoc libro et hinc est quod hoc subiectum non est in potentia ad alia accidentia: cum non sit passivum in substantia licet igitur sit simplex actu existens: quia est subiectum forme abstracte habet accidentia propter ipsam formam ut dictum est. sunt tamen accidentia alterius rationis. Sed circa istud est dubitatio non modica quam mouet commentator primo celi: et est ex quo illud corpus non est compositum. Vtrum res intellecta ex isto corpore sit illud quod est sensatum ex eo vel aliud. Si dicatur quod res intellecta ex eo est illud quod nobis apparet ad sensum: si idem tunc res intellecta et sensata. est eadem quod est falsum. si sit aliud tunc necesse est celum esse compositum. tunc enim erit ibi singulare quod est obiectum sensus: et forma et quidditas que est obiectum intellectus et tunc esset compositum. Respondetur quod commentator solummodo dicit quod ista natura celestialis que est quinta essentia est materia corporis celestis actu existens prout corpus celeste comprehendit motorem et motum: et quia ista materia absque motore non accepta non habet formam dictam est. ideo ista forma est absoluta: et primo est una numero per se indiuiduata et est una numero et non est intellectiva nisi per respectum ad formam que est suus motor: ita quod sicut ipsum corpus non apparet nisi in quantum est subiectum forme ita non intelligitur nisi respectu forme que est motor: sicut ipsa materia prima non intelligitur nisi per analogiam ad formam primo philosophorum. Et si instatur quod non est simile de materia prima que est de se in potentia: et ideo non potest per se intelligi quia unumquodque intelligitur secundum quod est in actu. hoc

autem natura corporis celestis potest esse in actu sibi se, et ideo videtur quod sibi se possit intelligi. Dicitur sicut comen-
tator. Respondet et breuiter et obscure quod licet corpus ce-
leste sit actu ens de se: ita quod actum non retinet ab alia for-
ma, non tamen est existens per se, sed est subiectum in ac-
tu ipsius forme que est motor: cum qua semper existat, et
ita licet in natura celesti non sit alia potentia ad esse nec sua
actualitas essendi sit formaliter a motore nisi effectiue: est
tamen semper cum motore et propter motorem: sicut ma-
teria prima non potest intelligi nisi per formam eo quod non
potest existere sine forma: ita nec et ista natura celestis nisi
respectu forme que est motor: eo quod sine ista non est nec po-
test esse: cum suum esse sit propter motorem. Debemus au-
tem intelligere de isto corpore celesti quod est quinta esse-
tia ipsam esse subiectum ipsius forme abstracte: et ita celum
est intellectum in habitudine ad formam que est motor.

Idcirco sibi istam positionem est responsum rationibus
primis que probant celum esse compositum ex materia et
forma. Ad auctoritatem commentatoris iam patet quid
sit dicendum quia intelligit celum esse compositum sibi quod
nominis celi comprehenditur motor et motum. Ad ra-
tionem que dicit omne quod mouetur etc. Respondeo
quod verum est in omni generato composito ex materia et for-
ma, sic etiam intelligitur ista compositio ut commentator
ibi hoc declarat. Vel potest dici quod in omni eo quod mo-
uetur necesse est intelligere materiam que est in potentia
ad ubi et talis materia est corpus, non autem quod ibi sit ma-
teria que est in potentia ad esse. Tamen de ista questione
est alia opinio modernorum que dicit celum habere ma-
teriam eiusdem rationis cum materia inferiorum: ex quo se-
quitur celum de se esse corruptibile, rationem autem essen-
di recipit ab alio: et hec opinio est eadem penitus cum opi-
nionem Auicenne quam Averrois hic improbat: ut pate-
bit infra septies in libro celi: et in duodecimo metaphysice.
Ideo eius prosecutio dimittatur ad presens, et est expresse i-
probata a philosopho in fine celi ubi ostenditur multipli-
citer quod omne corruptibile de necessitate corrumpitur.

Veritur secundo an celum mouetur ex se et per
quem modum et arguitur quod non, quia quod mo-
uetur ab alio extrinseco non mouetur ex se, ce-
lum est huiusmodi, ergo etc. Ad id patet quia
quod mouetur ex se mouetur a principio intrinseco. Ad id
non patet quia celum mouetur ab intelligentia separata:
ut patet octauo physicoz et primo celi et commentator di-
cit hoc. Item quod est simplex non est diuisibile in per
se motum et mouens: nec mouetur ex se: celum est huius-
modi, ergo etc. Ad id est philosophi octauo physicoz
quod omne quod mouetur ex se est diuisibile in per se mouens
et per se motum. Ad id non habetur primo celi et commenta-
tor: hic quia celum est simplex. Item nihil mouet ex se, igitur
non celum. Ad id patet septimo et octauo physicoz: quod
omne quod mouet mouet ab alio, consequentia est de se nota.
Item illud quod mouetur ex se potest ex se quiescere, ce-
lum mouetur ex se, igitur etc. Ad id patet octauo physicoz:
ideo etiam alia dicitur ex se moueri quia ex se pos-
sunt quiescere, celum autem non potest ex se quiescere. Ad id
non patet secundo celi et nono metaphysice: quia non est ti-
mendum quod celum stet aliquando. Oppositum dicit hic
commentator et octauo physicoz. Ad questionem di-
cendum quod aliquid moueri ex se potest dupliciter intelligi:
vel ex se simpliciter vel per partes, dico igitur quod celum non
mouetur ex se. Primo modo: sed secundo modo. Secun-
do dico quod mouetur ex se per partes ut sufficienter patet d-

clarando. Nam si celum mouetur ex se simpliciter: et
primo modo sequitur quod idem erit eiusdem simul essentia
in actu et in potentia, hoc autem est falsum, igitur etc. Ad id
patet quia si celum mouetur ex se primo illud esset mo-
uens et motum penitus, et tunc cum mouens sibi quod huius-
modi sit actus et motum sibi quod huiusmodi sit in potentia idem res-
pectu eiusdem esset in actu et in potentia, falsitas consequen-
tis patet: quia actus et potentia sunt differentie maxime op-
posite, ergo etc. Item si celum sic mouetur idem corpus
fleceret se supra se, sed hoc est falsum, ergo etc. Antece-
dens patet ex quo idem mouetur se ipso fleceret se supra
se: quia in se ageret, et antecedens patet in libro nulli. Ad id
est commentator tertio de anima quod virtus corporea non fle-
cit se supra se quanto magis corpus. Secundo dico quod ce-
lum mouetur ex se per partes: quia quod est indiuisibile
in per se mouens et per se motum mouetur per partes
celum est huiusmodi, igitur etc. Ad id patet secundo et octa-
uo physicoz. Ad id non patet per commentatorem hic, ce-
lum enim complectitur motorem et mobile. Preterea
illud mouetur ex se quod mouetur ab alio determinato lo-
co et non distinguitur ab eo loco celum est tale, igitur etc.
Ad id patet octauo physicoz quia illud mouetur ex se.
Ad id non patet quia celum mouetur ab intelligentia que per
pauca non habet locum quia non est quantitas nec corpus.
Tercio dico quod celum mouetur ex se sufficientissime: et pri-
mo illud mouetur ex se sufficientissime est in potentia
non dependet, sed per se subsistit et cuius mobile non ap-
podiat alteri, celum est huiusmodi, igitur etc. Ad id pa-
tet quia animal non mouetur ex se sufficientissime quia non
est per se subsistens, sed eius anima dependet ad corpus,
ubi dicit commentator tertio de anima. Corpus igitur ani-
malium in suo motu appodiat alteri: ut patet libro de ca-
motus animalium, corpus autem celeste in suo motu non
appodiat alteri quia est ipsum primum corpus et primum
mobile: ut patet ex octauo physicoz quare celum moue-
tur ex se sufficientissime per partes hoc est per motorem
immobilem, et tunc pateat ad questionem, primo quod celum
non mouetur ex se simpliciter, secundo quod mouetur per par-
tes, tertio quod mouetur ex se sufficientissime. Et ad ratio-
nes et ad maiores cum dicitur quod mouetur ab alio ex-
trinseco, concedo si illud extrinsecum habeat locum deter-
minatum, aliter non est verum. Ad minorem etiam cum
dicitur celum etc., concedo, sed tamen ista igitur intelligen-
tia a qua mouetur celum non esse distincta loco nec sub-
ioco a celo. Vel aliter maior conceditur si illud extrinse-
cum non est appropriatum, modo intelligentia est appro-
priata suo orbi: ita quod alium orbem mouere non potest: ut
patet secundo celi. Ad aliud etiam dicitur quod est simplex etc.,
conceditur: ad minorem etiam dicitur celum etc., negatur
quia nomine celi comprehenditur motor et mobile: ut pa-
tet per commentatorem hic ex quo ipsam probat esse com-
positum ex duabus naturis, sed corpus celeste idem quanta
essentia separato motore est simplex et non mouetur ex
se. Ad aliud etiam cum dicitur nihil mouetur ex se conce-
ditur simpliciter et primo quia tamen sibi partes ratio non
concludit. Ad aliud etiam dicitur quod mouetur etc., et once-
ditur quod mouetur motu voluntario et aptum natum est qui
escere: et quia celum est primum mobile: et cuius motus est
primum ideo non est determinatum in quo non fuerit: ut
probat octauo physicoz: et ideo non potest quiesce-
re etc.

Veritur etiam quia Commentator dicit q materia prima est ens. Vtrum materia prima sit ens. Et arguitur q non. quia omne quod est medium inter contradictoria non est ens. materia prima est huiusmodi. ergo etc. maior patet: quia inter contradictoria non est dari medium. Minor: patet primo quoniam. Item si materia esset ens: aut naturale: aut mathematicum: aut medium. sed nullum istorum. igitur etc. maior patet per partes reales philosophie quia non sunt plures: sexto metaphysice et consequenter entia realia non sunt plura. minor: probatur pro prima parte. nam omnia naturalia habent aliquem modum motus. sed materia nullum. igitur nec est ens mathematicum. quia ista abstrahit a motu et a materia. sed materia non abstrahit a materia: aliter abstraheret a se ipsa. ergo non est ens mathematicum. Item quod non differt a priuatione non est ens. materia est huiusmodi. igitur. maior patet. quia priuatio non est ens. minor patet quia differentia materie est potentia. sed potentia est sibi per priuationem: et propter quod vnumquodque tale et illud magis. ergo etc. quia si potentia est differentia substantialis materie multo magis priuatio. Item quod est terminus corruptionis simpliciter est non ens. materia est huiusmodi. ergo etc. maior patet quia generatio simpliciter terminatur ad ens simpliciter: ut patet primo de generatione. quare corruptio similiter terminatur ad non ens simpliciter. nam motuum oppositorum termini sunt oppositi. minor patet ex primo de generatione. quia terminus generationis simpliciter est forma substantialis que facit esse actu actu. terminus vero corruptionis simpliciter est priuatio forme que nihil aliud est q materia prima. Oppositum huius dicit commentator hic. Ad questionem tanguntur opiniones. Optimo fuit quorundam antiquorum q materia prima non sit ens. quia sicut priuatio non est ens: ita et materia: ut patet primo physicoz. Sed hec opinio non valet. quia materia et priuatio differunt. nam ista sunt distincta quoz vnus manet: aliud non. sed materia semper manet: priuatio autem non etc. maior patet ex primo de generatione. minor: patet quia etiam per transmutationem forma introducitur in materia. priuatio illius forme corrumpitur: sed materia manet. ideo non sunt eadem. nec valet si priuatio dicatur q priuatio non corrumpitur absolute. quare sufficit ad materiam differentiam et q priuatio non manet eadem non sicut materia. Item illa non sunt eadem quorum vnum est in predicamento substantie aliud non. sed materia prima est in predicamento substantie et priuatio non. ergo etc. maior patet primo priorum. quia predicamenta sunt impermixta. minor: patet quia priuatio non est in predicamento substantie sed circue omnia predicamenta. igitur hec opinio reclinatur. Alia fuit opinio quorundam antiquorum q materia prima est actu ens sicut corpus ignis vel aeris: ut patet primo physicoz. Sed hec opinio non tenet. quia si esset vera cum in vtroq termino transmutationis subiectum maneat. scilicet materia quicquid adueniret illi subiecto esset accidens quia adueniret enti in actu ut arguit commentator primo physicoz. Arguit commentator contra Auicennam. et hec opinio ideo non stat: immo sequitur q entia essent eadem substantialiter: immo non esset nisi illud subiectum in actu ideo omnia non differrent nisi accidentaliter. sed hoc est falsum: ideo materia prima non est ens in actu. Ideo est opinio philosophi et commentatoris q materia prima est ens in potentia ut patet primo physicoz. et potest quadrupliciter declarari. Primo quia quod recipit omnes formas naturales nullam habet de se non est ens in actu. materia prima est huiusmodi. igitur etc. maior patet quia habet esse denudatum: ut patet primo physicoz et tertio de anima. minor: patet pri-

mo physicoz. et tertio celi et hic per commentatorem. Item si materia esset ens in actu simpliciter sequeretur q omne adueniens materie prime esset accidens: ut supra arguebatur. consequens falsum. ergo et antecedens. consequentia nota ex quo materia prima esset actus vel ens in actu i omni transmutatione cum subiectum maneat primo physicoz: omne adueniens illi esset accidens quia adueniret enti in actu. falsitas consequentis patet. quia tunc: nulla esset transmutatio substantialis: sed omnis motus ad formam esset aliteratio ut arguit commentator primo physicoz et primo et secundo de generatione. Item si esset ens actu simpliciter: nullam formam reciperet quia reciperet esset per carentiam. Item si materia esset de se ens actu: nunc haberet de se formam et tunc ista forma nunquam corrumpetur quia non haberet contrarium ut dicit commentator infra. et ex hoc sequeretur q nihil generaret nec corrumpetur: quod est falsum. igitur materia prima non est ens in potentia et non ens in actu hoc est quod dicitur primo physicoz. Propter hoc ad rationes respondetur primo quando dicitur q est medium. concedo. Ad minorem dico q non est verum: sed est medium inter non ens simpliciter et ens in actu quia est ens in potentia ut dicit commentator primo physicoz ubi ponitur hec ratio. Ad secundum: si esset ens aut naturale etc. concedo maiorem: et ad minorem dico q est naturale secundum q materia est principium transmutationis. sed motus qui est proprius naturalium corporum ut dicit commentator tertio physicoz est ens naturale. quia ista materia prima cum sit alio modo ens naturale: etiam si alio modo principium transmutationis: est etiam ens metaphysicum quia est ens in potentia. et dicit tantum vnam differentiam entis quia metaphysicus considerat ens et differentias entis. Et ad probationem materia prima non est ens naturale dicitur q est in plus q sit ens naturale quia habet aliquem modum qui non solum tale ens debet dici naturale quod est compositum ex materia et forma: sed illud quod est principium et materia eius quando proponitur quod non est mathematicum ideo q non est abstractum. Respondetur q materia dicit sibi quandam differentiam entis que consideratur a metaphysico non ut est principium transmutationis et tunc abstrahitur a motu et qualitatibus sensibilibus: et tunc consideratur a metaphysico. Ad tertium q non differt etc. dicitur q verum est q non differt et ratione. Ad minorem cum dicitur: materia est huiusmodi. Respondetur q licet materia prima sit ideo subiecto cum priuatione tamen differt ab ea ratione sicut etiam differt a potentia ubi commentator de hoc loquitur. et tunc patet q materia prima est ens in potentia et non corpus ignis nec aeris nec aliquid aliud in actu. unde dicit commentator primo physicoz q nullus antiquorum ponit naturam materie prime nisi solum endelechiam quod est ens in potentia. Idem etiam dicit tertio celi et primo de generatione. Ad quartum q ens est etc. dicitur q verum est q non est ens in actu. sed non est verum q non sit ens in potentia: quod est purum nihil: quia sicut ex nihilo non fit aliquid: ita aliquid non corrumpitur in nihil. Ad minorem cum dicitur: q materia etcetera. Respondetur q verum est: et materia prima est non ens in actu sed in potentia solum.

Sequitur alia questio.

Veritur quia dicit Commentator q potentia est differentia substantialis materie. An potentia materie sit de eius essentia. Et arguitur q sic. quia illud quod est de esse

est de esse alicuius quod est differentia eius substantialis. potentia materie est h^oi. ergo et. maior patet. quia differentia substantialis est de eius essentia cuius est substantialis. minor: p^o p^o m. b.

Item sicut actus se habet ad primam formam: sic potentia ad primam materiam. sed actus est de essentia prime forme. ergo et. maior tenet quia idem est iudicium de potentia respectu materie et de actu respectu forme prime. minor patet: quia actus primus est de essentia primi principii. nam quicquid est in deo est actus purus et per se deus: comen-

tator duodecimo metha. Item potentia materie est substantia que est forma vel que est compositum vel materia vel accidens. sed nec primum nec secundum nec quartum igitur et. maior patet per sufficientem divisionem. minor patet primo. quod non est accidens quia accidens est alicuius. positi in actu. sed materia non est talis. ergo et. nec est forma quia tunc non esset potentia: sed actus nec substantia composita. ergo et. Item actus et potentia sunt in eodem genere. sed actus est in genere substantie. ergo et potentia. Oppositum videtur sentire commentator hic et primo physicoz.

In ista questione primo tanguntur opiniones aliquorum. secundo opiniones philosophi et commentatoris. tertio moventur difficultates circa questionem. Primum opinio aliquorum quod potentia passiva esset de genere materie ita quod potentia nihil reale diceret: sed rationis tantum quia dicunt quod relatio nihil addit sed tantum relationem rationis supra fundamentum. sed potentia materie est relatio et. Sed hec opinio non tenet quia cum dico quod relatio nihil addit et. illud est falsum. quia relatio est unum predicamentum. sed predicamenta sunt realia extra animam ut patet sexto methaphysice. et sic potentia addit aliquid reale supra materiam. Item quando aliqua sic se habent quod ad unum est motus per se et ad aliud est motus per accidens: illa differunt ad invicem. sed relatio et fundamentum sic se habent. ergo et. maior est nota et minor patet quia ad relationis fundamentum est motus per se. sed ad qualitatem quantitatem et. Ideo dicitur ad questionem quod per potentiam possumus duo intelligere vel respectum ad formam ut sepe loquitur philosophus septimo methaphysice et primo physicoz dicens quod materia est ens in potentia. Alio modo per potentiam possumus intelligere subiectum potens. et tunc commentator loquitur secundo d^o animi dicens quod materia est potentia. Idem hoc igitur respondetur ad questionem quod potentia primo modo non est de esse materie. probatur. quia illud non est de potentia materie quod est respectus. potentia primo modo dicta est huiusmodi. ergo et. maior patet quia materia est in predicamento substantie: et respectus in predicamento relationis minor patet ex primo physicoz: ut iam fuit assumptum.

Item illa non sunt essentialiter eadem quorum unum corrumpitur altero remanente. sed potentia et materia sunt huiusmodi. ergo et. maior patet. quia eternum et corruptibile non sunt essentialiter idem. minor patet. quia materia manet in tota transmutatione. respectus autem corrumpitur in adventu forme: primo physicoz. ideo et. Item illa non sunt eadem quorum unum intelligitur aliud non. sed potentia et materia sic se habent. ergo et. maior est nota. minor patet. quia substantia materie manet eadem sub omnibus formis. sed potentia ad formam non manet: ut patet secundo physicoz. quia potentia sani et egri est alia et alia. Si autem potentia capitur secundo modo sic dico quod potentia est de esse materie ut patet. Sed circa hoc. an potentia materie que est respectus sit aliquid reale vel tantum rationis. Respondetur quod cum predicamenta sunt entia re alia: ideo dico quod dicitur aliquid reale separatum ab intellectu nam dato quod intellectus causaret respectum ad formam ad huc respectus est vere relatio. sed relatio est accidens. ergo potentia materie est accidens. Intelligendum tamē

sicut est de quolibet accidente alio: ita est de relatione. sed ita est de aliis accidentibus quod quedam sunt perfecta quedam imperfecta: sic similiter est de relationibus. quia quedam sunt complete: quedam non. modo dico quod ille respectus vel potentia materie est accidens imperfectum quia suum fundamentum est materia prima que est ens solum in potentia de se: licet ois forma accidentaliter requirat suum subiectum in actu ideo etiam in ista potentia est in ente in actu. quia in composito: Tamen quia est accidens incompletum ideo est in composito ratione materie quod est subiectum debile sibi in se et nunquam est in ratione forme. per hoc ad rationes respondetur. Illud est de essentia alicuius quod est differentia eius substantialis. concedo. et minor negat et cum probatur quod hoc commentator dicit hic. Respondetur quod ipse se exponit postea ostendendo differentiam inter potentiam et materiam. nam intelligit quod potentia est de esse materie quia est accidens proprium eius per cuius accidens proprium eius per eius cognitionem manducatur in cognitum esse materie prime. et talia accidentia se differunt pro differentijs essentialibus maxime in diffinitionibus quorum differentias essentialis ignoramus. ut commentator dicit septimo methaphysice. Ad secundum. sicut se habet et. respondetur quod non oportet quia prima forma est separata omnino et simplicissima. ideo quicquid est in ipsa est actus purus. nam quicquid est in deo est deus: ut dicit commentator duodecimo methaphysice. non autem quicquid est in materia: est materia vel potentia et sic non est similitudo. Ad tertium. potentia materie et. concedo maiorem: ad minores etiam d^o cū d^o quod non est accidens. negatur. et ad probationem. quia accidens et. patet ex his dictis quia est ens incompletum. et ideo 13 fit semper in subiecto in actu. s. in composito: est tamen ratione materie. Ad quartum. actus et potentia dico quod verum est intelligendū per potentiam subiectum. sed non ē verum si capitur per respectum. modo potentia de qua loquitur hic est respectus ad formam. ideo ratio non concludit

Via Commentator dicit quod difficile est cognoscere materiam primam. ideo queritur. An materia possit intelligi essentialiter intellectu. Et arguitur quod sic. nam habens essentiam aliam a forma et a quolibet alio: illud proprie potest intelligi essentialiter. sed materia prima est huiusmodi. ergo et. maior patet. quia quicquid est de essentia rei potest esse obiectum intellectus. minor patet. quia aliud est esse materie ab esse forme et uniuscuiusque alterius. Item illud quod intelligitur circumscripto quocunque alio: illud potest proprie intelligi ab intellectu essentiali. materia est huiusmodi. ergo et. maior est nota et minor declaratur. Nam ut dicitur octavo et nono methaphysice licet forme naturales non sint separate secundum esse: bene tamen secundum intellectum et eodem modo est materia prima separata a formis.

Item quod est per se sensibile: est per se intelligibile. materia est huiusmodi. ergo et cetera. maior patet primo per hierminias. nam voces sunt earum que sunt in anima passionum notie. minor patet. nam sensatio materie non est sensatio compositi nec forme. Oppositum dicitur et commentator et philosophus scilicet quod est difficile intelligere materiam. Ad questionem est intelligendum quod esse per se intelligibile potest capidupliciter. Uno modo proprie intelligibile quod non per aliud intelligitur. Alio modo proprie intelligibile quod intelligitur distincte a quolibet alio intelligibili: tunc dico quod materia prima non est per se intelligibilis primo modo intellectu essentiali: immo est intelligibile per aliud: quod probatur. quod non est ens actu per se non potest per se intelligi sine alio. materia est h^oi. ergo et. maior est nota. s. quod materia prima non est intelligibilis. quia quod per se primo intelligitur est in actu. nono methaph.

per commentatorem primo physicoz. potentia est de se non intelligibilis immediate. minor est nota. nam materia est tantum ens in potentia: ut patet primo physicoz.

Item quod non habet intellectum nisi per respectum ad formam non est per se et primo intelligibile. materia est huiusmodi. ergo et. maior est nota. quia quod intelligitur in analogia ad aliud non potest sine illo intelligi. minor: patet quia materia prima intelligitur per successionem formarum in ea et non per solam potentiam. quia ut dictum fuit omne quod intelligitur secundum quod est in actu. materia autem non est quantitas nec qualitas nec aliquid aliorum predicamentorum septimo metaphysice: sed est ens in potentia ad formas et intelligitur per aliud. Si autem questio intelligitur secundo modo: dico quod sic. quia aliud est intellectus materie ab intellectu forme. Item quod habet esse aliud ab esse forme et compositum habet intellectum alium ab illo. materia est huiusmodi. ergo et cetera. maior est nota et minor etiam. quia licet materia non intelligatur nisi per analogiam ad formam tamen quia aliud est esse materie ab esse forme: ideo aliud est intellectus materie ab intellectu forme: licet intellectus non veniat in cognitionem materie nisi per formam. tamen Avicenna in tractatu sue sufficientie respondit. Quod qui primo physicoz dicit hic locutus est rationibus metaphysicis: cum dicit quod sicut femina appetit virum et turpe pulchrum: sic locutus est in tertio de anima quod hic modus loquendi est in talibus que non possunt bene intelligi per se sed per aliud. et ideo per alia sensibilia similia manu ducimur in cognitionem rerum. et in his que possunt per se intelligi philosophus non debet uti verbis metaphysicis.

Ad rationes cum dicitur: quod habet essentiam et. concedo quod illud potest per se secundo modo. quia intellectus est alius ab intellectu forme: non tamen oportet quod propter hoc primo et per se intelligatur: quia actus primo intelligitur et non potentia: sed potentia intelligitur per actum: sic concedo materiam posse per se intelligi. Ad secundum quod potest per se intelligi. dico quod verum est si primo modo et per se intelligatur sine alio et tunc minor est falsa. quia licet intellectus materie prime sit distinctus a quolibet alio: non tamen ipsa primo intelligitur per se ita quod sine alio per se intelligatur: vel maior potest simpliciter concedi quod illud quod est tale potest per se intelligi secundo modo: et tunc ratio concludit que ponitur in solutione questionis. Ad tertium cum dicitur: quod est per se sensibile dico quod verum est quod est per se intelligibile: non tamen sequitur quod primo et sine alio sit per se sensibile: quare ratio non concludit: et sic ad questionem et.

Veritur utrum dimensiones precedant formam substantialem in materia. Et arguitur quod non. quia illa que sibi accidit non precedit formas substantiales in materia. dimensiones sunt huiusmodi. igitur et. maior patet: quia accidentia adveniunt enti in actu. ens autem in actu est per formam substantialem vel est ipsa forma: quia accidentia non precedunt formam in materia. minor: patet quia dimensiones sunt de genere quantitatis. Item si dimensiones precedunt formam substantialem in materia sequitur quod forma non adveniret immediate materie sed mediante dimensionibus. consequens est falsum. igitur et antecedens. consequentia nota: ex quo forma substantialis non adveniret nisi post dimensiones: videtur quod non posset forma perficere nisi mediante dimensionibus. falsitas consequentis patet per philosophum primo physicoz. quia forme immediate adveniunt materie prime. Item illa que sunt a forma substantiali non precedunt formam sed magis sequuntur. dimensiones sunt huiusmodi. ergo et. maior nota. effectus cui non precedunt causam. minor patet ex primo physicoz. nam ma-

teria cum forma sunt causa omnium accidentium que sunt et patet ibidem. Item dicitur septimo metaphysice quod substantia per se est accidente diffinitione cognitione et dignitate. et sic commentator in principio eiusdem dicit quod indivisibilia substantie precedunt individua accidentium. indivisibilia autem substantie actus sunt per formam substantialem in materia: quare dimensiones cum sint accidentia non precedunt formam substantialem in materia. Oppositum sentit hic commentator et in secundo celi. Ad questionem intelligendum quod si quis querit de forma in communi ab solute. scilicet utrum dimensiones precedant formam simpliciter et absolute: dico quod non. quia forme simpliciter et absolute dicte sunt eterne: et ideo nec materia nec dimensiones precedunt formam: sic etiam forma via perfectionis precedit omnes dimensiones terminatas. scilicet et interminatas et etiam materiam primam. igitur dimensiones non precedunt formam simpliciter et absolute sumptam tempore nec natura.

Secundo dico. dimensiones interminate precedunt omnem formam materialem secundum individuum et via imperfectionis: quod patet ex multis. probatur. illa que recipit esse actuale et numerum ab omnibus formis et in quibus omnes forme communicant via imperfectionis precedunt has vel illas formas in materia. sed dimensiones sunt huiusmodi. igitur et. maior patet quia illa que perficiuntur per plures formas succedentes sibi invicem in illis precedunt omnem formam: ut patet de ista materia que perficitur per particulares formas. minor patet. quia dimensiones interminate esse actuale et terminatum recipiunt a forma et eis communicant omnes forme. quia sicut materia prima recipit esse actuale a forma: sic etiam dimensiones sicut dicit commentator quarto physicoz. Item si dimensiones interminate non precederent et. sequitur quod materia non recipit simul diversas formas numero nec specie. consequens est falsum igitur et antecedens. consequentia nota. quia si dimensiones non precederent et. cum materia sit una numero nec dividitur nisi per quantitatem nec etiam forme dividuntur nisi divisione subiecti: tunc compositum ex materia et forma esset tantum unum individuum. nam ut patet septimo metaphysice per commentatorem causa multitudine individuum ab uno generante est divisio partium materie in quas agit agens. falsitas consequentis est nota.

Item si dimensiones non precederent omnem formam secundum individuum ita quod non separarentur a materia sed semper fierent de novo in generatione substantiali tunc corpus fieret ex non corpore et dimensio ex non dimensionibus. sed hoc est possibile. igitur et antecedens. consequentia patet: ex quo enim omnes dimensiones et corporitates et alie dimensiones sunt de novo: necessarium est quod ille fiant quod non dimensionibus et non corpore. Sed quia aliquid patet hoc non pro inconuenienti: quia dicunt quod dimensiones possunt fieri ab agente de potentia materie simul cum ipsa forma. ideo declaro hoc esse impossibile: sicut nihil transmutat materiam nisi corpus. Commentator septimo metaphysice et octavo physicoz. Agens enim corpus non agit nisi per contrarium: primo de generatione. ideo oportet quod omne recipiens actionem agentis corporei habeat situm in universo. sed quod habet situm est dimensionatum. igitur materia cum recipit formam ab agente ipsa est dimensionata et impossibile est ipsam denudari a dimensionibus. nam in quocunque instanti denudaretur a dimensionibus actionem agentis non reciperet. Item omne generatum noviter generatur a simili vel formaliter vel virtualiter septimo metaphysice. si igitur dimensiones noviter generantur hoc est a sibi simili in specie. sed nihil est quod eis assimiletur formaliter vel virtualiter nisi dimensiones agentis. quia forma non est eis similis: cum dimensiones sint magis a parte materie: quam a parte

forme: nec materia potest eas generare: quia materia nō
est agere: sed recipere vt patet secūdo de generatione. igit
fi generatur hoc est a dimensionibus agentis. sed hoc est
impossibile: quia dimensiones non sunt de genere virtu
tum actiuarum. igitur vt dicit cōmentator: quarto physicoꝝ
Et licet hoc p̄posio. s. Omne quod generatur ē. nō te
neat nisi in substantia vt dicit cōmentator: libro celi 7. et 7. p̄
mo meibaobi. est tamē. Na in p̄posito. quia cōmentatō 7. p̄
mo metaphysice: licet quantitates non semper generentur
a sibi simili per se: tamen per accidens a sibi simili. et sic di
mensiones que sunt priores respectu materie ipsius qua
litatebus debent generari a sibi simili si simpliciter fierēt
de nouo. Item corporeitas contrarietas contrarietē
corporeitat: quia corporeitates sibi succederent in subie
cto eodem: quod est impossibile. Item si dimensiones i
terminate non precederent hanc formam sed conuenerēt
ter precectas: a aliē de nouo generarentur: vt multi ima
ginantur: tunc autem corporeitas que est eterna dimensio
corpora conuenerēt in non corpus: et corporeitas ge
nerat generaretur et non corpore: si sibi essent duo mo
tus oppositi et distincti: quod patet ex diuisione suoz ter
minoz: vt p̄batur octauo physicoꝝ. inter quosq; du
a motus cadit quies media supposito illam dimensionē
esse vniuersalem. quare sequitur inter generationem et cor
ruptionem: cum finit distincti motus terminoz: oppositio
erit quies media. et quod sequitur q. in aliquo tempore erit
denudata ab omnibus formis et ab omnibus dimensionib
us: cuius oppositū habet p̄mo de generatione. Item
generatio vnius non esset corruptio alterius. quia motus
sortitur speciem et diuisionem a termino ad quem. v. phy
sicoꝝ. cū igitur isti termini sint diuersi et oppositi et motus
fili. si igitur omnes iste species et dimensiones que p̄ce
dit formam in mā corūpūntur omnes ad motum coru
ptionis et istū terminū tenebūt si omnia que sequitur for
mam spectant ad motum generationis nihil igitur ē qd
p̄cedat finit generatio nec eius quod sequitur corruptio. q̄re
nec corruptio vnius est generatio alterius lz vni finit p̄mo
alius cuius oppositū p̄ p̄mo de generatione. q̄a in substan
tiis sp̄ alterius corruptio est generatio alterius et eadē acti
one qua generans generat vniū corruptum aliud. Item
si hoc esset vtz forme nūles non fierent nec haberent ma
terias p̄prias et p̄prias nec actiones p̄prias. cui⁹ op
positū dicit 2. in. vii. phys. vbi dicit q. vnius transmutatio
na vniū est subiectū p̄prie et p̄prium necessarium. ideo cō
cludit q. genus non est subiectū p̄prium formaz: et ergo

